



VELUT
ARBOR
ÆVO


MENS FLECTI NESCIA
W. Hulton Esq.
Hulton Park.



RICARDI DAWES

MISCELLANEA CRITICA,

RICARDI DAWES

MISCELLANEA CRITICA.

ITERUM EDITA.

CURAVIT,

ET APPENDICEM ADNOTATIONIS ADDIDIT

THOMAS BURGESS, A.B. e C.C.C.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

Apud D. PRINCE et J. COOKE, *Oxon*,

Et J. F. et C. RIVINGTON, et P. ELMSLY, *Londini*.

MDCCLXXXI.

VIRO ORNATISSIMO

THOMÆ TYRWHITT

HANC DAWESII

MISCELLANEORUM CRITICORUM

ALTERAM EDITIONEM

HONORIS CAUSA

ET GRATI ANIMI TESTIMONIO

D. D. D.

THOMAS BURGESS.

Quæ continentur hoc libello iſta ſunt.

MISCELLANEA CRITICA.

L E C T O R I

S.

RICARDUS DAWES.

AT quo tuam hodie neſcio quam, ſi diis placet, farraginem? Aliud ſcilicet dudum feciſti ut a te expectaremus. Miltoni Græca metaphraſis *cœpit inſtitui*; *cur* Miſcellanea *tandem* Critica *exeunt? Profecto tibi non ſat commode temporibus hæc ſunt diviſa.* At noli quæſo, o bone, plus nimio ſævire. Olim quidem, abſoluta *Paradiſi Amiſſi* libri primi verſione, eruditorum genti rem haud ingratam præſtaturus mihi videbar, ſi illud operis incepti ſpecimen publici juris feciſſem. Verum enimvero

Ου τουτον ειδος εϛι νυν των πραγματων.

Metaphraſin utique pro ea qua tunc temporis pollebam Græci ſermonis peritia conſcriptam, hodie cum jam egomet mea vineta cædere valeam, ſoloeciſmis ſcatere comperi. Quod infortunium in cæteros itidem quoſque, qui a ſæculis recentioribus Græce ſcribere tentarunt, cadere dicendum eſt. Cujus rei, ut a meis erroribus initium faciam, inſigni exemplo eſſe poterit ipſum illud quod olim exhibui verſionis ſpecimen :

——— ——— Ζησοιτε τρισολβιοι αγροι
Χαρματοοικητοι· φοβεροι δ' επιχαιρετ ερημοι,
Κοσμος ὑποχθονιος τε· συ δ' ᾅδης ευρυβαθιστος
Ηγεμον ενδεξαιο νεηλυδα, τον γε νοημα

Ου τοπῳ ουδε χρονῳ μετακινητον φορεοντα.
Αυτοτοπος νοος εστι, και αυτοφυεος αρετησιν
Ουρανον αν πειροιδε μεταλλαξαι τε και ᾅδην.
Αυτοτατος δ᾽ αρ εων ποτ᾽ αυ μελετῳμι τοποιο,
Τῳ μονον ουκ ισος τον ὑπερμεγαλυνε κεραυνος;
Αλλ᾽ ὡδε προεθηκεν ελευθερειης απολαυσειν
Αφθονος, αλλ᾽ ενθενδ᾽ Υψιζυγος ουποτ᾽ απειργει·
Ωδε μεν ἡσυχιοι βασιλευσομεν, αυταρ εγωγε
Ενδοξον και ᾅδῃ οἴομαι εμβασιλευειν·
Μαλλον αν ᾁδοτυραννος η ουρανοδουλος εσοιμην.

Primo utique, quo verbum ζησοιτε hic donatur usus Græci sermonis ingenio adversatur. Neque enim futurum istius formæ, quod tamen ante me nemo quod sciam observavit, optanti unquam tribuitur. Sed neque istius familiæ quidquam apud scriptores Græcos *valedicendi* notionem sortitur. Quod autem dixerit poeta Romanus, *vivite sylvæ*; nihili plane est. Deinde, voculam αν cum verbo πειροιδε conjungi vetat Græcorum scriptorum consuetudo. Nec vero eam ad infinitum μεταλλαξαι nisi sensu prorsus alieno rettuleris. Tertio, verbum αυτοτατος utpote ab Aristophane licentia comica confictum hujusmodi Poematis metaphrasi parum convenit. Quod autem adhuc gravius est, quæ ei ab Aristophane notio tribuitur ab hujus orationis indole plus nimio abhorret: aliud utique est, cui æquipollet, Plautinum *ipsissimus*, aliud quod in hunc locum cadit, *idem*. Atque hunc quidem sensum ne ipsi qui-

dem

dem Comico niſi articuli ope forma ſuperlativa donare licuiſſet. Nempe qua ratione ab αυτος *ipſe* confingitur αυτοτατος *ipſiſſimus*, eadem plane ab ὁ αυτος *idem* confieri oporteret ὁ αυτοτατος, ſi ita vis, *maxime-idem*. Quarto, vitioſa eſt loquendi ratio πη αν μελετωμι. Oportet vero πη αν. Qua de re vide pag. 207. Quinto, futurum απολαυσειν nullum eſt: neque enim niſi forma media dicitur απολαυσεσθαι; quanquam aoriſtus tamen activus απελαυσα paſſim reperiatur, medius vero απελαυσαμην nuſquam extet.

Ariſtoph. Av. 177.

ΑΠΟΛΑΥΣΟΜΑΙ τι γ ει διαςραφησομαι;

Plut. 236.

Αγαθον γαρ ΑΠΕΛΑΥΣ ουδεν αυτου πωποτε.

Similiter a verbis ᾳδω, ακουω, uſurpantur ᾳσομαι, ακουσομαι; ῃσα, ηκουσα. At ᾳσω, ακουσω non ſunt niſi aoriſti ſubjunctivi; ῃσαμην autem et ηκουσαμην plane nihili. Eandem et alia analogiam haud pauca ſequuntur. Nec vero futurum verbo προεθηκεν commode ſubjungi poteſt. Sexto, præſenti απειργει uſus hic tribuitur neutiquam defendendus. Neque enim Homerici illius in Notis laudati,

Η ῥ αυτις πολεμος τε κακος και φυλοπις αινη
Εσσεται, η φιλοτητα μετ αμφοτεροισι ΤΙΘΗΣΙ
Ζευς, ὁς τ ανθρωπων ταμιης πολεμοιο τετυκται,

ea eſt indoles ut verbum τιθησι, uti olim mihi viſum eſt, futuri loco uſurpetur. Valet utique φιλοτητα τιθησι

quod

quod Anglice dicimus *is bringing about a peace.* Hunc autem qualemcunque errorem cum eruditorum plerorumque omnium doctrinæ, tum præcipue cujusdam auctoritati acceptum refero, a quo hujusmodi aliosque haud paucos barbarismos elegantiarum nomine insignire didiceram. Septimo, μαλλον αν εσοιμην locutio est Græcis ignota. Futurum utique formæ optativæ nihilo rectius cum particula αν conjungitur, quam optanti tribuitur. Adi autem sis pag. 104. Vocem porro ἅδης, (accuratius ᾅδης, nam Iones dicunt αϝιδης) quæ *locum* hic quater denotat, perperam toties adhiberi non jam de plano assevero; id vero a scriptorum vere Græcorum nemine unquam factum esse mihi persuasum est. Illud denique non immerito reprehenderis, quod verba hic occurrant analogiam partim Atticam, partim Ionicam referentia. Diversas utique Græciæ dialectos neminem unquam serio confudisse crediderim, nisi qui nullam accurate intellexerit. Cujus rei argumento est quod apud *Aristophanem* legitur Pac. 928.

ΤΡ. Τι δαι δοκει σοι δητα των λοιπων; ΧΟ. ΟϜΙ,
ΤΡ. ΟϜΙ; ΧΟ. Ναι μα Δι. ΤΡ. Αλλα τȣτο γ' ες
ΙΩΝΙΚΟΝ
Το ῥημα γ'. ΧΟ. Επιτηδες γ', ἱν' εν τηκκλησια
(Ως χρη πολεμειν λεγει τις;) ὁι καθημενοι
Υπο τȣ δεȣς λεγωσ' ΙΩΝΙΚΩΣ, ΟϜΙ.

Nimirum cum Chorus ΟϜΙ (unde Latinorum *ovis*) protulerit,

protulerit, objicit Trygæus vocem iſtam eſſe *Ionicam:* Chorus autem ita reſpondet, ut conſulto joci ſolius cauſa eam a ſe uſurpatam ſuggerat. Unde colligo Ionicum OWI homini Attico ſerio adhibere non licuiſſe. Alioqui enim objectioni a Trygæo allatæ nullus fuiſſet locus.

Hæc autem de meis tam ingenue dicta (neque enim eorum quidquam ab alio quovis objectum cognovi) facient opinor ut quotieſcunque a viris eruditiſſimis diſſentiam, atque eorum itidem (verbo abſit invidia) errores coarguam; id non jam de eorum laudibus derogandi, ſed veræ eruditionis excolendæ ſtudio unice fieri videatur.

At quidni Metaphraſin *pro accuratiori quam hodie præ te fers linguæ præſtantiſſimæ cognitione refingendam in te recipias?* Reciperem ſane, ni otium, quo non ita abunde utor, in emaculandis veterum poetarum operibus magis e re literaria mihi viderer conlocaturus. Immo recepturum me polliceor, ſi eruditorum gentem mecum non itidem ſentire intellexero. Sciendum eſt utique, ſi cujus forte id ſcire interſit, poetarum me Atticorum, uti et Homeri Pindarique editionem moliri; ab Ariſtophane, cujus unius in ſcriptis loca ut minimum bis mille emendaturus mihi videor, brevi exorſurum. Ea autem in provincia adminiſtranda quid tandem a me fas ſit expectare, τεκμηριῳ utentur eruditi ſubjectis ſtudiorum

diorum meorum primitiis. Noſtras porro qualeſcunque curas alia itidem emendationum ſupellectile quam ſuppeditarunt cum viri doctiſſimi tum præcipue Scaliger alter, lucidiſſimum illud coeli literarii decus; pro judicii certe noſtri modulo exornandas curabimus.

Expectabunt fortaſſe nonnulli, ut Miſcellaneorum Criticorum auctor ipſam Critices virtutem contra convitia a quibuſdam hominibus jactari ſolita defenſum eam. Ii vero mihi ignoſcant velim, ſi otium forte meum pluris æſtimem, quam quod iſtiuſmodi hominibus, præſertim cum *Latine* ſcribam, impendendum cenſeam. Immo pergant feſtiva capita, ingenii quo deſtituuntur loco, frontis qua egregie pollent perfrictæ ope niti; pergant quas beata ſtoliditatis, malignitatis, atque invidiæ conjuratio abunde ſuggerit ineptias apud imperitos ſuique adeo ſimiles deblaterare: pergant literarum humaniorum contemptum præ ſe ferendo ignorantiæ ſuæ velum obtendere conari: pergant divinam quam vocat præſtantiſſimus Caſaubonus Criticen, quibus ſolis poſſunt, convitiis cohoneſtare. Cum vero noſter qualis qualis libellus in emendationibus potiſſimum verſetur, ipſi emendatoris provinciæ, quam infra primum quem in arte critica locum obtinere debet, ab eruditis quibuſdam deprimi video; honorem ſuum atque ordinem vindicare aggrediar. Nempe in critica palæſtra palmarium eſſe volunt ſcripta ſuppo-

ſuppoſititia a genuinis dignoſcere, primaſque adeo non jam emendationum ſcriptori, ſed antiſophiſtæ deferunt. Verum enimvero ſatis feſtinanter ac temere hoc fieri videtur. Quippe ad antiſophiſtæ provinciam exornandam nil quidquam requiritur, niſi quod emendatori perinde ſit neceſſarium. At quæ in hujus munere præcipuam partem conſtituunt, illi ſine incommodo deeſſe poterunt. Quid enim? Unam locorum claſſem adverſus germanam loquendi normam, alteram adverſus indubitatæ hiſtoriæ fidem peccare; tertiam auctorem ſuum recte ratiocinandi imperitum arguere: quartam denique, ſi in pſeudo-poetæ ſcriptis verſeris, legibus proſoediacis adverſari extra omnem controverſiæ aleam poſuiſti. Euge! Antiſophiſtæ munus laute adminiſtraſti: niſi forte quis uſque adeo incommodus atque importunus reperiatur, ut aliqua inſuper τεκμηρια poſcat, quibus ſophiſtarum et librariorum, ut criticorum mittam, flagitia internoſci poſſint. At enim quam arduum inſuper reſtet emendatori opus, mille argumentorum inſtar eſſe poterunt inconditæ eruditorum complurium conjecturæ, quos tamen ipſi vitiorum indoli commonſtrandæ pares fuiſſe conſtet. Unum Kuſterum in Notis ad Ariſtophanem videre eſt *metrum claudicans* centies crepantem, cum tamen tot locorum ne in uno quidem Viro Cl. conjectura feliciter ceſſerit. Ut de hac provincia non immerito quis hodie dixerit, quod olim de κωμῳδοδιδασκαλια Ariſtophanes:

—— ειναι

——— ειναι χαλεπωτατον εργον ἁπαντων·

Πολλων γαρ δη πειρασαντων αυτην ολιγοις χαρισασθαι,

esse rem omnium difficillimam: quippe quam multi cum jam ambierint, paucis tamen gratificatam esse. Et criticorum profecto hoc nomine infelicium, serio mihi sum gratulaturus, si numerum jam satis superque amplum non adauxisse me cognovero.

PRÆFATIO

SECUNDÆ EDITIONIS.

QUEM in manus tibi trado, Lector erudite, liber is eſt, quem penitus cognoviſſe multum intereſt cum ad univerſæ linguæ Græcæ, tum vero præſertim ad Atticorum poetarum Scenicorum accuratam cognitionem, uti judicarunt viri docti harum rerum peritiſſimi. Quamobrem nihil attinet largius exponere, cur a viris eruditis jam diu honorifice et multis cum laudibus excipiatur, vel quid editorem impulerit ad renovanda utiliſſimi libri exemplaria.

De utilitate hujus Criticæ pauca in Præfatione Dawesius peroravit. Plura vero dixerunt de eadem re Jortinus, Dorvillius, et Muſgravius in elegantiſſima ad Exercitationes ſuas Præfatione. Quos qui

non audiant, quis tandem movere poterit? Quamplurimi ſane ſunt, qui omnium, quæ ingenio tententur, ſe vindices ferunt, quique *vulgatæ lectionis* innovatoribus nihil non faciunt, ut obſiſtant. Qualis vero fuerit iſta lectio, atque unde profecta, quam repræſentarunt primi librorum veterum editores, cuique multi tam pertinaciter adhærent, bene docuit vir egregius in pulcherrimo Tiberii Hemſterhuſii Elogio, quod cum imaginem perfecti, et omnibus numeris abſoluti Critici ad vivam expreſſerit, optima profecto Criticæ artis eſt defenſio. " Sed quæ, malum! eſt lectio, inquit RUHNKENIUS, quam tantopere jactant, *vulgata?* Num ex vetuſtis et ſpectatæ fidei libris profecta? Minime. Illa eſt quam in ſuo quiſque libro reperit: quæ ut aliquando veteres et bonos codices habeat, ſæpius tamen e libris vitioſis et interpolatis, immo ex Editorum conjecturis fluxit. Adeo quid defendant, non intelligunt homines inepti.—Illi igitur ſe parant ad Criticorum inventa ratiunculis quibuſdam convellenda, moliuntur, ſudant, miſere ſe torquent, ut loco depravato potius qualemcunque ſenſum affingant, quam felix in vero inveniendo ingenium laudent. Ex qua obloquendi libidine, incredibile

dictu

dictu eſt, quot quam duræ et contortæ vitioſorum locorum interpretationes manarint; ſi interpretationes dicendæ ſint, quæ ſcriptorem neſcio quas ineptias dicere cogunt." Alii deinde judices idonei magis et æquiores non jam emendatrici Criticæ adverſantur, ſed eorum ſolummodo audaciæ, qui conjecturas ſuas, probabiles forſan nec tamen ſatis tutas, ſine MSSorum auctoritate, contextui inſeruerint. Id vero crimen nec in conjecturas cadit, quæ in adnotatione textui ſubjecta proponuntur; nec in hanc Miſcellaneam commentandi rationem. Utrinque enim conjecturæ non contextui inſeruntur, ſed lectorum ſiſtuntur judicio; quarum ope etſi vera ſcriptoris manus non ſemper reſtituatur, plerumque tamen fit, ut vel continuo ab eo qui conjecturam propoſuerit, vel ab altero, qui eam ad partes vocet, nunc loco obſcuro lux utilis accendatur, nunc male ſano, qui vero fortaſſe non difficilis quoad ſententiam, revocetur locutionis integritas. Sed de Critica ſatis ſuperque viri eruditi jam dicti. Noſtrum potius eſt, ut poſſimus, de Daweſio, et ſcriptis ejus exponere.

Ricardus igitur Dawes natus eſt A. D. 1708. Præceptorem nactus eſt eruditum virum et de ſacris

literis optime meritum, ANTONIUM BLACKWALL: e cujus disciplina in Academiam Cantabrigiensem transiit anno 1725. ubi in Collegium Emanualense cooptatus est. Undecimo ab illinc anno sententiam eruditorum de Paradisi Amissi Miltoniani libro primo Græca versione donato, una cum annotationibus, a se edendo, tentavit Specimine * publice proposito: quod Specimen repetiit, et de eo ipse ingenue judicium tulit, in Præfatione Miscellaneorum Criticorum. Anno 1745, Miscellanea Critica edidit. Et diem supremum obiit, 1766. Nonnulla reliquit nondum edita. Dawesii MSSum, qui mihi sub manibus est, inspiciendum benignissime concessit vir celeberrimus, RICARDUS FARMER. Principia Miscellaneorum continet, quæ amplioribus doctrinæ copiis ornata prodierunt in libro edito. Nonnulli alii libri MSSi conservantur in κειμηλιοις ASKEWII, τȣ μακαρειτȣ, qui Dawesii librariam supellectilem pretio redemit.

Dawesius videtur Cantabrigiæ commoratus esse, cum partium studia contra Bentleium maxime arderent; et ipse etiam ex iis fuisse partibus. Huc enim referre soleo, quod in Miscellaneis Criticis occasionem

* Hoc Specimen memoratur etiam in Miltoni Vita apud Biographiam Britannicam.

qualemcunque arripiat de laudibus Bentleianis detrahendi, atque ita etiam ut affirmet Bentleium, illum etiam Differtationis Phalarideæ auctorem, nihil in Græcis cognoviffe, nifi ex Indicibus petitum. Indicibus quidem vel aliorum, vel a fe ipfo ex fua Adverfariorum fupellectile confectis ufum fuiffe, probabile eft. Et quidni ufus fuerit? In re fubtili, ubi maxime omnium fallax effe folet memoria, cur exprobretur, quod memoriæ adjumento fit. Ex Indicibus fane accuratis multum eft emolumenti, quod ad Græcas literas redundet. Nemo enim nefcit quot vocabula ab Abrefchio, a viris doctis in Mifcellaneis Obfervationibus, a Munthio, &c. indicata fuerint, quæ a Stephano aliifque Lexicographis omiffa funt. Hi autem Lexicorum defectus ex accuratis Indicibus optime refarciri poterunt. Et ad magnum Græcarum literarum incrementum ageret, qui Indices conficeret Scriptorum Tragicorum; Ariftophanis, Menandri, et quidquid reliquum fit Comicorum; Ariftotelis Operum, ad modum Winftanleiani Indicis in librum de Poetica; Lexicorum veterum editorum, et ineditorum quot in Bibliothecis extent; Vocabulorum, quæ in veteribus Scholiis, et a Grammaticis five Τεχνικοῖς tractantur,

tantur, &c. De hac re optima ſperabat Merrickius, qui tantum ſtudium, tamque multam operam in ea poſuit, ut Indices Græcorum quamplurimorum ſcriptorum ſingulis vocibus conſtantes curaret conficiendos. Indicum Specimen* Oxonii e Typographeo Clarendoniano edi cœptum fuit. Verum, quod dolendum eſt, utiliſſimo conſilio interceſſit Merrickii mors, quo minus perficiatur. Accurata enim Indicum ratio ab eo deſignata, etſi intellectu difficile eſt, quomodo pueris, et prima linguæ Græcæ elementa diſcentibus tam utilis eſſe poſſit, quam vellet et putaret vir doctus, at aliis tamen quam maxime eſſet commoda. Hanc vero Indicum opem nemo minus deſideret, quam Bentleius. Et qui dicat auctorem Phalarideæ Diſſertationis, (ex qua ſe plus profeciſſe, quam ex ullo alio æqualis libro voluminis, profeſſus eſt Dodwellus,) omnes doctrinæ ſuæ copias ab iſtis adminiculis vel hauſiſſe, vel potuiſſe etiam; ne eum plane iniquum fecerint partium ſtudia. Sed quem, cum in vivis eſſet, Clarkius longe omnium eruditiſſimum vocabat, non hodie opus eſt, ut is ab iniqua obtrectatione vindicetur. Scilicet infinitum eſſet laudes omnes eru-

* In Longinum, Eunapium, Hieroclem.

ditorum,

ditorum, qui Bentleium celebrant, memorare: et loco ſane omnium ſit hoc TOUPII teſtimonium, quod certe omnibus eſt majus: "Atque hic finem facio epiſtolæ prolixiori: in qua ſi quid, currente rota, inconſulte aut intemperanter nimis, qui mos noſtrorum hominum eſt, in Bentleium noſtrum dixi, id omne pro indicto velim: BENTLEIUM inquam, Britanniæ noſtræ decus immortale, a cujus præceptis, ſi quid in Græcis video, me plus profeciſſe, quam ab omnibus omnium ætatum Criticis, gratus agnoſco *." Sed ut ad librum revertamur, qui eorum, quæ de Bentleio dicta ſunt, anſam præbuit.

* *Epiſtola Critica ad Gulielmum Epiſcopum Glroceſtrienſem.* Adjiciam locum ex Elogio Hemſterhuſii Ruhnkeniano, unde patebit, quantum de Bentleio judicarint et Hemſterhuſius et Ruhnkenius: quem lectori non ingratum fore cenſeo, cum et ad hiſtoriam literariam pertineat, et ex libello ſumptus ſit in his terris non pervulgato. "Deſtituerat vir doctus Julii Pollucis editionem, quæ Amſtælodami parabatur. Quæritur qui deſtitutas partes excipiat. Itur ad Hemſterhuſium. Is, Grævii auctoritate impulſus, operis curam ſuſcipit, et commentatione juvenili illa quidem, veruntamen juvenis Hemſterhuſii, eruditiſſimorum hominum oculos animoſque in ſe convertit. Ipſe auctor, (quis enim tali ætate ſe contemnat,) de hoc opere ſatis bene ſentiebat. Brevi poſt a Richardo Bentleio, Britanniæ Ariſtarcho, literas accepit, quibus opera Polluci navata eximie laudaretur. Sed

eædem

Eruditionis igitur, cujus Specimen in loci Miltoniani verſione exhibuerat, tandem protulit Daweſius inſigne documentum, edito Miſcellaneorum Criticorum libro: quem viri docti exteri, non minus atque populares ejus, ſummis laudibus extulerunt. Laudationis vel id unum ſatis eſt, et libro maximum pretium non fieri poteſt quin tribuat, quod eum ſummo in loco poſuerint, eumque adeo creberrime in commentariis ſuis adhibuerint, VALKENARIUS, vir magnus, et præſtantiſſimi ejus diſcipuli, Pierſonus et Koenius. Adhuc vero adferam Reiſkii, ſeveri ingeniorum arbitri, judicium, qui librum diligenter recenſuit, et de eo expoſuit, in Actis

eædem literæ Bentleianas emendationes in Comicorum loca, quibus Pollux a ſe dictis fidem et auctoritatem conciliat, complectebantur. In iiſdem Comicorum verſibus reſtituendis Hemſterhuſius quoque multum ſtudii conſumſerat, pulchre intelligens, ſummam rei in illis verti. Enimvero, lectis animadverſionibus Bentleianis, videt, inanem operam ſuam fuiſſe, alterum omnia divinitus expediiſſe. Quo tum animo Hemſterhuſium fuiſſe putas? Ita conturbatus eſt, ita ſibimet ipſe diſplicuit, ut Græcas literas in perpetuum repudiare ſtatueret. Nec per menſem unum et item alterum, auſus eſt ſcriptorem Græcum attingere.—Mox tamen Hemſterhuſius, cum dolori ſucceſſiſſet cogitatio, quam inique ſe adoleſcentem cum critico veterano, eodemque omnium principe comparaſſet, et ſecum in gratiam rediit, et cum Græcis literis."

Erudi-

Eruditorum *. " At ſi verum tamen et æquum
" amamus, negari viciſſim nequit lætique profite-
" mur, præter iſta, quæ attigimus vitia, permulta
" his chartis ineſſe optimæ frugis, Anglicano digna
" ingenio, id eſt, juſtum in rebus et ſolidum, et
" profundum, ſubtiliterque exaſciatum, ſcrutante :
" ineſſe digna eruditorum oculis et plauſu; *mereri*
" *librum, in his terris oppido rarum, ut vulgatior eſſet :*
" Daweſium tandem in Græcis auctoribus, ſed ve-
" tuſtis præcipue poetis, verſatiſſimum eſſe, feli-
" cemque terſæ auris et emunctæ naris Criticum.
" Plenus eſt liber bonarum rerum a capite ad cal-
" cem; at ultima tamen, ſeu quinta, Sectio excellit.—
" Tragici Græci, ſed præcipue et ex profeſſo Ariſ-
" tophanes, in ea pertractantur, tanto cum fructu,
" ut qui mellitum Comicum Atticum verſare ve-
" lit, *hoc libro carere nequeat.* Præteriit quidem
" permulta Auctor notatu et emendatu digniſſima
" loca interpretibus adhuc omiſſa; multa protulit
" minuta, a quibus neque dialectus neque ſenſus
" proficiunt; multa tantummodo metrum laborant
" reformare; ſunt et non pauca, in quibus falſus

* Anni 1756, menſe Julio. Hujus recenſionis auctorem ſe profeſſus eſt, in Animadverſionibus ad Ariſtophanis Plut. v. 886.

" fuisse deprehendatur Auctor; at monstrat tamen " insignem Græcæ linguæ peritiam, raram et sollicitam ad minima quæque attentionem, diuturnam cum Aristophane consuetudinem, sagax et " felix ingenium Criticum."

Jam edito Specimine Miltoniano, certe non sibi placebat Dawesius. Namque non ita longo post multa ei inesse vidit vitia, quæ profecta tandem reperit ex minus perspecta Græcæ linguæ indole. Totum adeo se contulit ad diligentissimam scriptorum in primis Atticorum lectionem: quibus tantam inivit consuetudinem, ut Atticæ dictionis proprietates et elegantias plane in numerato habuerit. Jam vero ex hac parte, atque felici etiam ingenio largissime instructus, editionem poetarum Atticorum moliebatur, quibus adjungere Pindarum et Homerum constituit, quod ex ipsius præfatione ad Miscellanea Critica cognovimus. Ea autem in provincia administranda quid potuerit, τεκμηρίῳ uti eruditos voluit Miscellaneis his Criticis. Et Pindarum sane tractavit in Secunda Miscellaneorum Sectione; Homerum in quarta; in quinta vero Poetas Atticos. Quod ad Pindarum et Homerum, unum erat argumentum, quod præcipuum spectabat.

Nempe

Nempe quam curam, novam ſcilicet et propriam, in Pindaro edendo adhibuerint Editores Oxonienſes, eam dicit fere totam Daweſius viros eruditos conſumſiſſe in re metrica conſtituenda, et pedum ἰσοδυναμια, qualem ſibi finxerint, explicanda. Hanc igitur Criſeos partem, quam præcipuam et ſuam tulerunt Oxonienſes, expendendam in Miſcellaneis ſuſcepit Daweſius: in qua nimirum parte deſideratæ ακριβειας ſpecimen propoſuit. Atque eam rem adeo ſolam in præſentia reſpexit. Quam vero in Pindarico ſpecimine, eandem in Homerico tenuit rationem: hoc eſt, unum fere de metro tractavit argumentum. Quippe poſt Clarkium etiam quamplurimis in locis metrum Homericum claudicare videbatur ob minus perſpectas vetuſti metri rationes. Cum vero in hac re negligentiam ſuperiorum editorum expendendam ſumpſerit, non fieri potuit quin metricis in minutiis multus eſſet. Neque adeo librum Miſcellaneorum Criticorum immerito a Terentiano Mauro exorſus eſt.

II. In toto autem libello quamplurima ſunt, rara diligentia ſcripta, quæ ad Græcæ linguæ indolem aperiendam apprime pertinent. Et nonnulla poſt alios quidem, at ipſe tamen ſola ingenii vi obſer-

vavit; alia vero vel primus vidit, vel aliis rectius constituit; cujusmodi sunt observationes de *diverso modorum* * *Optativi et Subjunctivi usu:* — de *analogia futurorum Ionicorum:*—de *consilio futurorum Atticorum ab Ionicis variantium:*—de *ratione Atticarum Crasewn:* de *potestate vocalium brevium ante tenues et aspiratas, et ante mediam* ξ *apud Comicos:*—de *prima, et tertia*

* De modorum temporumque usu, atque de particularum potestate cum iis adhibitarum, dignissimus est, (ut constat ex *Actis Eruditorum*, A. 1770,) qui legatur, doctus de re Grammatica libellus Græce, a Græco etiam, idque hoc sæculo conscriptus, nempe ab ANANIA quodam ANTIPARIO. Libelli titulus hic est: *Σπλαγχνον της Γραμματικης, η περι Μερων, συγγραφεν μετα πονου πολλου, και αριστη ταξει συντεθεν, παρα του λογιωτατου Κυριου, Ανανιου Αντιπαριου, διδασκαλου της εν Κωνσταντινουπολει ελληνικης Ακαδημιας*, &c. " Maxime exponitur de particulis. Sed ad harum numerum Auctor non tam eas retulit, quas strictiore significatu dicimus; has enim fere omisit: quam illas, quarum et syntaxis et significatio paulo plus difficultatis habet, et haud parvam in observando diligentiam desiderat. Nec particulæ meræ sunt; sed singularia etiam loquendi genera, et idiotismi magno numero recensentur; quos aut permutare cum particulis licet, aut in alia quavis lingua per particulas exprimere necesse est, qualia sunt, *και ταυτα, εστιν οι, εσθ' οτε, αλλως τε και, εφ' ῳ, ανθ' ων*, quas loco quovis apte interpretari magnum ad sensus perspicuitatem præsidium est. Præterea de articulis, de casibus nominum, de *modis ac temporibus verborum* bene exponitur, *quomodo et quare differant, quo loco potissimum usurpentur, quid discriminis variæ particulæ cum iis conjunctæ efficiant:* in quibus locis nimium interdum philosophari, et discrimina subtilius constituere nobis quidem

videtur.

persona præteriti activi apud Atticos :—de *usu vocularum* ου μη *cum futuro Indicativi* :—de *usu optativi et subjunctivi cum particulis interrogativis* : &c. quæ observationes diligenter in Indicem relatæ sunt.

Nonnulla peculiaria in Dawesiana scriptione deprehendimus : quorum præcipua, tanta est Dawesii auctoritas, ut memoranda hoc loco videantur. *Apos-*

videtur. Etsi enim talia observari possunt ac debent : tamen ii, a quibus loquendi consuetudo profecta est, metaphysicæ tenuitatis non tantopere videntur studiosi fuisse."—Hactenus viri eruditi Lipsienses. Vellem equidem ANANIAM cum Dawesio comparare, et velim, ac magis etiam, ea profecto ipsa re, (dissensum ne moleste ferant eruditi Lipsienses,) ob quam illis minus placeat Antiparius. Nam quamvis illi, a quibus profecta est loquendi consuetudo minime ad animorum suorum motus adtenderint, quippe metaphysicæ subtilitatis ignarissimi ; tamen causæ proculdubio erant, quæ ad istos motus vim haberent : quas, cum ab hodierna consuetudine alienæ sint, investigare subtilis et difficilis operæ sit necesse est. Adeo difficile est cogitationem a consuetudine abducere.

Difficultas, qua Græcarum particularum cognitionem percipiamus, et modorum temporumque usum, accidit, ut videtur, ex imperfecta Græcæ institutionis ratione. Latinæ linguæ proprietates ex usu legendi et *scribendi* cognoscimus. Et quid impediat, cur eodem usu et eadem diligentia, in Græca similiter pueri proficiant. Certe de Græcis literis optime meritus est, qui nuper *Græcorum Exercitiorum* primam partem, quorumque *Secunda pars* in eo est, ut publicetur, edidit, G. J. HUNTINGFORD, Scholæ Wintoniensis præceptor, qui cum ob linguæ Græcæ peritiam tum quoque ob rationes officii sui diligentissime servatas, dignus est, qui in schola celeberrima juventuti intersit erudiendæ.

trophen ſolet omittere, et in eliſionis et in craſeos exemplis: qualia ſunt, p. 242. l. 2. γαρ pro γ' αρ—p. 296. l. 16. γεγενηθαν pro γεγενηθ' αν—p. 249. l. 16. ηις pro η εις, &c. idque facit ſæpe non ſine multo lectoris incommodo, et dubio, e.g. in γαρ an velit particulam, an particulas. Hoc qui faciat, nonne abjicit commodum, quod reperit recentiorum peritia et felicitas? et quidni porro vocabula omnia continua ſerie et nulla diſtinctione legantur? Meliore exemplo videtur *aſperum ſpiritum* poſt aſpiratam conſonantem omittere, nempe in εθ' οπως, et ſimilibus pro vulgato, εθ' ὁπως, quippe qui in aſpirata conſonante ſignificetur. Aſpirationis ſignum in *mediis* vocibus compoſitis (παρέωρος, &c.) notat. Atque idem veteres feciſſe docet Euſtathius ad Odyſſeæ M. p. 478. l. 51. ed. Baſil. ὁτι δε οἱ παλαιοι και εν μεσῳ λεξεων επιπνευματιζον, και ἡ ιλιας δηλοι. Non *Iliadem* hic Euſtathium voluiſſe putem, ſed vel *vetuſta poematis exemplaria*, vel *Grammaticum* aliquem, qui iſtud docuerit: ut in loco ejuſdem Euſtathii mox citando. An pro ἡ ιλιας legendum ἡλιοδωρος, celeberrimus Homeri interpres?—Εισι δε χειρες ααπτοι, αἱ δειναι και απτονται κατα Αρισαρχον, διο και εψιλουτο φασι το δευτερον Α.— Οτι δε παρα τοις αρχαιοις, ου μονον τα αρκτικα των λεξεων φωνηεντα επιπνευματιζοντο, αλλα και τα δια μεσου εν ταις συλλαβαις,

ὡμολογηται ὑπο των αντιγραφων, ὡς ῥηθησεται και εν τοις εξης. ὁπερ δηλοι πȣ και ὁ Αθηναιος. vide ad Iliad. A. p. 113. l. 39. et 44. Idem docet Etymologus V. V. Ευρυαλος, et Ωκυαλος. ubi diſtinguitur inter ευρυαλος et ευρύαλος. inter ωκυαλος et ωκύαλος. Compoſita enim monet ſæpe ſimplicium ſervare ſpiritum.

Minus certum eſſe videtur, quod, auctoritate vero veteris Inſcriptionis, ait, articulum nomine ſuo abſorptum ſignificari etiam apud Atticos aſperi ſigno ſpiritus, ſic ἁνηρ pro ὁ ανηρ, prima jam producta: qua auctoritate confiſus medicinam multis Comici locis facit. Ex iſta inſcriptione notat ΗΑΔΕΛΦΟΙ, ΗΑΙΣΟΠΟΣ, i. e. ἁδελφοι, αἱσοπος, pro οἱ αδελφοι, ὁ Αισωπος. Difficilis eſt quæſtio, quam non attingo. Locum vero hic memorem Platonis Comici, de Æſopo, Virbio ſcilicet, ſervatum a Scholiaſte ad Ariſtophanis Aves, v. 471. qui aliter quoque notandus eſt.

Και μην ομοσον μοι, μη τεθναναι το σωμ'. Εγω. (ita Kuſter.)
Ψυχην δ' αν ηκειν, ὡσπερ Αισωπȣ ποτε.

Primum articulus, quem diligentiſſime adhibebant Comici, videtur abeſſe ante Αισωπȣ, nempe ἡ Αισωπȣ (ψυχη,) ſive ſecundum Daweſii obſervatum, αἱσωπȣ. Deinde an melius pro αν ηκειν ſcribatur Ψυχην δ'

ANHKEIN

ANHKEIN—numeri gratia: quam lectionem postea confirmare existimabam varietatem, quæ in Scholio est ad Vesp. 1251. Ψυχῶ δ' απο νικης. ubi νικης vix dubitandum est, quin vitiosum sit pro νηκειν. Sed neque sic, scripto ανηκειν, sarta tecta esse omnia clamat illud ΑΠΟ νικης. quod tamen vestigia veræ lectionis, ut puto, conservavit. Locum sic scribere velim,

Και μῶν ομοσον μοι, μη τεθναναι το σωμ'. Εγω.
Ψυχῶ δ' ΕΠΑΝΗΚΕΙΝ, ὥσπερ ἡ Αισωπυ ποτε.

Ubi ἡ Αισωπυ synizesi enunciandum velim, et plene scriptum, dummodo Dawesii observatio ad liquidum certumque sit perducta; de qua synizesi monitum est in Appendice p. 456, 457. Επανηκω, ut επανερχομαι, επαναγω, επανακομιζω, επαναστρεφω, &c. *

III. Cum vero præcipua, quæ Dawesii propria sunt, memoremus, insignem illam Miscellaneorum Criticorum partem, qua Æolicum Digamma, sive,

* Hæc scripseram, nec cogitabam Kusterum, qui Aristophanem suum post Suidam edidit, aliquid de loco Platonis notasse præter observata ad Scholium Aristophanis. Nihil enim commemorat. Postea vero me monuit amicus Kusterum quoque olim ad Suidam V. Αισωπος, correxisse ΕΠΑΝΗΚΕΙΝ. quanquam alterum illud αυ ηκειν prætulerit ad Aristophanem.—In Scholio ad Vespas dicitur, Μυθοι ὅτοι εγενοντο· και οἱ μεν Συβαριτικοι περι των

πτερα-

quod eodem redit, Ionicum Vau *, tractatur, male de Dawesio mereamur, ni in summo loco statuamus. Quæ ad quartam Sectionem in Appendice dicta sunt, eo pertinent, ut ostendant, " Æolicam dialectum ab origine non unius fuisse gentis propriam, sed antiquam universæ Græciæ dialectum: deinde ex progressione linguæ Græcæ, et cognatione dialectorum ejus, ac tempore, quo vixerit Homerus, atque ex consuetudine poetarum, antiquitatis scilicet custodum, Homerum Æolica dialecto usum *potuisse*; denique ex testimoniis ipsius poematum, una cum scriptorum veterum auctoritate, consensu recentio-

τετραποδων ησαν· οι δε Αισωπειοι περι των ανθρωπινων. quod nec verum est, et Florenti Christiano ad hunc locum vehementer displicuit. Nihil dubii videtur, quin olim scriptum fuerit,—Και οι Αισωπειοι περι τετραποδων ησαν· οι Συβαριτικοι, περι των ανθρωπων, eadem sententia, qua alterum Scholium ad Aves, 471. των δε μυθων, οι μεν περι αλογων ζωων, εισιν Αισωπειοι, οι δε περι ανθρωπων, Συβαριτικοι. ubi porro ad Scholium in Vespas refertur.

* Cum utrumque signum Digamma (ϝ) et Vau (') inculcentur, ut metro subveniant, in hac re quoque illud huic præstare videtur, quod ubi Vau, (vel potius signum, quod pro Vau usurpat Dawesius,) vocali imponitur, dubium sæpe primo intuitu est, an vocali præfigendum sit, an subjiciendum. E. g. ποὰς, προσὲλειν, δὲος, enuncianda sunt, ποWας, προσWελειν, δWιος. itaque πεφὰσι, ἱσωσι, enuncianda videantur, πεφWασι, τWισωσι· cum sint enuncianda πεφαWσι τιWσωσι. Vide loca indicata *Indice vocum a Dawesio Vauatarum.* Certa sunt πεφαϝσι, τιϝσωσι.

rum eruditorum confirmata, *revera* ea fuiſſe uſum: atque adeo Æolicum Digamma ab Homericis ſcriptis *olim* non alienum." Iis, quæ in Appendice jam dicta ſunt, adjiciam pauca.

Libelli, qui Herodoto adſcriptus eſt, quique Homerum Æolenſem fuiſſe dicat, potius quam Ionem aut Dorienſem, teſtimonio confirmato a Foſtero et Woodio, accedit Strabonis auctoritas a Bentleio indicati, qui Troadem docet ab Æolibus olim fuiſſe habitatam. Æolico Digammati ut adverſaretur Daweſius, id imprimis fecit, quod putaret Homerum Ionem fuiſſe, et non Æolenſem, atque adeo ab Ionicis ſcriptis alienam fuiſſe literam Æolicam. Æolicam tamen etiam patriam Homeri teſtantur nonnulli veteres et recentiores, qui ſententiam ſuam confirmant ex poetæ ipſius poematis, vocabulorum ope, quæ partim ad Æolicos mores pertinent, præſertim vero quæ dialecti ſunt ejus, quæ, florente Græcia, Æolica vocabatur. Qui de dialectis ſcripſerunt, cum Æolicam explicarent, ex Homero exempla ſæpe repetebant: qui ad Atticam dialectum idem etiam largius fecerunt *. Et

* Homerus quomodo et cur Attica ſit uſus, docet Salmaſius in libro *de lingua Helleniſtica*, p. 437, 438.—Cum obſervationes in

quartam

profecto plurima apud Homerum occurrunt, quæ characteris Æolici, et Ionici, atque Attici ſunt: quas loquendi varietates alii Homerum cenſent ſua dialecto, quæ quæ fuerit, inter peregrinandum forte fortuna immiſcuiſſe; alii, adhibuiſſe eas ex eadem origine repetitas, ſed conſulto et ex licentia, qua, quod metrum adjuvaret, ſuum fecerit. At quis tam multa coloris varii atque formæ, (qualia non fieri potuit quin fuerint, ſi diverſa ex diverſis dialectis ſumpſerit,) adhibere voluerit? quis demum auſum patienter legerit? Varietates iſtas loquendi, quas plerique aliunde, ego equidem ex cognatione dialectorum velim repetere.

Ut exiſtimaretur Homerus dialectos pro re et occaſione immiſcuiſſe, id factum eſſe credo e præjudicata et falſa ut videtur, de dialectis opinione, quâ ſua cuique regioni propria haberetur, et tanquam e ſuo ſcilicet ſolo nata: cum non cogitarent, quod tamen verum eſſe videtur, dialectos nihil aliud eſſe niſi unius et ejuſdem linguæ mutationes inter progrediendum a rudibus ſuis principiis ad elegan-

quartam Miſcellaneorum ſectionem ſcriberem, non videram Salmaſii eruditiſſimum librum. Igitur quod tum non potui, hic ſemel atque iterum ad ejus auctoritatem lectorem relegare libet.

tiam factas. Græcam linguam antiquissimam putem a vetere Æolica haud ita diversam fuisse; et linguam Græciæ, florente Æolica, ut postea vocabatur, nondum illo dialectorum discrimine insignitam; itaque nondum nomina Αιολιδος, Ιαδος, Ατθιδος, innotuisse; verum hasce dialectos ab antiquissima lingua, et deinde adeo ab Æolica, profectas et variatas, tot esse mutationum et progressionis indicia, quot loquendi characteras constituant.

In dialectorum progressione quæque superior dialectus sequutæ principia continebat. Namque linguarum innovationes, quæ deinceps ita valerent, ut majores characteras sive dialectos facerent, non subito factæ sunt. Verum enim dum nova aliqua usu veniant, multa vetera nondum * exolescunt: nec fieri potuit quin multa adeo necessitudinem haberent etiam in plurimis diversissimæ dialecti.

* Hinc videtur accidisse, ut formæ vocabulorum a recentioribus usitatius adhibitæ etiam apud Veteres occurrant; et contra, ut aliæ a veteribus adhibitæ deprehendantur apud recentiores. Multa disputari possint de hac inconstantia linguarum, quæ complectantur, ni fallor, diversos loquendi vel scribendi characteras, quales E et EI, atque O et OY, eadem inscriptione adhibitos, qui Dawesio adeo displicuerunt, p. 122. 129. Non aliter in nonnullis *Senatus consulti Merciani* I longa adhibetur, cum tamen in pluribus pro I longa usurpetur EI, more veterum.

Quot

Quot Æolicæ cum Ionica, quot Ionicæ cum vetere Attica ſunt communia? De cognatione dialectorum Ionicæ et veteris Atticæ, quæ vel eædem vel proxime cognatæ fuerunt, nonnulla monita ſunt in Appendice ad Daweſium. Præter Koenium ibi citatum, cf. etiam Salmaſium de Lingua Helleniſtica, p. 413. Homerica dialectus antiqua proculdubio fuit: et ſcriptis ejus adeo multa ſunt cum variis dialectis communia, idque neceſſario et pro conditione linguæ Græcæ, qua fuerit, cum poeta ſcriberet.

Tantam ſane inter ſe neceſſitudinem habent Græcæ dialecti, ut nullo limite ſingularem aliquam circumſcribas, qui ſola ſua et ſibi propria, ac non multa ſimul includat, quæ in cæteris etiam occurrant, quanquam forſan rariore uſu. Scilicet cum picturam aſpiciamus, in qua ſolerter lumen et umbræ cuſtodiantur, partium eminentias facile ſentimus, quæ ſe promittunt; nec tamen colorum, qui perite mitigati ſunt, diſtinctionem poſſumus diſcernere, nec definire, quo umbræ deſinant, ubi ordiatur lumen. Idem omnino, ut videtur, dialectis accidit.

IV. At

IV. At si Homerus Æolica etiam dialecto uteretur, quidni Æolicum Digamma *, cujus unius ope metrum toties resarciri potest, Homericis scriptis restituatur? Certe id Bentleius, Digammaticæ doctrinæ princeps, in recensione poematum Homericorum fecit: Factum maxime collaudavit TAYLORUS†, quod quoque calculo suo FOSTERUS ‡ comprobavit. Attamen de hac re, salva virorum doctorum reverentia, monui quid dubitarem. Primum enim cogitabam, literam *antiquatam*, in qua Græci ipsi universi abjicienda consenserunt, *hodiernis* Homeri exemplaribus reddere, et una cum *recentioribus* literarum formis miscere, incongruum fore et incon-

* Digammaticæ doctrinæ idem accidit, quod et aliis rebus novis, nempe ut a plerisque minus benevole exciperetur. In his POPIUS eam in ludibrium vertit, illumque adeo, qui ei præfuit. Sed eximius poeta neque in veteribus suæ ipsius linguæ, nedum Græcæ monimentis accurate versatus, tantum scilicet de antiqua illa litera vidit, quantum de Shakespearii *Sagittario*.

† "Si emendetur ΠΓΟFΙΑΠΤΩ, *προϊάπτω*, (quidni autem ita emendetur?) fidem faciet antiquissimos Homeri Codices ita fuisse exaratos, qua itidem *ἀκριβείᾳ* suam editionem, quam non minori ingenii felicitate molitur quotidie, quam nos omnes vehementia expectationis efflagitamus, describi curabit bonarum omnium artium stator et vindex, clarissimus BENTLEIUS." Lectiones Lysiacæ, p. 703.

‡ *Essay on the different Nature of Accent and Quantity*, p. 314. ed. Secundæ.

cinnum.

cinnum. At incongruitatem rei et inconcinnitatem fortaſſe dicat aliquis nihil eſſe ad noſtrum ipſorum commodum; quod nobis adferet illius literæ reſtitutæ uſus, cujus quidem expreſſa vi non indigebant Græci. Et porro recentioribus formis prorſus convenit minuſculum illud ϝ ad exemplum minuſculi ſ factum a Saltero, quo et alibi et in Specimine Salteriano uſi ſumus.—Deinde obſtare videbatur, quo minus impræſentiarum Digamma reſtituatur, quod nondum digammatica doctrina conſtituta ſatis ſit, et confirmata. Scilicet iſtius doctrinæ unum eſt argumentum, quod multum habet momenti, quodque adeo extra litem et ſuſpicionem ſtatuatur neceſſe eſt, antequam Digamma Homericis ſcriptis inſeratur. Nimirum quæſtio eſt, quæ longe pertinet, an Æoles Digamma unquam pro nihilo acceperint? Priſcianus affirmat; et obſervato adſtruit exemplum hoc

Αμμες δ' ϝειραναν* τοδε τ' αρ θετο Μωσα λιγεια.

Vocabulo enim ειρανα Digamma præfigi ſolebat. Sed cum Digamma ibi vim conſonantis habeat, quomodo vocalis a ϝ elidi potuiſſet, niſi neglecta

* Fortaſſe melius ſupprimatur *forma* Digammatis, ubi *vis* ejus negligitur. Et haud ſcio an formam expreſſerit Priſcianus ſolummodo ut locum ejus conſuetum indicaret.

vi digammatis? Dawesius vero negat, atque adeo immutare vult omnia, quæ sibi repugnant. At si vera est observatio Prisciani, verendum est, ne dum unum aliquid Homericum restituere tentemus, plura simul, quæ ab eo certius profecta, deleamus. Prisciani sententiam confirmare conatus sum in Appendice nonnullis, quibus pauca addere libet. Quam plurima exempla Priscianio similia adduci possint, qualia sunt versus 3, et 19, primi libri Iliadis.

Πολλας Δ' ιφθιμȣς ψυχας αϊδι προϊαψεν.
Εκπερσαι Πριαμοιο πολιν, ευ Δ' οικαδ' ἱκεσθαι.

ιφθιμȣς enim et οικαδ' digammate insigniri solebant. Sed in talibus Dawesius censet δ' metri fuisse fulcrum a recentioribus interpositum: itaque demum ejiciendum. Vereor ne id licentiâ futurum foret, quæ tollat crebras illas orationis copulas, quæ pulcherrima sunt vetustissimæ simplicitatis indicia. Alia autem adduco, et fortasse certiora. Vocabula εελσαι, εελμενος, εοικα, εκηβολος, Ηρη, ειπειν, scribebantur FεFελσαι, FεFελμενος, FεFοικα, FεκηβολοςFηρη, Fειπειν.

1 Οιδα γαρ ὡς κατα Fαστυ FεFελμεθα—
Η Fȣπω κεκορηοθε FεFελμενοι ενδοθι πυργων.

1 Il. Ω. 662. Σ. 287.

2 Αινως

2 Αινως αθανατῃσι θεῃς εις ωπα Ϝεϝοικεν.
3 Ουδε Ϝεκηβολιαι, ———
4 Τον δ' ημειβετ' επειτα βοϝωπις ποτνια Ϝηρη.
5 Εσται μαν, ὁτ' αν αυτε φιλην Ϝλαυκωπιδα Ϝειπῃ.

Quæ enuncianda ſunt wεwελμεθα, wεwελμενοι, wεwοικεν, wεκηβολιαι, Wηρη, wειπῃ. In ſequentibus tamen Digamma omnino negligitur.

1 Πειν κατα Ϝιλιοφιν κλυτα τευχεα λαϝον εϝελσαι
2 Τιμην δ' Αρϝειϝοις αποτινεμεν, ἡντιν' εϝοικεν.
3 Εκ δ' ἑκατομβην βησαν εκηβολῳ Απολλωνι.
4 Τῳ γαρ επι φρεσι θηκε θεα λευκωλενος Ηρη.
5 Οφρα τις ὡδ' ειπῃ Λυκιων πυκα θωρηκταϝων.

In quibus extrema conſonans vocum præcedentium λαϝον, ἡντιν', βησαν, λευκωλενος, ὡδ', neglecti Digammatis vicem ſervat, et hiatum ſupplet.

Quinetiam cum Digamma binis vocalibus antiqui medium inſererent, inquirendum eſt an id ſemper fecerint: et ſi non ſemper, quibuſnam inſeruerint. Videndum quoque an recte inter diphthongum et vocalem inſeratur. Hiatum enim supplere videtur diphthongi altera vocalis, ut dicitur. Daweſius vero Digamma inſeruit in Αχαιϝοι, et ſimi-

2 Γ. 158. 3 Ε. 54. 4 Α. 551. 5 Θ. 373.
1 Il. Φ. 295. 2 Γ. 286. 3 Α. 438. 4 Α. 55. 195. &c. 5 Μ. 317.

libus. Et Latina ei favent *Achivi*, *Argivi*, *oliva*, et ſimilia. Αχαιοι enim et Αχειοι, ſive ΑχειϜοι, *Achivi*; ελαια et (ολεια, ſive ολειϜα,) *oliva*; cognatæ ſunt formæ, ut λιγαια et λιγεια, λαιος et λειος, &c. vide Appendicem p. 429. Vetus Latina ſcriptio a Græca propior eſt; namque EI diphthongum pro I longa ſcribebant, ut in Senatuſconſulto Marciano, *deicerent*, *vobeis*, *ſei*, &c. Sic ΑργειϜοι, *Argeivi*, *Acheivi*, *oleiva* *.

Iſta et nonnulla alia accuratius explicari debent, ut videtur, ne loco ſuo Digamma omittatur, aut alieno temere inſeratur. In Appendice Specimina Uptonianum et Salterianum repræſentavi. Hic tertium dabo a Bentleio ipſo inſtitutum, quod e MSSa ejus Homeri recenſione † excerptum mecum vir doctus ad hanc rem communicavit.

* *Olea*, *oliva*, et ελαια, pertinent ad obſervationem de literis inceptivis et adſcititiis, p. 505, 506, &c. quippe quæ proveniant, ut puto, a λαιος et λειος. ΛεϜος, *levis*, λαιϜος, *lævis*, λειϜος, *oleiva*, *oliva*.

† Libri MSSi initio recenſentur vocabula Homerica, quæ Æolico Digammate paſſim donari debent: ubi quoque notantur nonnulla, uti ex viro docto cognovi, quæ Æolico Digammati ſcriptis Homericis vindicando ſerviant: in quibus locus eſt Strabonis ſupra memorati.

Iliad.

Iliad. A. 543.

Τὴν δ' ημειβετ' επειτα πατηρ ανδρων τε θεων τε·
Fηρη, μη δη παντας εμȣς επιFελπεο μυθȣς
Fειδησειν· χαλεποι τοι εσοντ' αλοχω περ εȣση.
Αλλ' ὁν μεν κ' επιFεικες ακȣεμεν, ȣτις επειτα
Ουτε θεων προτερος τον * Fεισεται, ȣτ' ανθρωπων·
Ον δ' αν εFων απανευθε θεων εθελοιμι νοησαι,
Μη τι συ ταυτα Fεκαστα διειρεο, μηδε μεταλλα.
Τον δ' ημειβετ' επειτα βοωπις ποτνια Fηρη·
Αινοτατε Κρονιδη, ποιον τον μυθον εFειπας;
Και λιην σε παρος γ' ȣτ' ειρομαι, ȣτε μεταλλω·
Αλλα μαλ' ευκηλος τα φραζεαι, ἁσσ' εθεληθα·
Νυν δ' αινως δειδοικα κατα φρενα, μη σε † παρειπη
Αργυροπεζα Θετις, θυγατηρ ἁλιοιο γεροντος.

* A voce τον passim abjicit γε Bentleius.

† Bentleius corrigit παρελθη. quia alibi prima vocis παρειπη producitur; et citat Il. Z. 62. 337. Judicent alii an ea, quæ paulo ante dicta sunt de vi digammatis modo expressa, modo suppressa, metrum verbi παρειπη defendere possint. Certe elegantius videtur παρειπειν, quam παρελθειν. Deinde vix dubito, sive παρειπειν, sive παρελθειν præferatur, quin pro subjunctivo legendum sit παρειπεν vel παρελθεν, indicativo modo. In talibus enim subjunctivus futuro sensu adhiberi solet: Indicativus præterito et perfecto; et nonnunquam optativus, qui vero ad utramque partem pertinere videtur.

Odyss. Θ. 230. Οιοισιν δειδοικα ποσιν, μη τις με παρελθη.
Iliad. Ψ. 345. Ουκ εσθ', ὁς κε σ' ελησι μεταλμενος, ȣδε παρελθη.

Notandum est Bentleium, qui vim Digammatis non tanta cum diligentia videtur expendisse, quanta Dawesius, formam literæ in vocibus βοωτης et λιην

Timeo, ne superet——*Non erit, qui prætereat*——

Iliad. Θ. 373. Εσται μαν, ὁτ' αν αυτε φιλην Γλαυκωπιδα ειπῃ.
M. 317. Οφρα τις ὡδ' ειπῃ Λυκιων πυκα θωρηκταων.
Odyss. A. 86. Νυμφῃ ἐϋπλοκαμῳ ειπῃ νημερτεα βουλην.
302. Αλκιμος εσσ', ἱνα τις σε και οψιγονων ευ ειπῃ.
Γ. 19. Λισσεσθαι δε μιν αυτον, ὁπως νημερτεα ειπῃ.
T. 98. Οφρα καθεζομενος ειπῃ επος——
X. 397. Ερχεο· κικλησκει σε πατηρ εμος, οφρα τι ειπῃ.

In quibus omnibus ειπῃ est futuri sensus, et *dicat* significat. Unus extat locus Iliad. Σ. 508.

Τῳ δομεν, ὁς μετα τοισι δικην ιθυντατα ειπῃ.

Ubi quidem verti possit, *ut darentur* (ei), *qui diceret*. Et tamen futuri sensus est, si tempus illud spectes, quo præmia proponebantur. Nec silendum est in nonnullis codicibus legi ειποι. Cæterum vertitur *Ei* danda, quasi τῳ in hoc loco fuerit pro *ei*: cum vero τῳ δομεν, ut videtur, potius sit pro επι τῳ δουναι, ut illa *daret* scilicet ὁ βραβευς, vel, quomodo talia usitatius vertuntur, *ut darentur* (εκεινῳ), ὁς—Εκεινῳ subintelligitur, ut in loco Aristophanis, quem tractat Dawesius, p. 307.

Exempla voculæ μη cum Indicativo de re perfecta usurpatæ μη λεληθε, μη τεθνηκεν, μη διεψευσατο, vide apud Musgrav. ad Euripidis Phœniss. 93. Adde Lucianum T. I. p. 31. δεδια μη το ἑκατερου καλλος ἡ μιξις συνεφθειρεν. Meleager in pulcherrimo epigrammate, (si modo eadem de Zenophila dici potuissent;)

Ταρβω, μη ψευστης Ζευς επ' εμοι γεγονεν.

Epigr.

neglexiſſe, ubi alter ſolet interponere. vide Indicem Vocum a Daweſio Vauatarum.

V. Atque hæc hactenus de rationibus Daweſianis Bentleianiſque. Antequam vero de hac re manum tollamus, non alienum erit nonnulla de poteſtate ac uſu digammatis monere. Literæ igitur ſonus nihil habet cum forma ejus commune. Namque etſi literarum W et Γ ſonus multum habet affinitatis, quippe quæ a gutture proveniat; Digammatis proprie fuit idem atque W, et bene a Dionyſio Halicarnaſſenſi plene ſcribebatur ΟΥ. Vis ejus ſic facile intelligitur. In duabus enunciandis vocalibus, ſcilicet οε, οι, οα, ſi prioris enunciationem producamus ſic, ο-ε, ο-ι, ο-α, ſonus eſt qui neceſſario interponatur, et ο-ε fit οWε, ο-ι οWι, ο-α οWα. Iſte profecto medius ſonus, qui cum O conſonat, binis vo-

Epigr. XLI. Denique Homerus ad rem noſtram appoſitiſſime Odyſſ. Ε. 300.

Δειδω, μη δη παντα θεα νημερτεα ειπεν.

Vereor, ne dixerit. ut δεδοικα μη σε παρειπεν, *vereor, ne precibus et blanditiis te induxerit.*

Verum ut in libri primi Il. loco apud vulgatos Codices vitioſe, ut puto, legitur παρειπῃ, ſic in altero Odyſſeæ paulo ante citato Codex Lipſienſis male habet Δειδω μη ειπῃ pro eo quod vulgatur ειπεν· Fefelliſſe enim utrinque et diſplicuiſſe adeo uſus videtur voculæ μη cum Indicativo.

calibus

calibus passim interponebatur ab Æolibus. Eustathius ad Iliad. A. p. 116. v. 38. ed. Basil. Βοιωτων μεν γαρ το Ελαω, δια του α. Αιωλεων δε προστιθεναι τῳ α το Υ. Ελαυω γαρ λεγουσιν. Plenius de hac re Scholiastes Pindari ad Pyth. Od. II. 53. locum poetæ Dawesio citatum, p. 181, qui vero Scholiastis non meminit. Αιολικως δε το Αυαταν προσηγαγεν. εκεινοι γαρ εαν ωσι δυο φωνηεντα, εντιθεασι το Υ, ὡς επι του αηρ, ΑΥΗΡ, και αως ΑΥΩΣ. ὁτε δε συμφωνον εςι μεταξυ*, ουκετι. Και ταχα αν τις ἡμιν απορησειε λεγων· πως το Ατη, του Τ οντος μεταξυ, το Υ ανεδεξατο; ειπερ τουτο γινοιτο [l. ου γινοιτο,] ὁπηνικα συμφωνον εςι μεταξυ· Και φαμεν ὁτι [l. ὁτι Ατη] απο συναιρεσεως γεγονεν. ην γαρ Αατη. και Ομηρος· Πρεσβα Διος θυγατηρ Ατη, ἡ παντας ααται. Αναλογως ουν ει και κατ' εκθλιψιν γεγονεν. αλλ' ουν δια το ὑπαρχειν δυναμει το ἑτερον α, το Υ ανεδεξατο. Lectionem †, quam

* Μεταξυ ex superiore loco, ubi vulgo legitur ante εντιθεασι, huc transtuli.

† Scholiastes, si verba recte accipio, in exemplari suo legisse videtur αυτη, et non αυατη. Nam quod dixerat, το Υ inter binas vocales posuisse Æoles, satis bene explicat rationem vocis αυαταν; neque erat, quod quis ulterius desideraret. Igitur quare addat, Æoles non idem Υ inter vocalem et consonantem adhibuisse? Docere nempe vult, ut puto, id, quod in αυτη fieri videbatur, revera non factum. Namque, inquit, ατη contractum est ab αατη, itaque cum alterum α, quod nunc in ατη non εργῳ et re vera extat, tamen δυναμει extat, hoc est, cum id quod nunc ατη est, αατη esse possit, illud quoque recepit Υ, quod αατη proprium est;—et sic αυτη factum. Δυναμει ὑπαρχειν de rebus, quæ non sunt, sed *esse possunt*, est Aristotelicæ disciplinæ, de qua vide Harrisii Philosophica Elementa, C. XI.

conſervaſſe videtur Scholiaſtes aliis expendendam relinquo. In talibus vero Digamma in Υ tranſiit. Sic ιωχη, ιαχος, ἀΐαχος, αϝιαχος, ΑΥΙΑΧΟΣ, verbum Homericum de quo Daweſius in Miſcellaneis. ατη, αατη, αϝατη, ΑΥΑΤΗ, enunciandum non ut αυιαχοι, h. e. αυ-ιαχοι, ſed α-υατη, prima correpta. Sic αως, αϝως, ΑΥΩΣ· αω, αϝω, ΑΥΗ, *flatus*, unde, producta terminatione, αελλα· αηρ, αϝηρ, ΑΥΗΡ, αυερ, quod αυερ fit ſimili terminationis varietate, qua *ager*, αγρος· *caper*, *capra*: αςηρ, αςρον· &c.

Locum Digammatis et vim obtinet Υ non tantum inter duas vocales, verum etiam inter conſonantem et vocalem. Sic ὑλη, *ſylva*; *aro*, *arvum*; *ſalus*, *ſalvus*; et *rufus*, *furvus*; &c. ſic quoque, ſecundum Daweſium, locum habuit Digammatis poteſtas in δεος, σαινω, &c. enuncianda δWεος, σWαινω. ſic etiam κε, και, *que*; τετορα, (κετορα,) *quatuor*; πεντε, (κεντε,) *quinque*; *cotidie*, *quotidie*; &c. in quibus vocali præfixa conſonanti ſubjicitur. In aliis vocali ſubjecta conſonanti præfigitur. Sic αω, (unde ατμος,) αϝω, αυτμη· αω, αυω, αυτη, *clamor*. ὁλος, οὑλος· ολυμπος, ουλυμπος· πολυς, πουλυς· ὁδος, οὑδος· &c. Ad alterutram rationem fortaſſe pertinebat αθανατος, et ſimilia, prima producta: enuncianda adeo αθWανατος, vel αυθανατος, &c. Hoc vero imprimis accidit vocali Ο. Digamma enim

pars

pars eſt iſtius vocalis, quippe quæ eam terminet, productis labris, et eſt conſonans. OO, O-O, ſive O-Υ *, οο-αναξ, ου-αναξ, υαναξ, ſive Ϝαναξ, Wαναξ, ut noſtrum, *oo-illiam*, *william*, cornouaille, corn*w*all. Jam ut ολυμπος, ουλυμπος· οδος, ουδος· ſic, opinor, οφις, ουφις. Nam huc pertinere putem Iliad. M. 208.

——— ὀπως ιδον αιολον οφιν.

de quo viri docti mira commenti ſunt et argutati. vide Clarkium et Erneſtum. — Per ſe enunciatum O neceſſario effert conſonantem ejus Υ, quod ſonum terminat: itaque plene ſcribitur OΥ in argumento Iliadis O, OΥ Κρονιδης, κεχολωτο—ubi vide Euſtathium. Et ſic Εως ὁ, de quo vide doctos Interpretes ad Il. A. 193. O. 539. &c. enunciandum videtur Εως οὑ. Atque ad hanc fortaſſe rationem referendum Latinum O modo correptum, modo productum, in *ŏ Alexi*, *ō Corydon.* Namque illius conſonantem cum *Alexi* ita conjungere poſſumus, ut *o* breve ſit, *o-walexi:* hujus vero, nullo modo diſtinguere poſſumus, quin longum reſtet. Atque hujus rationis ſunt diphthongi modo correptæ modo productæ. Nempe αλλοι εμων ſonat

* Græcum OΥ idem ſonabat atque Gallicum *ou*, et noſtrum etiam in *would.*

idem

idem atque αλλο yεμων· δεινα ποιει, δεινα πο-yει· ολβιμου εστιν, ολβιμο Wεστιν, &c. Cæterum quo magis hæc res expendatur, eo magis placet Gatakeri ſententia, nullas eſſe *diphthongos*, ea certe ratione, qua vulgo intelligantur, hoc eſt *bivocales*: ſed in talibus alteram literam, quæ alibi vocalis, hic eſſe conſonantem.

Præfigebatur Digamma etiam conſonantibus, præſertim literæ P, initio vocabulorum. Et in hac ſede ſæpiſſime abiit in cognatas literas B, Γ. F, &c. ut in βρητωρ, βροδος, βρεμω, βραβευς *, βαδυς, γαδομαι, *gaudeo*, *fremo*, *frango*, *frigus*, *fruor*.

Υ et I cognatos fuiſſe ſonos conſtat ex multis et Græcorum Latinorumque. Permutabantur *maxumus* et *maximus*, *optumus* et *optimus*, &c. Et ſic Digamma inter binas vocales modo in Υ, modo in I tranſiit. A ποα, ſive ποFα, fit ποια: ab αω, unde ημι, *dico*, fit ΑΥΩ, *vocem edo*, et ΑΙΟ: a πορ, ſive

* Βραβευς, eodem refero, quo *arbiter*, et utrumque ad *raor*, (quam cognatam putem formam fuiſſe τȣ *reor*,) unde *ratus*. Quod Digammati toties accidit, hic idem factum fuiſſe puto, ut id, quod inter vocales in *raor* locum habebat, in B tranſiret; ραFω, βραFω, βραβω, βραβευς. Deinde eadem metatheſi, qua permutabantur, *rapax*, αρπαξ, factum RAFOR, *arbor*, *arbitror*, ut *calco*, *calcitro*, &c. βραβευς igitur eſt, qui *ſententiam dicit*, *judex*, *qui præmia adjudicat*, *arbiter certaminum*, &c.

ΠΟϜΡ, PUER et ΠΟΙΡ : a *κλαω*, ſive *κλαϝω*, *κλαυσω* et *κλαιω*, &c.

Et hinc profecto accidit, ut Digammatis forma obſoleſceret, quippe cujus poteſtas in aliis vocibus omnino negligeretur a recentioribus, in aliis ſuppleretur cognatarum literarum ope. Verum negligebatur etiam in iis vocibus, quarum inceptivas vocales tenuis ſpiritus ſigno notabant recentiores, quas vero vocales fortiore ſpiritu, hoc eſt, digammatis ope, veteres efferebant. Hæc vero inconſtantia enunciandi, ut aliter fieri non potuit, ſic notabilior eſt in vocibus ejuſdem originis, ex quibus tamen aliæ aſpero ſpiritu efferebantur, aliæ non item. Demum ut Digammatis etiam poteſtas periit initio vocabulorum, ſic aſperum ſpiritum in mediis quoque vocibus compoſitis antiquitus expreſſum recentiores Græci omiſerunt.

VI. Atque hæc de Daweſii Miſcellaneis Criticis, eorumque imprimis quarta Sectione, præmonenda videbantur. Nunc de hac ſecunda Miſcellaneorum editione, et quod in ea præſtare potui, aut volui, breviter exponam. Et primum de ſubſidiis, quibus inſtructus ad eam ornandam fuerim.

Daweſii notitia aliqua hanc editionem carere nolui

lui. Virum igitur reverendum adii et Biographiæ Britannicæ conſultiſſimum, ANDREAM KIPPIS, qui ex copiis ſuis Biographicis libere et admodum benevole omne quicquid a libris editis amicorumque diligentia de Daweſio audire potuerit et cognoſcere, mecum communicavit. Quæ omnia meis quoque lectoribus tradere volebam, ni vetuiſſet hujus Præfationis ratio.

Nec mihi hac occaſione defuit FARMERI ſpectatiſſima humanitas, viri celeberrimi, qui Collegio Emanuelenſi, cujus olim ſocius fuit Daweſius, apud Cantabrigienſes præſidet: qui librum ſimul Daweſii MSSum tranſmiſit, de quo ſupra dictum.

Atque ibi ſane, quam ſpem conceperam novum aliquid Daweſianum, quod ad hanc Philologiam pertineret, proferendi, vana fuit. Aliunde vero præter ſpem ad me delatæ ſunt Daweſianæ ſuorum Miſcellaneorum correctiones, paucæ quidem, ſed acceptiſſimæ; quæ ſero utique acquiſitæ in Addendis locum habent. Illas autem debeo viro doctiſſimo, PHILIPPO SALTER; qui nec noluit, pro ſua benevolentia, ut Homericum Specimen Salterianum ab

 erudi-

eruditiſſimo ſuo patre ſecundum Daweſii præcepta inſtitutum, in Adnotatione noſtra extaret *.

Præterea, ut huic Editioni præter meam ipſius adnotationem nihil non accederet, quod prodeſſe poſſet, excuſſi ampliſſimos *Sanctamandi* Commentarios in Ariſtophanem, qui in Bibliotheca Bodleiana conſervantur, ex quibus iſtas ſolummodo obſervationes excerpſi, quibus locos Comici a Daweſio tentatos tractaverit Sanctamandus.

Ejuſdem Bibliothecæ Codices Baroc. 43. et 127. (quorum nonnullas varias lectiones memorat Daweſius,) comparavi ad Daweſii conjecturas; eorumque varietates, et Scholia margini adſcripta, huic Præfationi ſubjicere viſum fuit. Codex prior continet Plutum et Nubes: alter incipit a verſu 560, Pluti, et definit in verſu 1340, Ranarum. Utrique ſunt plurimæ gloſſæ interlineares: alteri vero, qui vetuſtior eſt, ſunt gloſſæ et lineis interpoſitæ, et margini adſcriptæ; et ſcholia etian inedita.

Jam vero demum eo hujus perventum eſt Præfationis, quo meus inde ab initio animus properavit. Accepti enim voluptatem beneficii non majorem eſſe ea, quæ ab agendis referendiſque oriatur

* Vide p. 434.

gratiis,

gratiis, nunc cum maxime probe ſentio. VIRO igitur ORNATISSIMO, qui nomen ſuum huic libello non præfigi noluit, præter literas de Daweſio noſtro ſcriptas ſuaviſſimam morum facilitatem referentes, ſchediaſma Obſervationum, quæ huic editioni maximo ſunt ornamento pretioque, cæteris adnotationibus admiſtarum, tranſmiſſum debeo. Cujus quantæ memor humanitatis hanc Miſcellaneorum Criticorum editionem, quam primùm obſervantiæ et honoris cauſa, quo viri humaniſſimi erudita ſcripta colui, volebam, ignoto munuſculum ignoti; nunc tandem leve aliquid grati quoque animi teſtimonium, extare volui, erga hominem, cujus in amicorum numero eſſe ſemper felicitati et decori habebo. Et locus hic fuerat, ſi ex animo meo egerim, in quo viri optimi ſumma de Græcis patriiſque literis merita, de Euripide, Plutarcho, Babrio, et Orpheo, qui vocatur; de Chaucero, Shakeſpeario, aliiſque, prædicarem, ni jam adeo pervulgata fuiſſent, ut non meis certe laudationibus indigerent; et ea etiam celebrarem, quæ majora ſunt, bonitatem illam, candorem, et humanitatem, ni illius modeſtiæ diſplicerem, cui mea omnia probare velim.

VII. HIS SUBSIDIIS accedit noſtra adnotatio, cujus

jus hanc mihi rationem conſtitui. E commentariis virorum doctiſſimorum, in primis VALKENARII, PIERSONI, KOENII, collegi, quæ Daweſii obſervationes vel novas et dubias confirmarent, vel, quod majus eſſe videbatur, falſas corrigerent. In hac autem parte ſummam novæ editionis curam poni debere ſentiebam. Itaque ad iſtam rem diligenter dedi operam, ut Criticorum libros evolverem: neque tamen ita evolviſſe ſperem, ut non multas obſervationes ad Daweſium pertinentes imprudenter præterirem. Quod exemplo comperi ex Dorvillio, qui animadverſionibus in Chariton. p. 37, ad partes vocat Daweſii obſervata de *perfecta* vi verbi ἥκω, et de *futura* verborum εἶμι, ἄνειμι, &c. P. 153. de maſculini generis adjectivis et participiis cum femina. P. 191, Dubitat an recte negetur apud Atticos poſt δρᾶν, ποιεῖν, &c. quæ uſitatius geminum adſciſcunt accuſativum, unquam omnino dativum adhiberi. P. 256, agit de Pindari Pyth. VI. 4. et de uſu præpoſitionis εἰς ſubjectæ τῇ πρὸς in verbis compoſitis. P. 290, Digammatis poteſtate utitur in in loco Homerico.

Nemo, opinor, mihi vitio vertet, quod non omnes Daweſii conjecturas et obſervata expenderim.

Nam

Nam id ſane ab hujus editionis inſtituto alienum erat, quod in eo, præcipue, verſari volui, ut, quod de meo ipſius foret, nonnulla inſigniora Criticæ capita in his Miſcellaneis indicata illuſtraret. Nempe in ſcriptis veterum emendandis multum intereſt obſervaſſe, quot literæ ſolerent permutari. Innumeris enim in locis librarios in errorem induxit literarum ſimilitudo, et vitium etiam enunciationis. Itaque Daweſii conjecturas, quas tractaverim, egi, ut ad iſtas rationes revocarem, et quot probabiles viderentur, confirmare, locis ſimilibus comparatis.

Aliud autem eſt de quo lectorem velim certiorem facere. Cum vim verborum pluribus in locis ex originum ratione conati fuerimus explicare, atque ex profeſſo et obiter diſſeruerim de uſu Digammaticæ doctrinæ in tractandis utriuſque linguæ originibus, de repetendis non tantum Latinarum vocum etymis a Græca, ſed Græcarum etiam a Latina dialecto; de inceptivis et adſcitiis literis; de erroribus in Etymologia ortis ex minus perſpecta terminationum ratione; denique de *ſimpliciſſimis verborum formis*, a quibus cætera deducuntur: Si quis de ſimpliciſſimis hiſce formis plura velit, Lennepii librum adeat nuper editum de Analo-

gia

gia linguæ Græcæ, Cap. XII. Scilicet ea luce, quam huic rei intulerunt Scaliger et Salmasius, demum adjutus, originationem et analogiam linguæ Græcæ ita excoluit HEMSTERHUSIUS, ut videret omnia verba ex originibus profecta fuisse, quæ binis vel tribus literis constarent, nempe ΑΩ, ΕΩ, ΙΩ, ΟΩ, ΥΩ, ΒΑΩ, &c. Quod vidit Hemsterhusius, idem reperit ex nostratibus vir honoratissimus, consultissimus, eruditissimus, JACOBUS BURNET, DOMINUS DE MONBODDO: qui nuper de ea re sententiam suam exposuit *. Necdum autem prodierat Lennepii libellus, in quo analogiæ Hemsterhusianæ traduntur elementa, (quam ipse Hemsterhusius discipulis suis impertiit, nec vero literis mandavit †,) et primum cum erudita civitate communicantur. Ad horum virorum eruditorum societatem, quos sane veneror, et e longinquo utique suspicio, non is sum, qui me adjungere audeam; atque adeo non in malam trahi partem spero, si dicam, nempe ad easdem simplicissimas originum formas Græca verba, nihilo minus quam eorum analogiam cogitantem, me quoque reduxisse, cum Digammatis po-

* Vide *Origin and Progress of Language*, Vol. II.

† Vide *Elogium Hemsterhusii*, p. 253.

testatem,

teſtatem, literaſque cognatas, qui ejus loco ſucceſſerint, quantum potui, in Græca Latinaque lingua inveſtigarem. Quomodo id fieret, non meliore exemplo conſtabit, quam comparato Μελεδαινω, de quo vide p. 523. In hoc autem a viris eruditiſſimis diſſentio, quod putem verborum origines ad unam ſimplicemque vocem ſive ſonum, redire, quo nullus promptior et facilior, nullus initiis linguarum accommodatior. Quam opinionem pluribus declaravi in libello *de origine, proceſſu, et connexione Idearum, quatenus deſignarentur a vetuſtiſſima Græcorum lingua*, cujus *Specimen* mox proditurum, ad finem hujus libri indicavi: de quo ſi quis plura velit, feci, ut formam totius operis latius explicarem in Tentamine *de Antiquitatum ſtudio*, ejuſque diſciplinæ utilitate, nuper edito.

Jam tota Adnotatio, ut Miſcellanea ipſa Critica, circa *voces*, et *ſyllabas*, et *apices*, verſatur. Nugæ vero iſtæ, et ingenio liberalis hominis et guſtu, qui dicitur, indignæ. In hac profecto minutiarum reprehenſione parum eſt conſtantiæ. Nam cum reputaret accuratam ſcribendi diligentiam, qua opera ſua etiam in rebus minutiſſimis limaverint antiqui, quis non Platonem admiratus fuerit et Ciceronem,

quorum alter ad alterius exemplum diu etiam de præpoſitione *ad* vel *in* adhibenda hæſitavit *. Cur non igitur idem bene excipiat operam, quæ in eo ponitur, ut eorum ſcripta vitiis inquinata ad ſuam vel in minimis integritatem reſtituantur.

Denique omne quicquid ſit novæ Daweſii editionis pro juvenili hac ætate accipiat lector eruditus. Ob aliquid acerbe, contumelioſe, jactabunde dictum, minime lectori intercedo: namque ut nihil iſtiuſmodi excidiſſe ſpero et ſpondeo etiam, ſic talia nullam in excuſationem cadere poſſunt. Fortaſſe vero nonnunquam incaute nimis et feſtinanter, ut juvenis, a viris longe doctioribus diſſentio: quibus hæc Antilochi verba me excuſent velim.

Ανσχεο νυν· πολλον γαρ εγωγε νεωτερος ειμι
Σειο, αναξ Μενελαε, συ δε προτερος και αρειων.
Οισθ' οιαι νεου ανδρος ὑπερβασιαι τελεθουσι·
Κραιπνοτερος μεν γαρ τε νοος, λεπτη δε τε μητις.

* Vide Ciceronis Epiſtol. ad Atticum, L. VII. 3. et BLACKWALLUM, Daweſii præceptorem, *de Claſſicis Scriptoribus*, p. 11. qui conferatur etiam, p. 31.

Varietates Codicum Ariſtophanis Boroccianorum 43. et 127. in locis a Daweſio tentatis.

MSSto 43, qui recentioris manus eſt, nec tam multa habet Scholia, quam alter, deſunt in Pluto verſus a 125. ad v. 348. et in Nubibus a 380. ad v. 545.

Plut. V. 438. φυγοι, ſuperſcripto αν.

V. 707. MS. 127. συνεκαλυψαμην. ſuperſcripto εν—Shol. Συνεκαλυφθην· περιεκαλυφθην· ενεκαλυφθην. ἡ εν, το εντος· ἡ περι, το κυκλῳ, επι ἑνος περιβληματος· ἡ συν, συναγωγην πολλων. Τουτο δε εφη ὁ θεραπων ὡς διεσχισμενον ἱματιον φορων, και βιαζομενος συναγειν.

V. 860. MS. 43. λιπωσιν. ſuperſcripto εκλιπωσιν. Schol. ηνπερ μη λιπωσιν, εαν μη εκλιπωσιν, ηγουν φθαρησονται οἱ τε δικαιε λογοι· ηγεν αυτο το δικαιον, η εν τοις δικαστηριοις δικαιοσυναι. Διαβαλλει δε και ὑτος δια τουτε την εν τοις δικαστηριοις γινομενην κρισιν, ὡς βιαιαν, και παρα το δικαιον.

V. 965. MS. 43, et 127. ενδοθεν.

V. 986. MS. 127. θ' ἱματιδιον.

V. 1141. MS. 127. ὁτε τε σκευαριον. omiſſo π, atque ſuper ὁτε ſcripto ὁποτε.

V. 1142. MS. 127. ὀφελου. ſuperſcrip. ὀφειλου, εκβολη τε ι.

Nub. V. 58. MS. 127. δια τι δητα κλαυσομαι.

V. 366. MS. 43. λυρησεις.

V. 371. MS. 127. τετο γε.

V. 422. MS. 127. αλλ' ὁτι δητ' ουν νομιεις ηδη θεον—

V. 992. MS. 43, εισαγειν. ſuperſcrip. εισερχεσθαι. MS. 127. εισαγειν. ſuperſcripto εαυτον.

Ranæ V. 349. MS. 127. γονυ παλλεται γεροντων. ſuperſcrip. ορμα σου κινουντος.

V. 350. MS. 127. αποσειονται—χρονιων ετων—

V. 440. MS. 127. αιροι αν.. ſuperſcrip. λαβοις αν.

V. 854. MS. 127. μεθειμην.

V. 1138. MS. 127. αναδερετον. ſuperſcripto ανακαλυπτε.

V. 1266. MS. 127. αποδος. ultimâ ſyllaba ſuſcripto υ, ος.

CORRIGENDA.

Pag. 47. l. 13. lege πῦν πότ' ἐν ὅ — P. 53. l. 5. lege εἰς' εν — P. 60. l. 3. οεμναις—P. 102. l. 3, ab ult. Idyll. 25.—P. 162. l. ult. *propius* — P. 167. l. 21. *vocis* — P. 170. l. 1. *dialysin* — P. 176. l. 15. Αχελωιον—P. 186. l. 10, *perdiderit*—P. 190. l. 19. ηπλω—P. 196. l. 5. Κισσεῶς— P. 202. l. ult. pro 29. l. 49.— P. 203. l. 19. αιματο- πωτης—P. 207. l. 12. ΠΗ—P. 223. l. 16. αναδων—P. 267. l. ult. pro 31. leg. 50.—P. 269. l. 22. pro eo quod miro errore legitur *ducimus ferebant*, l. *præferebant* — P. 292. l. 3. Consonans—P. 328. l. 10. *lectionis*—P. 342. l. 21. *obtinentem*—P. 393. l. 10. *soleant*—P. 414. l. 27. leg. πολλοΝ-l. 28. πολλοΙ. et vide Præfat. p. 32, 33.—P. 421. l. 16. *varietates*, quales λεγω, λογος, φερω, φορα, &c.—l. 28. hæ—P. 424. l. 5. ΣΥΜΒΑΙΝΗΙ—P. 432. l. 20. ΑΚΗΕΟΙΣ—P. 456. l. ult. ουχ—P. 472. l. 22. υγιαινειν—P. 493. l. 7. ομμαΤ'—l. 18. leg. 481.—P. 504. l. ult. leg. 513.—P. 511. l. 17. lege 502.— P. 512. l. 13. επιτυχη—P. 517, l. 19. ικετης—

P. 490. Etsi non nonnulla præter observata in Indice adferri possunt, quæ emendatæ lectioni favere videantur, æquius tamen esse puto monere, vulgatam lectionem ideo defendi posse, quod immodicam laudem fascini genus existimarent veteres: quo pertinet illud Virgilii, Ecl. VII. 27.

At, si ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

ubi vide Interpretes. Itaque ad malignitatis suspicionem amoliendam dixerunt, ου φθονεω. Deinde a strictiore significatu in formulam familiarem videtur transiisse. Sic Stratonis Epigrammate, Ευτυχες, ου φθονεω, βιβλιδιον——Jam post liberam et largam laudationem, Theocriti Caprarius consuetudini veterum convenienter et bene adeo dixisse potuit, Κουτοι τι φθονεω. *At non equidem invideo.*

EMENDATIONES

IN

TERENTIANUM MAURUM.

SECT. I.

Emendationes selectæ in Terentianum Maurum.

TERENTIANO usu venisse comperimus, ut fortunam *Hesychianæ* quam maxime gemellam fuerit expertus. Tantum non adeo totus uterque intercidit, ut unicum utriusque exemplar aliquando superfuerit. Neque igitur mirari subest illius perinde, atque hujus, reliquias mendis haud levibus scatere. Quod si in *Hesychio* longe major quam pro majori etiam mole locorum corruptorum numerus conspiciatur, id vero exinde contigisse censendum est, quod a multis jam sæculis sermonis Romani longe majore, quam Græci, peritia usi sint non solum librarii, sed et humaniores plerique omnes. Fecit quidem eruditorum cura, ut in *Hesychio* ingens mendorum cumulus partem haud exiguam decreverit: fecit itidem, ut *Terentianus* haud paulo emaculatior evaserit. Sed necdum tamen perfecit, quin restet adhuc in utroque satis superque ampla materies, in qua se exercere possit Criticorum genti quicquid est ingenii. Eos ad utramque Spartam adornandam studiorum suorum aliquantulum certe conlaturos speramus. Interim vero libet et nobis, qualicunque successu in re critica versatis, eorum, quæ in *Terentiano* haud plane poenitenda videmur occupasse, partem hic aliquam secernendam curare.

Edit. *Sanctand.* 1584. pag. 16. l. 9.

Addita ſtyli ſublevaret ſiccioris tædium]

Circumfertur hæc linea plane αμετρος verſus trochaici loco. Quicquid autem vitii hic deprehenditur, imperitam induſtriam ſapit. Nempe a *Terentiani* manu profectum eſt,

Addita ſtyli levaret *ſiccioris tædium:*

Corrector autem neſcio quis, ultimam vocis *addita* hoc pacto produci ægre ferens, verbo *levaret* infauſta manu voculam *ſub* præfecit, eo ſcilicet conſilio ut pes ſecundus anapæſtus evaderet; neſcius interim pedem illum revera, juxta regulam ab ipſo *Terentiano* traditam, hac mutatione creticum effici. Is utique de elemento σφικτικῳ S agens pag. 42. l. 15. hæc habet:

Quæ ſibi tres tantum poterit ſubjungere mutas,
Si quando ſcutum, ſpumas, *vel* ſtamina *dico,*
Hæc ſola efficiet, nudo ut remanente trochæo
Spondeum geminæ poſſint firmare ſonoræ.
Exemplis an prava ſequar, vel recta, probabo:
Quiſque ſcire *cupit, vel* quiſque ſcribere *curat:*
Ante ſtare *decet quum dico et ſeparo verbum:*
Ante Steſichorum *vatem natura creavit:*
Ultima vocalis remanens in fine trochæi
Excipitur geminis, quîs proximus exoritur pes;
Quae, quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retro vires et tempus oportet.

Deinde

Deinde lin. ult.

> Incipe *ſi dicas et* ſcire *aut* ſcribere *jungas*,
> Creticus *efficitur*———

Eandem etiam rem pluribus exemplis illuſtrat, p. 44. Ex quibus abunde conſtat emendationis noſtræ veritas. Cæterum hanc *Terentiani* regulam, cui etiam ſuccinit *Victorinus*, in celebrioribus quibuſque temporum recentiorum poematis ſolemniter neglectam videre eſt, uti in iſtis:

> *Læta nunc magnas habita*rĕ ſtellas:
> *Diſſimulat variat*quĕ ſcenam:
> Cată ſpiſſos *ſuper imbres equitarē:*
> *Regaſ*quĕ ſceptro *ſempiternum ferreo:*
> *Alter frugibus* horreă ſtipat.

Quod ne malum latius ſerpat, ludorum magiſtris canonem modo traditum diſcipulis inculcandum ſedulo commendo. Vix enim quiſquam nunc dierum eſt, quin iſtud, quod pag. 44. damnat *Terentianus*,

> *Ante ſupinatas Aquiloni* oſtendere ſtrages.

verſum probe heroicum exiſtimet. Hinc etiam monendi veniunt futuri Poetarum Latinorum editores, ut ſiqua forte adverſus hanc veterum magiſtrorum regulam peccantia deprehenderint, emendanda pro modulo certe ſuo curent. Verbi gratia, qui veteres magiſtros ſatis audiet, illud *Ovidii* Metam. I. 38. ſic deinceps refingendum ſtatuet:

> *Addidit et fontes*, immenſa et *ſtagna, lacuſque.*

Ubi

Ubi vulgo perperam habetur *immenſaquĕ* ſtagna. Noli tamen hanc ακριβειαν in Comicorum fabulis expectare. Nec vero mirari ſubeſt eam minus integram ſervari in illis *Horatii* ſcriptis, quæ *ſermoni propiora* ipſe eſt profeſſus. Illud porro monendum eſt hanc ακριβειαν, quæ apud Græcos perpetua eſt, apud Latinos non niſi poſt *Lucretii* tempora obtinuiſſe. *Virgiliani* illius, Ponitĕ: ſpes *ſibi quiſque*, peculiarem rationem expoſuit *Victorinus*, pag. 95. Ibi tamen forte legendum:

Ponite: * quiſque ſibi ſpes, *ſed quam anguſta videtis.*

Cæterum exempla nonnulla in magiſtrorum re-

* Poſtea mutavit factum *Daweſius*, in *Addendis* et *Corrigendis* ſententia ſic adeo expoſita: " *Virgiliano* quidem in iſto Æn. XI. 309,

Ponitĕ: ſpes *ſibi quiſque*; *ſed hæc quam anguſta videtis*,

docet *Victorinus* pag. 95. primum pedem non eſſe creticum duabis de cauſis: primo utique, quod pars orationis compleatur cum pede; deinde quod ſequens vocabulum *ſpes* alium inchoet ſenſum. Atqui utrumque nihili plane eſſe, argumento eſt alter ejuſdem Poetæ locus Æn. IX. 37.

Ferte citi ferrum; *date* telā: ſcandite *muros*.

Ibi utique pars orationis *tela* non minus, quam in altero *Ponite*, completur cum pede; et, quod ſubſequitur, *ſcandite* alium inchoat ſenſum: utrumque tamen neutiquam facit, ut *tela* non jam ſpondeum, ſed trochæum, conſtituat. Accedit, quod priori commento adverſentur etiam exempla ex *Terentiano* laudata: *quiſquē ſcire*, *quiſquē ſcribere* &c. Hodie autem fecerunt αἱ δευτεραι φροντιδες, ut nullus dubitem quin ſic ſcripſerit *Virgilius*:

Spem ſi quam accitis Ætolum habuiſtis in armis,
Ponite.
Cætera qua rerum &c.

verſus

gulam cadentia ex Poetis Latinis adducere non gravabor:

Virgil. Æneid. IX. 37.

Ferte citi flammam, date telā, ſcandite *muros.*

Juv. VIII. 107.

Occultā ſpolia *et plures de pace triumphos:*

Catull. LXI. 186.

Nulla fugæ ratio, nullā ſpes: *omnia muta.*

Tibull. I. 5. 28.

Pro ſegetē ſpicas, *pro grege ferre dapem:*

Propert. III. 2. 46.

Jura darē ſtatuas *inter et arma Marî.*

Pag. 17. l. 24.

——————*ſed moroſa intentio*

Tam legentis debet eſſe, quam fuit nobis quoque.]

Reſcribendum eſt *legenti. Tam* legenti, *quam* nobis.

Pag. 23. l. 26.

Edat ut diphthongon unam de duabus vocalibus.]

verſus autem complendi conſilium ab imperito neſcio quo ſuſceptum reliquis iſtis *ſpes ſibi quiſque* &c. ortum dediſſe [*dederit*]. Quid enim? Unicamne obſecro ſpem ſibi quemque fuiſſe dicendum eſt, an vero aliquam tantum? Atqui hoc ineptum eſt, illud falſum. Porro, ut vere dici poſſet unicam ſibi quemque ſpem fuiſſe, neque ullam ex toto ſociorum numero oriri potuiſſe: quantæ futilitatis eſſet tam ſerio monere iſtiuſmodi ſpem eſſe anguſtam!

Verſus

Verſus in nimiam longitudinem excurrit. Pro *vocalibus* lege *voculis* juxta uſum, quem hæc vox alibi apud *Terentianum* ſortitur. Pag. 10. l. 22.

E, *quæ ſequitur*, vocula *diſſona eſt* priori.

Pag. 24. l. 22.

Quando ſic Græce notatur ut ſit Oυ *et* Υ *ſimul*;
Iωτα *queis ſi prælocetur, tres videmus* voculas,
E quibus conſtare ſupra ſyllabam negavimus.

Pag. 25. l. 12.

Namque ſi momenta quæ ſint literarum examines
Conſonantum, *aut quas neceſſe eſt conſonantes effici*;]

Ita locum hunc emendavimus ipſa ſententiæ vi adducti. Vulgo *Conſonantem* legitur, et poſt *examines* diſtinguitur; hanc autem ſcripturam deceptis librarii ſcribentis auribus acceptam refero.

Pag. 27. l. 18.

Ita vacabit, ut vacabunt quando plures conſonæ
Sponte productam ſequentur non egent ſubſidii]

Duobus his verbis *egent ſubſidii* adverſus ſyntaxin et proſoediam peccatum eſt: alterum, quod nihil orationi inſit, quo verbum plurale *egent* ita referri poſſit, ut ulla exoriatur ſententia: alterum quod *ſubſidii* ſecundam producat. Monet quidam (quem *Commelinum* eſſe nuper didici) legiſſe *Mycillum, non egent*

egent quia ſubſidî. Atque hoc quidem pacto metricæ integritati conſultum eſt; reſtat vero ſententia plane nulla. Quod ſi legas, quo modo vix dubito quin ſcripſerit *Terentianus, non egentem ſubſidî*; uno negotio ſanum trochaicum ac ſententiam quam maxime perſpicuam habebis: *ut vacabunt quando plures conſonæ ſponte productam* ſyllabam *ſequentur*, ac proinde *non egentem* vel earum vel alius cujuſpiam *ſubſidî*. Cæterum hujus emendationis ſiqua ſit laus, ea viro cuidam doctiſſimo mecum communiter debetur: cui cum in manus, quæ hic dicta ſunt, perlegenda tradidiſſem, ipſum interim cognovi eodem modo hunc locum refinxiſſe.

Ib. l. 22.

I media quum locatur hinc et hinc vocalium]

Pag. ſequente l. 4. iſtud occurrit:

V ſimiliter ſi conlocetur, ut favor *quum ſcribimus.*

Syllaba una *con* peperam locata duos verſus contaminavit. In priore utique deſideratur; in altero redundat. Tu deinceps lege, *I media quum* conlocatur: et, *V ſimiliter ſi* locetur.

Pag. 31. l. 12.

Namque equos, *vel* æquor, quæſtus, *aut* aquam *quom ſcribimus*]

Lectio recepta contra metri trochaici rationem in ſede tertia ſpondeum præfert. Quod ut deinceps evitetur, legendum eſt,

Namque equos, æquor*ve*, quæſtus.——

Pag. 32. l. 5.

Quando non digammi ſumit neque figuram neque ſonum]

Huic etiam verſui, cum eodem morbo laboret, ſimilis facienda eſt medicina:

Quando non ſumit digammi.——

Pro altero autem *neque* malim *nec*. Quanquam enim in ſeptima trochaici ſede tribrachys legitime venire poſſit, a *Terentiano* tamen ibi, quod meminerim, nuſquam adhibetur.

Pag. 34. l. 19.

Titulus præſcribet iſte diſcolor ſinopide]

Vox *titulus* prima producta contra artem hic uſurpatur, Repone,

Titulus en! *præſcribet iſte.*

Pag. 35. l. 17.

Neu ſubeſſe præter iſtos, quos loquar, caſus alios]

Principio, in verſu hoc ultima ſyllaba redundat. Deinde, neque in præcedentibus nec ſequentibus quid-

quidquam extat, quo referri poſſit *caſus alios ſubeſſe.* Habetur autem in variis lect. *caſus plures.* qua de ſcriptura *male* pronunciavit *Commelinus.* Quaſi vero idem *male* de vulgata itidem dici non poſſet! At homini profecto bene eſſe velim, qui alteram illam nobis conſervavit. Quippe ex ejus veſtigiis, utcunque ipſa ſit vitioſa, veram tamen certiſſime inſtauratum iri confido. Itaque lego,

Neu ſubeſſe præter iſtos, quos loquar, caſus putes.

Poſtquam hæc ſcripſeram à viro doctiſſimo certior factus ſum in codice MS. *plures* extare.

Pag. 37. l. 14.

Quæ ſonum nobis miniſtrat, σιγμα *quod Græcis ſolet.*]

Hoc modo ſcripſiſſe *Terentianum* nemo unquam mihi perſuaſerit. Reſcribendum vero confirmare auſim,

Quæ ſonum *nobis miniſtrat,* σιγμα quem *Græcis* ſolet,

Extat autem locus plane gemellus pag. 21. l. 7.

Αλφα *ſemper atque* Ιωτα quem *parant Græcis* ſonum
A *et* E *nobis miniſtrant: ſic enim nos ſcribimus.*

Quem locum qui continuo excipiunt verſus cum inſigniter corrupti ſint, iis itidem medicam hic manum libet admovere. Ii autem in editione qua ſola utor *Sanctandreana* ſic repræſentantur,

OI *ſimiliter* O *et* E *fit,* Ιωτα *quod Græcum fuit.*
AU *et* EU *quum copulamus,* U *ſecundam jungimus,*

In vicem Græcæ: quod υψιλον *ſubdita eſt vocalis* U.
Græca diphthongos ΟΥ *literis tamen noſtris vacat:*
Sola vocalis quod U *complet hunc ſatis ſonum.*

Verſus primi metrum quidem eſt integrum, ſententia vero et conſtructio nulla. Reſcribo,

O *ſimiliter* Ου; *et* E *fit,* Ιωτα *quod Græcum fuit.*

Nempe Ου literæ Græcæ O nomen accipi volumus, quemadmodum apud veteres obtinebat. Qua de re *Calliæ* verſus à Cl. *Caſaubono* ad *Athenæum* laudatos libet deſcribere atque emendare:

A. ΑΛΦΑ πρωτον ω γυναικες, ΕΙ το δευτερον μονον
Χρη λεγειν· τριτον δε μονον ου χρη λεγειν, αλλ ΗΤ ερεις
B. Αρα φησω και το τεταρτον αυ μονον; A. Ουκ· ΙΩΤΑ γουν.
B. Τι δε το πεμπτον; A. Πεμπτον; ΟΥ. το δ' ἑκτον Υ μονον λεγε.
Λοισθιον Ω των ἑπτα φωνων, ἑπτα δ' εν μετροις μονον.

Quæ verba ſic interpretatur vir præſtantiſſimus. *Prima* vocalis Αλφα *nominatur: ſecunda* Ει *tantum: tertia non per ſe dicitur* H *ſed* Ητα. *Quid quarta? an ſimpliciter nominanda eſt ut ſonat? Non: quin potius* Ιωτα *dicendum. Quid quinta? Quinta* Ου. *ſextam* Υ *tantum dicito. ultima eſt* Ω *ſeptem vocalium: quæ quidem non ſono ſunt ſeptem, verum* τη προσῳδια *tantum et temporum ratione.* At enim videtur vir Cl. verbi μονον notionem minus recte hic cepiſſe, nempe ut indicet vocalem *ſimpliciter nominandam eſſe ut ſonat.* Neque enim iſtud de vocali E dici poteſt. Ea utique non jam ut ſonabat, ſed, uti hic docemur, EI nominabatur. Itaque per μονον intelligo μονοσυλλαβον.

Calliæ

Calliæ autem verſus tertium atque ultimum ſic refingi velim:

> Αρα φησω και μονον το τεταρτον; Ουκ' Ιωτα γυν.
> Λοιϑι' Ω.

h. e. λοιϑια ad φωνη referendum, id quod et ipſa ſermonis ratio poſtulat. Alterum vero iſtud λοιϑιον των φωνων perinde ſonat ac ſi Latine dicas *ultimum vocalium.* Pro Ουκ. ΙΩΤΑ autem legi etiam poteſt, quod et facile prætulerim, Ουχι' ΙΩΤΑ. ut το Ιωτα diſyllabum Yôta efferatur; quo modo ubique enunciandum adhibuit *Terentianus.* Ad quem nunc redeundum eſt.

Verſus tertius adverſus metri rationem peccat. Nempe υψιλον ſequente conſona ſex temporibus conſtat. Alterum porro iſtud jure quis reprehenderit, quod vocalis quæ apud *Terentianum* Υ conſtanter audit, recentiori hic nomine υψιλον appelletur. Reponendum autem cenſeo:

> *In vicem Græcæ quod* Υ ſic *ſubdita eſt vocalis* U.

Quartum, uti a viro doctiſs. nuper cognovi, repræſentat codex MS.

> *Græca diphthongus ſed* ΟΥ *literis noſtris vacat.*

Unde liquet voculam *tamen* retineri neutiquam oportere. Proinde alteram *autem* ſic potius inſeruerim:

> *Græca diphthongus ſed* autem ΟΥ *literis noſtris vacat.*

Con-

Conjunctæ reperiuntur voculæ *ſed autem* Plaut. Rud. II. V. 15.

Sed autem, *quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam*
Sacram urnam Veneris?———

Et Virg. Æn. II. 101.

Sed *quid ego hæc* autem *nequicquam ingrata revolvo?*

Semidoctus opinor aliquis harum vocularum concurſu offenſus, ac metri interim ſecurus, alteram eliminandam curavit. Extat et alter apud *Terentianum* locus, pag. 79. l. 1. vix niſi ſimili medicina ſanandus:

Spondeus autem metron hoc locatus ante.

Nempe verſum hunc ad normam Ionicam exigi oportet. Quod ut fiat, reſcribo, *Spondeus* at *autem.*

Olim hic emendaveram juxta vulg. lectionis fidem:

Græca literis diphthongus ΟΥ *tamen noſtris vacat.*

Atque hujus quidem verſus de metro non eſt curſis ſollicitus, ac ſi tertio loco habeatur ſpondeus. Nam vox diphthongus (licentia quidem vix defendenda) primam alibi apud *Terentianum* corripit. Intra verſum utique ſecundum legimus,

EI deinde Ιωτα *Græca quod* dĭphthongus EI *ſonat.*

et pag. ſequ. l. 29.

Pes tamen non eſt trochæus, quia dĭphthongus *extima eſt.*

Liceat

Liceat obiter monere *Terentianum* versu hunc excipiente,

Dactylus nam pes et ille est nube nati ceu duo,

ad Virgil. Æn. VII. 674. respexisse:

Ceu duo nubigenæ *cum vertice montis ab alto.*

Qui nisi *Virgilii* locus lectori in mentem veniat, fieri vix potest ut quid sibi hic velit *Terentianus* intelligat. Nempe dactylus, quem dicit, est *Ceu duo*; illud autem *nube nati* æquipollet τῳ *nubigenæ.*

Versus quinti metrum sic lubens compleverim: *Sola vocalis quod* U data *complet hunc satis sonum.*

Sic pag. 20. l. 13.

Neutra porro de duabus ante tres istas data.

Pag. 39. l. 2.

Ast enim Graius locabit quandocunque hanc ultimam,
[voculam E]
Sive in uno comprehensam, sive in verbo pari,
Consonam non Ξι jugabit, *quia sono levi studet*;
[malim *leni*]
Nam nisi vocalis adsit, vertit hanc in simplicem:
Καππα *enim solum sonabit*; σιγμα *vero excluditur*:
Sic et εκπληξαι *loquuntur*, sic et εκπερσαι πολιν:
Sic et illud εκ στοματος εκκεκωφηται ξιφη:
Sic et εκ παντων solute, sic *et* εκ νησου *facit.*]

Versus secundi metrum eo nomine laborat quod *sive* vocali ante alteram non elisa adhibeatur. Deinde

ex

ex verbis iſtis *in verbo pari* nulla elici poteſt ſententia, quæ huic loco conveniat. Repono, *ſive verborum in pari*, h. e. *ſive in duobus verbis*. Aut etiam *ſive verborum pari*. Nam codex MS. qui unicus ſupereſt, uti a viro doctiſſimo nuper cognovi, *ſive verbo pari* abſque *in* repræſentat. Cum autem *ſive in uno* præcedant, præpoſitionem repetitam neutiquam oportebit. Nempe *pari* eundem hic uſum ſortitur quem in iſto *Horatii*, *Nobile* par *fratrum*. Nihil utique aliud hic agit *Terentianus*, præterquam ut doceat voculam non jam εξ ſed εκ ſequente conſona a Græcis uſurpari ſolitam, ſive ea (uti loquuntur) in compoſitione, ſive extra compoſitionem veniret. Hujus autem uſus exempla adducit εκ παντων et εκ νησȣ; illius εκπληξαι, εκπερσαι, et εκκεκωφωται, vulgo minus rectè εκκεκωφηται. Quarto in verſu malim *vertet*, cum verbum hoc inter *jugabit* et *ſonabit* intercedat, quanquam poſtea varietur conſtructio in *excluditur*, *loquuntur* et *facit*. Verſui quinto cenſuit quidam medicinam faciendam eſſe legendo, εκ ϛοματος *et* εκκεκωφηται. At enim hoc pacto perperam confunduntur exempla, contra notam *Terentiani* ακριβειαν. Eum certiſſimum videtur unicum in hoc verſu exemplum, idque voculæ εκ *in uno verbo comprehenſæ*, dediſſe. Sequuntur in proximo ejuſdem *ſolute* ſive *in verborum pari* uſurpatæ exempla. Quid multis opus eſt? *Terentiani* opinor manum nunc faciam agnoſcas:

Sic et illud εις το καλλος εκκεκωφωται ξιφη;

Nempe

Nempe ad *Euripideum* iſtud Oreſt. 1287. reſpexit grammaticus:

Αρ εις το καλλος εκκεκωφωται ξιφη;

Pag. 58. l. 18.

Καταληκτικα *quos ſyllaba terminat frequenter*]

Latet in hoc verſu error ex nimia librarii neſcio cujus eruditione profectus. Nempe homini paulo ſagaciori ſuboluit verbi Catalectica, quod literis Latinis exaravit *Terentianus*, Græcum eſſe originem. Iſque adeo pro eo quo pollebat judicio Græcas literas curavit invehendas. Id quod tamen neutiquam feciſſet, ſi Græci ſermonis vel majore vel minore uſus eſſet peritia. Si verbi utique originem ignoraſſet, ipſam ob hanc cauſam integra manſiſſet Latina ſcriptura. Nec vero mutata eſſet, ſi homini innotuiſſet vocem καταληκτικα, ultima correpta, numeri eſſe non niſi pluralis, nec generis niſi neutrius. Dores quidem et Æoles καταληκτικα ſcribebant pro καταληκτικη. Atque hinc opinor in fraudem inductus eſt homo infelix, neſcius interim Doricum vel Æolicum καταληκτικα ultimam perinde producere atque Ionicum καταληκτικη.

Pag. 62. l. 9.

* *Poſt ſpondeum autem veniens ſic mutet oportet,*
Ut iſte verſus jam docet legem metri.]

* In prima hujus libelli editione legebatur,
Poſt ſpondeum autem vĕnĭēns, ſic mutet *oportet,*
Ut iſte verſus jam docet, legem metri.

Agit hic *Terentianus* de anapæsti in versu heroico post spondeum venientis incommodo. At cujusmodi incommodum suggerere voluerit, quotus quisque obsecro ex vulgata lectione divinare poterit? Ni me omnia fallunt, totidem verbis sic scripsit Grammaticus:

*Post spondeum au*tēm sĭc vĕnĭēns, *mutet oportet,*
Ut iste versus jam docet, legem metri.

Nempe ex hac lectione dicimus anapæstum spondeo subjectum illud in se vitii habere, quod *legem metri immutet*; hoc est, metrum heroicum in anapæsticum convertat. Cujus rei exemplum versus prior, uti a nobis restitutus est, luculentissimum exhibet. Nunc vides, quo sensu ac jure simul dicatur, *Ut iste* (proxime præcedens) *versus jam docet.*

Pag. 65. l. 4.

Sed fortasse putes nullum contingere versum,
Quin ullam earum in regulam non incidat.

In variis Lectt. habetur *Qui nullam.* Quæ quidem dictio paullo accuratior est. Sed utrovis demum

De quo sic *Dawesius* in Addend.—" Equidem divinare nequeo quid tantum in typographum commiserim, ut in versu priore τῷ *veniens* anapæsti notas superscribendo, atque in altero post *docet* distinguendo, emendationis alioqui neutiquam obviæ laudem qualemcunque mihi inviderit. Sed enim fato nescio quo ab annis aliquot mihi perquam solemniter usu venit, ut ab hominibus, de quibus bene quodammodo meritus sim, male vicissim habear.

modo

modo legeris, ſententiam habebis auctoris menti plane contrariam. Locum autem unius literulæ additamento ſic refingi jubeo:

Quin nullam *earum in regulam non incidat.*

Cujus cum ſubtilior ac reconditior conſtructio librarios fefellerit, inde factum videtur ut *nullam* in *ullam* fuerit immutatum. Eſt autem *quin non incidat in nullam* tantundem quod *quin incidat in nonnullam.* Vel ſic: *quin nullam* tantundem valet quod *qui non nullam.* Proinde habemus quod æquipollet τῳ *qui in nonnullam non incidat.* Vel denique ſic: *Quin* = *Qui non.* Proinde *Quin nullam* &c. = *Qui non nullam earum in regulam non incidat.* Dele geminum *non*; et reſtabit *Qui nullam earum in regulam incidat.* Id quod luce clarius eſt *Terentianum* voluiſſe *. Cæterum pergit grammaticus:

Rarum concedam: fieri non poſſe negabo:
Apud Maronem talis incurrit mihi,
Magnanimi Iovis ingratum aſcendere cubile:
Species in iſtum nulla prædicta incidit.

Verum haud leviter erravit bonus Magiſter. Nam in hunc *Virgilii* verſum ex prædictis ſpeciebus duæ incidunt; nempe τομη πενθημιμερης in vocem *in* | *gratum* et ἑφθημιμερης in *ad* | *ſcendere.* Pari profecto jure

* "Si cui autem forte diſpliceat triplex negatio, *Quin nullam—non,* is legat velim ſubjectum *Virgilii* locum Georg. I. 83.

Nec nulla *interea eſt* inaratæ *gratia terræ.*

ex

ex *Terentiano* quivis adducere poterit trochaicum iſtum :

Pes erit βακχειος, αντιβακχος *autem tunc erit.*

contra regulam quam ipſe ſibi ſervandam ſtatuiſſe profitetur his verbis utens :

Regulam ſervans ubique, finis ut quarti pedis,
Nominis verbive fine comma primum terminet :

cum tamen revera neque hoc *Terentiani* verſu ipſius regula, nec vero illo *Virgilii* magiſtrorum leges violentur. Nam in commatum ratione præpoſitiones, etiamſi verborum initio adhæreant, tanquam ſingulæ tamen voces haberi poſſunt. Qua de re adiſis Cl. *Bentleium* ad *Horat.* Carm. IV. 8. 17. Similia autem apud *Lucretium* exempla legimus : III. 630.

Sic animas intro | duxerunt ſenſibus auctas.

IV. 400.

Apparent ; *&* *longe di | volſi licet*, ingens.

Nec vero ſine artificio ita locatur vox *divolſi*, ut in verſus ratione ipſius partes ſint divellendæ : ſimiliter etiam apud *Æſchylum* pag. 132. l. ult. edit. *Stephan.* in primam vocis αφραστος in trochaico iſto cæſuram cadere videmus

Ταυτα μοι διπλη μεριμν α | φραστος εστιν εν φρεσι.

Cæterum cum verſus heroici τομης πενθημιμερους mentio inciderit, libet hac occaſione quandam *Varronis* circa hanc τομην obſervationem contra Cl. *Bentleium* defen-

defendendam in me recipere. Scribit Romanorum doctiſſimus apud *Gellium* XVIII. 15. *obſervaſſe ſe in verſu hexametro quod omnimodo quintus ſemipes* (id eſt, prima pedis tertii ſyllaba) *verbum finiret.* Contra vir Cl. “ Mirum, inquit, quod *omnimodo* dixe-
“ rit ; cum *Lucretius* jam tum variaverit :

“ *Reddenda in ratione vocare et ſemina* rerum
“ et *Catullus*,
“ *Omnia ſanda neſanda malo permiſſa* furore.
in. *permiſta* cum ed. Cant.

Σχεδ. de *Met. Terent.* Atqui pace viri Cl. nil quidquam faciunt adducta exempla contra quod obſervavit Romanus. Velim utique ſcire undenam conſtare poſſit prius in publicum prodiiſſe vel *Catulli* vel *Lucretii* poemata, quam *Varronis* libros diſciplinarum, in quibus locum in quo verſamur repperit *Gellius.* Hoc utique ni alicunde conſtet, fruſtra prorſus erit Vir Cl. Enimvero natus eſt *Varro* annos ante *Lucretium* haud paucos, ante *Catullum* adhuc plures. Quod ut præſtemus, liceat data ſumere de quibus inter alios convenit. 1mo. *Catullum* anno ante *Salluſtium*, hoc eſt U. C. 667. natum eſſe : 2do. *Lucretium* vita functum anno 702, ætate integra, quum paucos ſupra quadraginta annos impleviſſet : 3^{tio}. *Varronem* ad plures abiiſſe anno 726. Jam igitur paucos iſtos, quos ſupra quadraginta implevit annos *Lucretius*, demus fuiſſe 5. Hinc natum eum habebimus anno 657.

De

De anno, quo natus fuerit *Varro*, nunc diſpiciendum. Ipſe autem de ſe, primi de re ruſtica libri initio, hæc habet. " Annus enim *octogeſimus* admonet me " ut ſarcinas colligam ante quam proficiſcar e vita." Demus jam eum e vita profectum eſſe ipſo illo *octogeſimo*, quo jam tum ſcribebat, anno. Inde natum habebimus anno 646. hoc eſt ante natum *Catullum* 21mo. ante *Lucretium* 11mo. Fraudem videtur feciſſe viro Cl. quod ante *Varronem* obierit *Lucretius* annos 24, *Catullus* 22.

Pag. 77. l. ult.

Nil autem officiet temporibus viciſſitudo]

At enim temporibus uſque adeo officit vocula *autem*, ut lectio hæc in nullam metri ſpeciem cadat. Tu vero iſtam voculam, quæ ad ſententiam nil quidquam confert, deinceps delendam, ac verſum adeo ad normam ionicam exigendum curabis :

Nil officiet temporibus viciſſitudo.

Siquis tamen nobiſcum parum ſentiens retinere malit voculam *autem*, is non incommode legere poterit :

Nil autem oberit *temporibus viciſſitudo.*

Pag. 80. l. 17.

Hic quoque tetrameter ſimilis remanere videtur:
Sed differt *illo, verſus* quod *portio prima eſt,*
Ille ſequens; aliaque ſimul quod lege tenetur]

Agit

Agit hic *Terentianus* de duobus tetrametris heroicis, quorum alter habetur verſui hexametro priores duos pedes demendo, cujuſmodi eſt

Damoetas et Lyctius Ægon:

Alter contra ultimos duos reſecando, ſicuti,

Dic mihi Damoeta, cujum Pecus?

Non eſt opinor cur pluribus oſtendere conemur loci quam exhibuimus ſcripturam huic auctoris menti quam optime convenire. Neque vero quin pro germana habenda ſit fas videtur dubitare. Vulgo nulla plane ſententia legitur,

Sed refert *illo, verſus* quo *portio prima eſt:*

Pag. 84. l. 6.

Eſt: ſed trochæo longa prior EST *ſyllaba,*
Brevis autem iambo; *longa poſt: cui non poteſt*
Longam trochæus ſubdere et brevem ſuas,
Brevi ſequente; quia *ſit hoc* ionicum]

Ita refingendum hunc locum cenſemus. Vulgo deſideratur in primo verſu alterum *eſt*. In tertio *ſuas* maluimus quam *ſuam*, loco ſimillimo adducti pag. 86. l. 19.

——— *qui* brevem et longam ſuas
Jungens priori———

In ultimo legitur *ſequentis, qua,* et *iambicum. Ionicum* ex variis lectionibus reſtituimus. Sed ne hoc quidem ad priſtinam ſedem revocato ulla haberi potuit

potuit ſententia, ni *ſequentis* itidem in *ſequente* mutata eſſet. *Quia* autem commodius eſſe quam vulgatum *qua* nemo opinor inficias ibit.

Pag. 89. l. 13.

Utraſque quando ſolveris, nil *læditur :*
Quŏd ăgĭs ăgĕ *beatus ille qui procul negotiis :*
Auctore tanto credo me tutum fore ;
Et pro iambo nemo culpet tribrachyn,]

Verſus ultimus ſuis non conſtat numeris. Deinde quid ſibi vult obſecro *pro iambo tribrachyn?* De verſu hic *trochaico* agit *Terentianus.* In hoc autem nullum eſſe *iambo* locum non eſt ut quenquam edoceam, niſi qui his in ſtudiis plane ſit hoſpes; neque adeo ut pluribus præſtare ſatagam reſcribi hic oportere,

Et pro trochæo *nemo culpet tribrachyn.*

Pag. 96. l. 9.

Cui nomen quoque Phalæco dederunt]

Dediſſe quidem video librarios atque editores tam hic quam alias non ſemel; ſed imperite atque abſurde ubique. Nempe pag. 97. l. 18. legitur

Conjungit ſibi phalæcos *trochæos.*

Rurſus pag. ejuſdem l. 25.

Poſt hoc phalæca *de tribus trochæis.*

Denique

Denique pag. 109. l. 16.

In fine verſum phalæcis *ſonantem.*

Verum enim vero confirmare auſim vocem *phalæcus* eſſe plane nihili. Meminit quidem *Terentianus* de duobus verſuum *Phalæciorum* generibus, docetque a *Phalæcio* nomen inditum pag. 71. l. 16.

Hoc Cereri metro cantaſſe Phalæcius *hymnos*
Dicitur: hinc metron dixere Phalæcion *iſtud.*

At enim vetat analogia quo minus a *Phalæcio* fluxerit adjectivum *Phalæcus. Phalæcius* vero non hic ſolum, verum etiam pagg. 74. et 106. reperitur:

Namque hic de genere eſt Phalæciorum—
Idcirco genus hoc Phalæciorum—

Video quidem Theſauri *Stephaniani* editionem *Londinenſem*, *Fabri* ut videtur auctoritate fretam, habere "Phalæcus. Poetæ nomen unde genus carmi-"num Phalæcium appellatum. V. *Terent. Maur.*" Rurſus in V. *Phalæcius* "Phalæcium carmen [φαλαι-"κιον μετρον] a *Phalæco* inventore dictum: Alio no-"mine dicitur hendecaſyllabum, a numero ſcilicet "ſyllabarum." Atqui *Terentianum* auctorem, quantum ad poetæ nomen attinet, fruſtra laudavit qui hanc doctrinam commentus eſt. Apud eum utique poeta, uti vides, non jam *Phalæcus*, ſed *Phalæcius* audit. Idem minus recte cenſuit unicum eſſe Phalæciorum genus. Nam apud *Terentianum* alterum occurrit pag. 71.

Nulla meo jam ſedeat turba profana luco.

Atque hoc quidem bini verſus ſupra laudati reſpiciunt. Sed hoc obiter. Deinde autem, verſuum, in quibus verſamur, tres priores oportet eſſe hendecaſyllabos Phalæcios, cujuſmodi eſt,

Quoi dono lepidum novum libellum:

ultimum autem iſtius ſimilem,

Trahuntque ſiccas machinæ carinas:

cum tamen eorum, prout hodie repræſentantur, nullus in quamlibet metri ſpeciem cadat. Denique quotieſcunque occurrit portentum *Phalæcus*, loquitur ubique *Terentianus* non jam de integro phalæcio, ſed de metro ex tribus trochæis conſtante, quod hendecaſyllabi Phalæcii partem duntaxat conſtituit. Hoc autem metri genus nunquam *Phalæcium*, nedum *Phalæcum* appellatum eſt. Sat opinor jam dictum eſt, unde conſtare poſſit verſus, de quibus agitur, medica manu indigere. Nunc tibi nullam hærere aquam velim quin ſimpliciſſimam medicinam adhibeas, adeoque ſecurus omnino reſcribas:

1. *Cui nomen quoque* phallico *dederunt*:
2. *Conjungit ſibi* phallicos *trochæos:*
3. *Poſt hoc* phallica *de tribus trochæis:*
4. *In fine verſum* phallicis *ſonantem.*

Ariſtoph. Acarn. 260.

Εγω δ' ακολυθων ᾳσομαι το ΦΑΛΛΙΚΟΝ

Vides jam uno negotio quatuor verſus portento ſimul liberatos ac numeris ſuis reſtitutos. Metrum autem

autem de quo ubique agit *Terentianus*, utpote ex tribus uti diximus trochæis conſtans, *phallicum* recte appellari palam eſt ex iis quæ apud ipſum leguntur. pag. 69.

Alias tamen hæc eadem pars,
Quotiens ithyphallicon *addit*
Metrum ſibi, tale ſit unum :

Mea tibia dicere verſus | deſtitit latinos :
Iamdudum ſaucia cura | deſerit pudorem :
Priamique evertere gentem | fata jam parabant.
Ithyphallica *porro dicarunt* | *muſici poetæ,*
Qui ludicra carmina Baccho | *verſibus petulcis*
Graio cum cortice phallo | *tres dabant* trochæos ;
Ut nomine ſit ſonus ipſo, | Bacche, Bacche, Bacche.

Metrum utique *ithyphallicum* et *phallicum* eodem recidere nemo opinor inficias ibit. Immo vero quod de verſu *ithyphallico* hic tradit *Terentianus*, eum ſcilicet in Bacchi honorem cantari ſolitum, id ipſum apud Scholiaſten ad laudatum *Ariſtophanis* locum, et *Suidam* in V. φαλλοι, de *phallico* dictum reperire eſt.

Pag. 97. l. penult.

Exin tertia melius pateſcit]

Verſum hoc oportet eſſe hendecaſyllabum Phalæcium, cujuſmodi ſunt cum præcedentes tum ſequentes. Atqui ſyllabæ *meli* trochæi loco pyrrhi-

 chium

chium temporibus inæqualem exhibent. Pro *melius* vero reponendum censeo *planius*, nam hanc vocem *Terentiano* solemnem esse video.

Pag. 18. l. 25. *quo probarem* planius.
Pag. 20. l. 5. Planius *quo fiat istud.*
Pag. 25. l. 25. *videbis esse* planum.
Pag. 26. l. 8. *quo sit* planius.
Pag. 40. l. 21. plana *ratione* patentes.
Pag. 66. l. 1. *quo fiat* planius *istud.*
Pag. 104. l. 15. *tibi fiet regula* plana.
Pag. 109. l. 2. *utrumque* planius probaret.

Sed neque displiceret *clarius.*

Pag. 51. l. ult.

Hoc ut exemplis probemus, resque ut omnis clara *sit.*

Pag. 98. l. 10.

Sunt hæc carmen *itidem* dabunt]

Emenda *item.* Nam versus choriambicorum in numero venit, qualis est,

Miles te duce gesserit.

Extat autem locus plane gemellus pag. seq. l. 14.

Sic carmen, *prius est*; *finis* ITEM, dabunt.

Pag. 109. l. 21.

Et *quanquam* iambum *Flaccus antemisit,*

Trahuntque

Trahuntque ſiccas :

Magis putandum eſt tres datos trochæos,
Quam poſt iambos *ultimum antibacchum,*
Uterque finis lege ut eſſet una :

Ita ex var. lectt. locum refingendum curavimus et metri et ſententiæ ratione adducti. Vulgo legitur *Quanquam iambicum*; quod ad nullius metri normam exigi poteſt: et mox, *Quam petat iambum*, ſententia omnino nulla. Vocem *iambicum* correctori neſcio cui rei metricæ imperito acceptam refero. Nempe credidit vir bonus *iambum* non niſi *pedem* denotare : cum tamen apud ipſum *Terentianum* pag. præced. vox iſta de *verſu* uſurpetur :

Cum parte iambi *tres habet Trochæos.*

Ibi utique loquitur de epodo *Horatiano*

Trahuntque ſiccas machinæ carinas :

illud autem, *Trahuntque ſiccas*, partem *iambi* appellat. Rurſus ipſa hac pag. l. 7.

Trahuntque ſiccas *portio eſt* iambi.

Pag. 110. l. 17.

Ad hoc dimetron perſpicis, amore perculſum gravi]

Nimirum hoc venditant editores pro iambico tetrametro. Atqui hoc metri genus ſoli videntur comici iique non niſi Latini adhibuiſſe. Nec vero recepta lectio verum iambicum præfert. Quippe in

in quarta ſede iambi loco venit pyrrhichius. Verba in duos dimetros diviſa oportuit:

Ad hoc dimetron perſpicis,
Amore perculſum gravi.

Cujuſmodi eſt qui continuo ſequitur,

Semelque et iſtud functus eſt.

Cæterum hic obſervare libet licentiam, qua utitur *Terentianus* iambici dimetri in fine, quatenus ſcilicet ſyllabam ibi brevem producit a voce ſequente neutiquam adjutam, poetas Græcos nunquam ſibi permiſiſſe. Ab omni etiam licentia iidem temperabant in dimetris (prout jam dudum diſpertiri ſolent) cum anapæſticis tum trochaicis. Nempe dimetri cujuſcunque generis continuo carmine per συναφειαν decurrunt, uſque dum ad verſum catalecticum, quo omne ſyſtema claudatur, deventum ſit. Hanc συναφειαν in anapæſticis locum habere primus docuit, non jam, uti ipſe ad *Hor.* Carm. III. 12: 1. aſſeverat, Cl. *Bentleius*, ſed *Terentianus*. Is utique pag. 58. hæc habet:

Απ ελασσονος *autem cuï nomen indiderunt*
In nomine ſic eſt δἴόμηδης : *metron autem*
Non verſibus iſtud numero aut pedum coarctant;
Sed continuo carmine, quia pedes gemelli
Urgent brevibus tot numero jugando longas:
Idcirco vocari voluerunt συναφειαν,
Anapæſtica *fiunt itidem per* συναφειαν.

Eodem

Eodem itidem recidunt quæ pag. 54. legimus :

> Is erit αναπαιςος ; *vides quot iſte pes ſit temporum:*
> *Verſus hic* nunquam vacillat——

Monet quidem *Terentianus* anapæſticum ſyſtema ſyllaba catalectica non ſemper claudi :

> ——————————— ——— *frequenter*
> *Solet integer anapæſtus et in fine locari :*

Verum hæc obſervatio de verſibus non niſi Latinis prædicari poteſt. Cæterum quo magis mireris Cl. *Bentleium* συναφειας anapæſticæ rationem primum ſe docuiſſe profitentem, ipſe ad eundem *Horatii* locum *Terentiani* de συναφεια ionica verſus laudavit: quos uti vides continuo ſequitur ejuſdem de metro anapæſtico doctrina. Similem autem συναφειαν in dimetris itidem cum iambicis tum trochaicis apud Græcos poetas perpetuam ſervari, nos primi monuiſſe videmur. Extant et alia duo (quod et nobis itidem primis obſervare contigit) apud *Ariſtophanem* verſuum genera, quorum ultimis ſyllabis nulla permiſſa eſt licentia præterquam in clauſula catalectica. Horum autem utrumque ad metrum vel choriambicum vel ionicum exigi poteſt. Prioris generis duo apud *Catullum* carmina leguntur. Atque is etiam Græcorum ακριβειαν in ultimis ſyllabis ſervavit. In altero quidem carmine, Juliæ ſcilicet et Manlii epithalamio, veſibus 235 conſtante, repræſentat Editio *Cantabr.* quinque adverſus ultimarum ſyllaba-

rum

rum rationem peccata, ea vero facili negotio corrigenda:

1. Vers. 46. *Quis deus magis ab magis*
Eſt petendus amantibus?

Paſſerat. Marcel. et *Voſs.* teſte editore *Cantabr. magis ac magis.* Quæ lectio ad verſum perinde eſt. Reſcribo autem:

*Quis deus magis ab magiſ*que

Vel *magis* ô *magiſ*que,

2. Vers. 87. *Flere deſine: non tibi,*
Aurunculeia, periculum eſt,

Fecit hic prava ſyllabarum diſtributio ut uterque verſus laboret. Tu vero protinus repone:

Flere deſine: non tibi Au-
runculeia, *periculum eſt,*

3. Vers. 136. *Sordebam tibi, villice*
Concubine, hodie atque heri.

Hoc pacto non ſolum verſum neutiquam ſincerum habemus, ſed ſententiam itidem adeo ineptam, ut nihil ſupra. In var. lectt. optime repræſentatur,

Sordebant *tibi* villicæ.

4. Vers. 192. *Uxor in thalamo eſt tibi*
Ore floridulo nitens.

Repone,

Uxor in thalamo tibi eſt,

5. Vers. 222. *Manlio, et facile inſciis*
Noſcitetur ab omnibus,
Et pudicitiam ſuæ

Ver-

Verborum *inſciis* et *omnibus* ſedes intermutandæ ſunt:

——— *facile* omnibus
Noſcitetur ab inſciis Et

Ne quis autem in locis, cujuſmodi eſt V. 163.

Omnia omnibus annuit.
Io Hymen Hymenæe Io.

licentiam exerceri putet, monendum eſt voculam *Jo*, quotieſcunque in hoc carmine, (verſus certe initio) legatur, μονοσυλλαβως enunciandam eſſe, primæque adeo literæ conſonantis poteſtatem tribuendam. Neque enim aliter conſtabit ipſorum verſuum ratio, in quibus vocula iſta conſpicitur. Sectioni huic finem imponemus monendo, quotieſcunque *variarum* in *Terentiano lectionum* mentio incidit, deſignari ubique variam (quæ appellatur) ſcripturam editioni *Sanctandreanæ* ſubjectam.

SECT. II.

EMENDATIONES

IN

PINDARUM.

SECT. II.

Oxonienſium Pindari Editorum deſideratæ ακριβειας ſpecimen.

INSEDIT jam olim eruditorum animis opinio, ultimis quibuſque verſuum *Pindaricorum* ſyllabis quantitatem tribuendam eſſe αδιαφορον. Nec vero ſecus ſe rem habere vel ſuſpicatus quiſquam videtur. At enim ex *Pindari* carminibus ad examen revocatis confirmare auſim, adeo levi mutatione ſubinde facta, perpetuam ſervatum iri harum ſyllabarum proportionem, ut nullus ambigendi debeat eſſe locus, earumne poeta non minus accuratam quam mediarum rationem habuerit. Cujus rei in exemplum accipe VI^tam^ Pythionicων Oeden, ſi non priſtinæ integritati reſtitutam, at certe plus vice ſimplici emendatam :

1. ∪ - ∪ -   ∪ ∪ ∪ -   ∪ ∪ - ∪   - -
2. ∪ - ∪ -   ∪ ∪ - ∪   ∪ ∪ - ∪   ∪
3. - ∪ ∪ ∪   - ∪ - ∪   ∪
4. - - - ∪   - ∪ ∪ -   - ∪ ∪ -   ∪
5. - - ∪ -   ∪ - ∪ ∪   -
6. ∪ ∪ ∪ -   ∪ ∪ - ∪   - - ∪ ∪   ∪ -
7. ∪ - ∪ -   -
8. - - ∪ -   ∪ ∪ - -
9. ∪ - - ∪   - ∪ - -   - ∪ -

ΣΤΡΟ-

ΣΤΡΟΦΗ Α.

ΑΚΟΥΣΑΤ· η γαρ ἑλικωπιδος Αφροδιτας
Αρουραν, η Χαριτων αναπολιζομεν,
Ομφαλον εριβρομου χθονος,
Ες ναον προσοιχομενοι· Πυθιονικος
Ενθ ολβιοισιν Εμμενιδαις
Ποταμιᾳ τ Ακραγαντι, και μαν Ξενοκρατει
Ἑτοιμος ὑμνων
Θησαυρος εν πολυχρυσῳ
Απολλωνιᾳ τετειχισται ναπᾳ

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Α.

Τον ουτε χειμεριος ομβρος επακτος ελθων,
Εριβρομου νεφελας στρατος αμειλιχος,
Ουτ ανεμος ες μυχους ἁλος
Αξει παμφορῳ χεραδει τυπτομενον· φα-
ει δε προσωπον εν καθαρῳ
Πατρι τεῳ, Θρασυβουλε, κοιναν τε γενεᾳ,
Λογοισι θνατων,
Ευδοξον ἁρματι νικαν
Κρισαιαισιν εν πτυχαισιν απαγγελει.

Audite: aut enim *blande*-inquietis-oculis Veneris arvum, aut Charitum verſamus, umbilicum horriſonæ terræ, ad templum euntes: Pythicam-victoriam-celebrans, ubi felicibus Emmenidis fluvialique Agrigento, atque etiam Xenocrati paratus hymnorum theſaurus Apollineo *quaſi* muro-aſſervatus eſt luco. Quem neque hybernus imber cum impetu veniens, horriſonæ nubis exercitus immitis, neque ventus in receſſus maris rapiet promiſcuæ glareæ ictus-patientem: ſed luce vultus in ſerena patri tuo, Thraſybule, generique communem, ſermonibus mortalium, inclytam curru *partam* victoriam Criſæis in vallibus prædicabit. Tu utique tenens eum [patrem] dextra

ΣΤΡΟΦΗ Β.

Συ τοι σχεθων νιν επιδεξια χειρος, ορθαν
Αγεις εφημοσυναν, ταν ποτ εν ορεσι
Φαντι μεγαλοσθενει Φιλυ-
ρας υἱον ορφανιζομενῳ Πηλεΐδᾳ παρ-
αινειν. μαλιστα μεν Κρονιδαν,
Βαρυοπαν στεροπαν κεραυνων τε πρυτανιν,
Θεων σεβεσθαι·
Ταυτας δε μη ποτε τιμας
Αμειρειν γονεων βιον πεπρωμενον.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Β.

Εγενετο και προτερον Αντιλοχος βιατας
Νοημα τουτο φερων, ὁς ὑπερεφθιτο
Πατρος, εναριμβροτων ανα-
μεινας αρχον Αιθιοπων Μεμνονα· Νεστο-
ρειον γαρ ἱππος ἁρμ επεδα
Παριος εκ βελεων δαϊχθεις· ὁ δ εφεπε
Κραταιον εγχος·
Μεσσανιου δε γεροντος
Δοναθεισα φρην βοασεν παιδα ὁν.

dextra manu rectam refers admonitionem, quam olim in montibus aiunt Philyræ filium robustissimo Pelidæ seorsum-a-parentibus-agenti commendare-solitum: ut præcipue quidem Saturnium, gravisonum fulgurum fulminumque præsidem, inter-deos coleret; hoc autem nunquam honore privaret parentum vitam fatis-concessam. Fuit et antea Antilochus fortis mente hac præditus, qui occubuit pro patre, homicidarum cum sustinuisset ducem Æthiopum Memnona. Nestoreum enim equus currum remorabatur, Paridis a telis saucius: at ille vibrabat validam hastam: Messenii vero senis perculsa mens

ΣΤΡΟΦΗ Γ.

Χαμαιπετες δ' αρ επος ουκ απειψεν αυτου·
Μενων δ' ὁ θειος ανηρ πριατο μεν θανα-
τοιο κομιδαν πατερος· εδο-
κησε δε των παλαι γενεα οπλοτεροισιν,
Εργον πελωριον τελεσας,
Ὑπατος αμφι τοκευσιν εμμεν προς αρεταν.
Τα μεν παρηκεν·
Των νυν δε και Θρασυβουλος
Πατρωαν μαλιστα προς σταθμαν εβα,

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Γ.

Πατρωι τ' επερχομενος αγλαιαν εδειξεν.
Νοω δε πλουτον αγει, ουτ' αδικον ουθ' ὑπερ-
οπλον ἡβαν δρεπων, σοφι-
αν δε μυχοισι Πιεριδων. Τιν δ', ελελιχθον,
Ευρες ὃς ἱππιαν εσοδον
Μαλα αδοντι νοω, Ποσειδαν, προσεχεται.
Γλυκεια δε φρην,
Και ξυμποταισιν ὁμιλειν,
Μελισσαν αμειβεται τρητον πονον.

mens inclamavit filium ſuum. Irritum autem verbum non emiſit a-ſe: ſed permanens divinus ille vir redemit morte *ſua* ſalutem partis: viſuſque eſt natu junioribus, facinore ingente effecto, veterum ſupremus fuiſſe virtute erga parentes. Hæc quidem olim-facta-ſunt. At ex iis qui nunc ſunt etiam Thraſybulus paternam maxime ad normam incedit, patruoque ad-auxilium-veniens ſplendorem oſtendit. Prudentia autem divitias regit neque injuſtam nec inſolentem pubertatem decerpens, ſed ſapientiam in receſſibus Pieridum. Et tibi, terræ percuſſor, qui et inveniſti equeſtrem introitum, valde lubente animo, Neptune, adhæret. Dulcis autem mens, et cum convivis converſatio, apum inſtar-eſt cancellati operi.

Vides

Vides jam per ſingulas ſtrophas et antiſtrophas verſus ſecundum, tertium, et quartum in ſyllabam brevem; reliquos vero omnes in longam exire. Quod tamen ut effectum daremus unum duntaxat locum, eumque altero inſuper nomine corruptum, immutavimus. Is autem in editt. *Oxon.* et vulgg. ita exhibetur: V. 30, 31.

> Πατρος, εναριμβροτον αμμει-
> νας στρατιαρχον Αιθιοπων Μεμνονα.

Quo pacto κωλου poſterioris initium ditrochæum præfert. Atque illo quidem in loco haberi oportere ditrochæum cenſuit *Eraſm. Schmidius.* Quod tamen ut præſtaret, eo anguſtiarum uſque redactus eſt, ut in στροφην primam pro ναον receperit νεων vocabulum ſcriptoribus non niſi Atticis uſurpatum. Sed ut ut a vero aberraverit vir doctus, metrica tamen, quam voluit, ratio ei, quam commenti ſunt editores *Oxonn.* hoc certe nomine anteferenda venit, quod

> ——————— *ſervetur ad imum*
> *Qualis ab incepto proceſſerit, et ſibi conſtet.*

Hi contra primum pedem modo ditrochæum, modo epitritum quartum repræſentat: id quod tamen ne ex ea quidem quam ipſi ſibi finxere pedum ισοχρονια ſive ισοδυναμια (de qua mox dicemus) defendi poterit. Ditrochæus enim - ∪ - ∪ ſex duntaxat temporibus conſtat, epitritus vero quartus - - - ∪ ſeptem. *Schmidio* placuit,

——— ενααιμβροτων αμυ-

νας ςρατaρχον ———

Vidit utique vir doctus vulgatæ lectionis syllabas antepenult. et penult. in versu priore των αμμ trochæi loca iambum constituere; qua tamen in olea editoribus *Oxonn.* nil intra duri fuit. Minus recte habere ditrochæum νας ςρατaρχον jam diximus. Alterum etiam illud cum editoribus *Oxonn.* communiter peccavit vir eruditus, quod ultimæ prioris κωλȣ syllabæ securus fuerit. Nos epitritum quartum in κωλȣ alterius initio, dactylum autem alterius in fine uno negotio constituendum curavimus:

——— ενααιμβροτῶν ἄνᾰ-

Μεινᾶς ἄρχον Αιθιοπων Μεμνονα ———

Eandem metri rationem servabit, qui leget εναειμβροτον γ ανα. atque ita quidem per me cuiquam legere licebit. Cæterum vox ςρατaρχον, quæ tantas turbas dedit, videtur huc irrepsisse ex Isthm. V. 30.

Και ΣΤΡΑΤΑΡΧΟΝ ΑΙΘΙΟΠΩΝ αφοβον

ΜΕΜΝΟΝΑ ———

Sed ad alia nunc pergendum est.

V. 1.—ελικωπιδ&] Verba apud *Homerum* passim occurrentia, uti hodie moris est scribere, ελικωψ et ελικωπις constanter vertunt interpretes *nigros-habens-oculos.* Quamnam ii sibi finxerint horum verborum originem, equidem neutiquam divinare possum. Ea de re ipsi viderint. Interim vero compertum videor habere germanam eorum potestatem esse Fελικωψ et Fελικωπις, ac proinde ad verbum *Homericum*

cum Wελισσω (vulgo ἑλισσω) tanquam fontem ſuum referri oportere; recteque adeo doctiſſimum *Græ-vium* ad *Heſiodi* Theogon. V. 16. iſta adnotaſſe—
" Ἑλικοβλεφαροι et ἑλικωπιδες puellæ Græcis dicuntur,
" *quæ ſunt mobili oculorum petulantia*, ut *Petron.* lo-
" quitur; ſive *quæ habent*, ut idem dicit,

" — *blandos oculos et* inquietos,
" *Et quadam propria nota loquaces.*

" Qui hinc *Ovidio* dicuntur *arguti.* Aliter plerique
" ſentiunt, et exponunt: *nigros-oculos-habentes.* Sed
" ea vera eſt quam dixi hujus vocis [accuratius
" dixiſſet *harum vocum*] notio, quam facile pluribus
" confirmarem, niſi res ipſa loqueretur." Nos illam notionem ex vera verborum origine confirmare non ſumus gravati. Eamque in Verſione ex *Petronio* exprimendam curavimus.

V. 2.—αναπολιζομεν] " Αναπολευμεν, ſi cui placet, re-
" tineat. Agnoſcit enim Scholiaſtes." *Editorr. Oxonn.* At enim nemini placere poterit, niſi cui quatuor temporibus tria aequalia videbuntur. Sed *agnoſcit*, ſi diis placet, *Scholiaſtes.* Nempe apud Scholiaſten iſta habentur: η χαριτων αρουραν αναπολευμεν εις την Πυθω παριοντες. Mirum vero quod viri boni non perrexerint: Παριοντες etiam, *ſi cui placet, retineat. Agnoſcit enim Scholiaſtes.*

V. 4. Ες ναον παροιχομενοι] Vidimus jam eruditos editores Scholiaſtæ verbis nimium tribuentes. Nunc

eoſdem videre eſt illud quicquid eſt vitii contrario compenſatum euntes. Hic utique commiſerunt ut ejuſdem Scholiaſtæ interpretamento non ſatis tribuerint. Nempe apud *Pindarum*, prout hodie repræſentatur, habemus Ες ναον ΠΡΟΣΟΙΧΟΜΕΝΟΙ, apud Scholiaſten autem εις τὴν Πυθω ΠΑΡΙΟΝΤΕΣ. Veſtram vero, Critici, fidem! Scripſiſſetne, obſecro, Scholiaſtes ΠΑΡΙΟΝΤΕΣ, ſi apud Poetam legiſſet ΠΡΟΣΟΙΧΟΜΕΝΟΙ; an vero ΠΡΟΣΙΟΝΤΕΣ! Mihi profecto nulla hæret aqua, quin exemplar quo uſus ſit Scholiaſtes ΠΑΡΟΙΧΟΜΕΝΟΙ repræſentaſſe cenſeam. Et præ hac quidem ſcriptura alteram plane ſordere fidenter pronunciare auſim. Immo etiam in altera præpoſitionum uſus ΠΡΟΣ - ΕΣ - Græci ſermonis indoli adeo non congruit, ut ne ferendus quidem videatur. *Pindaricæ* autem locutioni, prout a nobis jam tandem inſtaurata eſt, gemellam plane apud *Ariſtophanem* non ſemel reperimus.

Nub. 850. ———— ταυτ εμαθες τα δεξια
ΕΙΣΩ ΠΑΡΕΛΘΩΝ ———

Equ. 505. ——— ΕΙΣ το θεατρον ΠΑΡΑΒΗΝΑΙ.

Acharn. 43. ΠΑΡΙΤ ΕΙΣ το προσθεν.

V. 13. Αξει παμφορῳ χερσι τυπτομενος] Αξοι Edd. *Oxonn.* ex MS. uti videtur γ. Nempe cum ex omnibus codd. ſive ſcriptis ſive impreſſis ſolus ille pravam atque abſurdam lectionem repræſentet, eam pro ſuo judicio viri docti arripuere. In cæteris omnibus optime conſtat, quæ hoc pacto violatur, modorum ratio: ουτε ανεμος αξει—απαγγελει δε.

Alterum

Alterum cum aliis editoribus communiter peccarunt *Oxonienses*, quod χερἀδι ultima producta adhibuerint. Nec vero χερας χεραδος Græcis vel notum fuisse crediderim: quæ enim hac super re afferuntur, fidei videntur plane perditæ. Scholiastes quidem ad *Hom.* ΙΛ. Φ. 319.

——————— ἅλις χεραδος περιχευσας
Μυριον ———

hæc habet: " χεραδος] Της ὑπο ποταμων αθροιζομενης ψαμμυ " &c." Unde constat eum vocem χεραδος genitivum a recto χερας cepisse. Contra vero *Etymol. M.* χεραδος *Homericum* neutrum esse statuit, *Pindarumque* χεραδει dativum usurpasse testatur: " χεραδος Ιλιαδος Φ " ὡς κιναδος, ουδετερον γαρ εστι—και Πινδαρος την δοτικην " ειπε, ΧΕΡΑΔΕΙ ΣΠΟΔΕΩΝ." Multum abest, ut cum *Barnesio* existimem Etymologum hunc, in quo versamur *Pindari*, locum respexisse. Neque enim leve est discrimen inter σποδεων, quod laudat etymologus, et τυπτομενος quod hic legitur. Commodius profecto hunc locum adducere potuisset; quippe illud χεραδει σποδεων rectene scribatur an potius χεραδι oporteat, sileat necesse est versus mensura, quæ χεραδει hic scribendum esse clamat. Porro quod metri apud *Pindarum*, idem syntaxeos apud *Homerum* ratio confirmat. Etenim ne semel quidem apud hunc construitur vox ἅλις cum genitivo. Accedit quo minus χεραδος *Homericum* sit casus genitivi, quod sequatur in eadem sententia vox μυριον, quæ

neque

neque adverbium adhiberi nec cum genitivo conjungi poteſt.

Denique illud ανεμος χεραδι τυπτομενος, quod cum vulgg. repraeſentat editio *Oxon.* quid obſecro portenti eſt? Exponunt quidem *ventus glarea perculſus.* Hoc vero quotuſquiſque intelligit? Alii *ventus colluvie tundens*, ac ſi τυπτομενος idem valere poſſit quod τυπτων: quam etiam in ſententiam utcunque abſurdam conceſſiſſe videtur Scholiaſtes: ουτε ανεμοι ταις πνοαις ΤΥΠΤΟΝΤΕΣ και στρεφοντες τῃ πολυφορῳ χεραδι. Monent editores *Oxonn.* in MS. γ. haberi τυπτομενοι. Cui verbo ſi unicam lineam ita adjeceris, ut τυπτομενον evadat, nullus dubito quin germanam ſcripturam reſtitueris. Erit autem hoc verbum ad τον [των ὑμνων θησαυρον] referendum: Τον ουτε ομβρος ουτε ανεμος αξει τυπτομενον χεραδει: *Quem neque imber nec ventus rapiet glareæ ictus-patientem.*

Ibid. φα-ει δε προσωπον εν καθαρῳ νικαν-απαγγελει] Vertunt editores *Oxonn. ſed luce quoad faciem in ſerena* conſtitutus. Nempe Scholiaſtæ patientem nimis aurem accommodarunt. Is utique monet ad orationem plenam extrinſecus aſſumendum eſſe εχων: εξωθεν προσληπτεον το ΕΧΩΝ, ἵν ῃ ΕΧΩΝ το προσωπον εν φωτι καθαρῳ. Eandem etiam cantilenam canit *Benedictus.* Sane miror viros facetos non itidem operam navaſſe ut lunam de coelo in auxilium deducerent. Tu vero, quiſquis hæc legis, illud προσωπον nominativum accipe, atque ad verbum απαγγελει refer: προσωπον δε

[τῳ

[τȣ των ὑμνων θησαυρȣ] εν φαει καθαρῳ νικαν απαγγελει: *vultus autem* [hymnorum theſauri] *luce in pura victoriam prædicabit.* Vides opinor omnia pura jam in luce refulgentia, neque quidquam antehac deſiderari præter interpretum judicium.

V. 18.—εν πτυχαισιν απαγγελει] Editt. *Oxon.* et Vulgg. εν πτυχαις απαγγελει. Quo pacto habetur ditrochæus ε̄ν πτῠχαῑς ᾰπ contra numerorum rationem pro epitrito ſecundo - ◡ - -. qua de re viri eruditi ȣδὲ χρυ. *Schmidius* metro conſuluit legendo εξαγγελει. Nos a recepta lectione minus diſceſſimus.

V. 20. Αγεις εφημοσυναν ταν ποτ εν ορεσι.] Ita editt. pleræque omnes. Nempe pæoni primo τᾱν πŏτ ε̆ν ŏ reſpondet in cæteris ſtrophis et antiſtrophis quartus ◡ ◡ ◡ - Quod cum ferri poſſit, inſolentius licet factum ſit, nihil mutandum duximus. Maluit *Schmidius* τα ποτ εν ȣρεσι. Non deerunt opinor quibus placebit, quod et mihi neutiquam diſplicet, ορεσι ταν ποτε. Nam vocula εν ſat commode abeſſe poteſt; ſicuti ΙΛ. N. 390.

——— την τ ȣρεσι τεκτονες ανδρες.

V. 22.—ρας ὑιον ορφανιζομενῳ] Vox ὑιον priorem hic corripit. id quod etiam apud *Homerum* non ſemel factum videre eſt. *Schmidius* nulla neceſſitate adductus ὑι, hoc eſt, ὑια legit.

V. 36.——βοασε παιδα ον] Lectorem verſum ult.

adie

adire jubent editt. *Oxonn.* Ubi monent quidem *Aret.* legiſſe τριτον πονον: ipſi tamen τρητον in contextu repræſentant. Cui ut hic verſus reſponderet, βοασιν ſcriptum oportuit. Cæterum pro vulg. ὄν ut verſus conſtaret, reſcripſimus ἒν. id quod juxta poteſtatem apud *Homerum* perpetuam enunciari volumus Ϝον.

V. 39.—κομιδαν πατρος εδο -] Habemus hic iambi loco πατρος vel pyrrhichium temporibus inæqualem, vel, qui nihilo magis ferendus eſt, trochæum. Nos πατερος exhibendo temporum rationem integram ſervavimus. Sequente autem in verſu voculæ τε anteferendam cenſuimus, quæ in *Benedicti* edit. reperitur, δε.

V. 43. Τα μεν παρηκει.] Interpretes: *Atque hæc quidem olim facta ſunt.* Ad ſententiam quidem rectiſſime. Verum hoc neutiquam valet verbum παρηκει. Eſt enim temporis vel præſentis imperfecti*, vel præteriti perfecti, quod vulgo pluſquamperfectum audit: adeoque vel *prætereunt*, vel *præterierant*, exponendum eſt. Atqui horum neutrum ſenſu æquipollet τῷ *olim facta ſunt.* Æquipollet vero *præterierunt*, cui reſpondet quod reſtituimus παρηκεν.

* " Quæ de verbo παρηκει dixi indicta eſſe velim. Accuratiori utique examine inſtituto comperi verbi ἡκω, ſi formam quidem ſpectes, præſentis infecti; eum tamen eſſe uſum ut ſenſu æquipolleat Latino non jam *venio*, ſed *veni*, ſive *adſum.* Cujus rei exemplum exhibet primus Hecubæ *Euripideæ* verſus,

ἭΚΩ νεκρων κευθμωνα και σκοτȣ πυλας
Λιπων ———

Veni

V. 47.—αγει, αδικον ουτε] Minus recte hic producitur syllaba ει sequente vocali. Nos voculam ουτ, quæ in recepta lectione subauditur, inseruimus. Sunt autem syllabæ ει ου in scansione versus per crasin ita efferendæ, ut in unam coeant.

Ibid.——ουτε υ- περοπλον ηϐαν] Pro pæone primo - ᴗ ᴗ ᴗ hic repræsentant editt. περοπλον η vel epitritum tertium, vel certe choriambum. Quorum ille

Veni sive *Adsum* &c. non cum interpretibus *Venio, I am coming:* hoc enim sententiam parum aptam efficit. Alterum porro et tertium ex eodem Poeta describam. Med. 932.

Αλλ ωνπερ ουνεκ εις εμους ῾ΗΚΕΙΣ λογους,
Τα μεν λελεκται, τωνδ᾽ [l. ΤΩΝ Δ] εγω μνησθησομαι.

Ubi interpretes ipsa orationis vi cogente: *Cæterum quorum causa mecum in colloquium* venisti, *ea partim quidem dicta sunt, partim vero dicentur.* Orest. 86.

Συ δ᾽ ει μακαρια, μακαριος θ᾽ ὁ σος ποσις
῾ΗΚΕΤΟΝ εφ ἡμας αθλιως πεπραγοτας.

Ubi itidem interpretes: *Tu es beata, et tuus maritus beatus,* venistis *ad nos miserrimos.* Ii vero non satis fidi Συ δ᾽ ει μακαρια reddiderunt *Tu es beata.* Sensisse nimirum videntur *Tu vero es beata, et maritus tuus beatus, venistis* &c. orationem quam maxime impeditam constituere; ac proinde quo expeditior evaderet, voculæ δε notionem consulto prætermisisse. Sed ne sic quidem ferenda videntur Latina, nedum, in quibus δε reperitur, Græca. Tu vero lege:

Συ δ᾽ ἡ μακαρια μακαριος θ᾽ ὁ σος ποσις
῾Ηκετον——

Tu vero beata beatusque tuus maritus venistis—Ex hoc verbi simplicis ἡκω significatu colligo compositum παρηκει apud *Pindarum* non incommode denotare *præterierunt,* h. e. *olim facta sunt.*

duobus temporibus, hic uno tempore veram menſuram exſuperat. Lectio noſtra ϰϑ ὑπερ-ὅπλον ἤϐαν creticum ὅπλον ἤ pæoni primo ισοχρονον exhibet. Quæ *Schmidio* adriſit, ϰτε ἤ-ϐαν ὑπεροπλον δρεπων σοφαν, præterquam quod in vocula ϰτε, το ε non eliditur, bis inſuper peccat adverſus ultimarum ſyllabarum rationem.

V. 49.—αν δ' εν μυχοισι] Harum Syllabarum tempora - - ᴗ - ᴗ epitriti quarti - - - ᴗ loco occurrunt, qui tamen uno tempore minor eſt. Legiſſent ſane editt. *Oxonn.* pro ſua ισοδυναμιας ratione, modo ſibi conſtare voluiſſent, ᾱν δ' ε̄ν μῠχοῖς, ut epitritus tertius quarti, hoc eſt, ut iambus trochæi partes ſuſtineret. Verum eruditis viris hic uſu venit, ut ισοδυναμιαν neque aliorum nec ſuam obſervarint. Nos ᾱν δε̆ μῠχοῖσῐ ſcribendo ſecundam epitriti quarti longam in duas breves reſolvimus. Cæterum ne quis forte exiſtimet minus legitime abeſſe voculam εν, monere libet vocem μυχῳ ne ſemel quidem apud vel *Homerum* vel *Heſiodum* cum iſta vocula conjungi. Apud *Pindarum* μυχῳ et μυχοις utroque modo conſtruuntur.

Nem. VI. 44. Ταμιαν ϛεφανων ΜΥΧΩΙ Ἑλλαδος·
Pyth. VIII. 113. ΜΥΧΩΙ τ' ΕΝ Μαραθωνος·
Olymp X. 40. ΜΥΧΟΙΣ ὑμενον Αλιδος,
Nem. X. 78. ——— Κοϱινθου τ' ΕΝ ΜΥΧΟΙΣ.

Cæterum emendandum hic ſeſe ultro offert corruptus

tus apud *Hesiodum* locus. Extat autem Theogon. V. 1014.

῾Οι δη τοι μαλα τηλε μυχων νησων ἱερων.

Qui quidem nullam interpretibus moram injecit quin constructionis securi verterint: *Qui sane valde procul in recessu insularum sacrarum.* Verum enimvero ista τηλε μυχων adeo non *procul in recessu* valent, ut notione plane contraria significent *procul a recessibus.* Reponendum est ΜΥΧΩΙ νησων ἱερων. Cui lectioni respondet interpretum expositio.

Ibid.—ελελιχθον] Exponunt interpretes *terræ quassator.* Verum ea neutiquam est vera hujus verbi notio. Accuratius interpretaberis *terræ percussor*, juxta istud *Virg.* Georgic. I. 12.

———— *tuque o, cui prima frementem*
Fudit equum magno tellus percussa *tridente.*

Nempe hic locus est *Pindarici* paraphrasis. Simili sensu adhibetur ελελιζομενα Pyth. I. 7. Nempe ad φορμιγξ refertur, cui nihil melius convenire potest, quam *percussa.* Legitur etiam Olym. IX. 21. φορμιγγ᾽ ελελιζων *Citharam feriens.* Annon vero, dicet nonnemo, verbum ελελιζειν *quassare* apud ipsum Poetarum principem denotat? Nempe apud eum legimus ΙΛ. Α. 530. μεγαν δ᾽ ελελιξεν Ολυμπον: atque inde apud *Virgilium, et totum nutu tremefecit Olympum.* At enim neque ελελιζειν, neque quidquam aliud exinde formatum adhibuisse *Homerum* confirmare

 ausim.

aufim. Germanam autem verbi fupra fcripti poteftatem εϖελιξεν ftatuo, a ϖελιοσω, *contorqueo, circumroto.* Unde *Homerica* dictio majus multo fonabit quam *Virgiliana.*

V. 51. Μαλα ἁδοντι νοῳ, Ποσειδαν, ϖροσερχεται] Melius etiam ad fententiam *Schmidius* ϖροσεχεται. Τιν ϖροσεχεται, *Tibi adhæret.* h. e. *Tui cultor eft obfervantiffimus.* Vulg. lectionem metricæ leges refpuunt. Cæterum pro ἁδοντι fcribendum eft ἀδοντι, h. e. ϝαδοντι; quo modo apud *Homerum* perpetuo enunciandum venit.

Pergamus porro ex reliqua, qua fumus inftructi fupellectile emendatrice, alios etiam nonnullos in *Pindaro* locos haud leviter jam olim corruptos inftauratum ire.

Olym. II. 154. —— Σοφος ὁ ϖολ-
λα ϊδως φυᾳ·
Μαθοντες δε λαβροι
Παγγλωσσιᾳ, κορακες ὡς,
Ακραντα γαρυετον.]

Hunc ad locum monet Scholiaftes alter ifta μαθοντες γαρυετον adverfus numerorum rationem peccare. Recte. Neque enim audiendi funt ii, in quibus *Barnefius*, perpetuus ifte nugarum confarcinator, nomen profitetur fuum, qui verbum duale ad nominativum circa res plures quam duas verfantem legitime referri poffe voluerunt. Video quidem *Euftathium*

Euſtathium in iſtam etiam ſententiam conceſſiſſe. Sed neque apud eum nugas raro eſt invenire. Is utique huc facere exiſtimavit illud *Homericum* ΙΛ. Α. 566.

Μη νυ τοι ȣ χραισμωσιν, ὁσσοι θεοι εις εν Ολυμπῳ,
Ασσον ιονθ᾽, ὁτε κεν τοι ααπλȣς χειρας εφειω.

At enim ibi vocem ιονθ᾽, non jam, uti ſomniavit *Euſtathius*, ιοντε, ſed ιοντα accipi oportere abunde demonſtravit doctiſſ. *Clarkius*. Hac autem ſuper re quo efficacius motam dirimamus litem, quendam *Euripidæ* locum, quo nihil diſertius excogitari poteſt, libet deſcribere. Is autem extat, Suppl. 142.

ΑΔ. Ελθοντε ΦΥΓΑΔΕ νυκτος εις εμας πυλας·
ΘΗ. Τις, και τις; ειπε· ΔΥΟ γαρ εξαυδας ἁμα

AD. *Profecti* φυγαδε *noctu ad meas portas:* TH. *Quis, et quis? effare: cum enim* φυγαδε *dicis*, de duobus *ſimul loqueris.* Satis jam opinor de morbo quo laborat *Pindari* locus. De medicina nunc cogitandum eſt. Ea autem quo melius miniſtretur, afferenda ſunt verba Scholiaſtæ: ὁι φυσει χρωμενοι λαμπροι· ὁι δε μαθοντες ακραντα ΓΑΡΥΕΙΝ ἡσσονες εισι των καθ᾽ ἁυτȣς ὁπ δηποτε μαθοντων και επισαμενων· το δε ΓΑΡΥΕΤΟΝ κακως. ȣδε γαρ επι δυικȣ βȣλεται ἡ λεξις &c. Hinc luce clarius eſt olim circumferri duplicem hujus loci lectionem, alteram quam probat ſcholiaſtes γαρυειν, vel quæ ei æquipolleret; alteram quam damnat γαρυετον. Atque illam quidem nos, forma duntaxat in γαρυεμεν mutata, omnino reſtituendam cenſemus. Ejus vero con-

ſtructionem

ſtructionem Scholiaſtes minus recte ordinavit: *μαθοντες ακραντα γαρυειν &c.* Nam vocem *μαθοντες* liquido conſtat opponi *τοις πολλα ειδοσι φυᾳ*, ac proinde abſolute ſumendam eſſe juxta interpretes. *diſcendo-rem-aſſecuti*, non autem ad *γαρυεμεν* referendam. Nos loci ſyntaxin ita conſtituimus, ut *γαρυεμεν* ad *λαβροι* referatur: *Μαθοντες δε λαβροι [εισιν] ακραντα γαρυεμεν &c.* Similiter autem dicta reperiuntur apud *Ariſtophanem* *δεινος λεγειν, δεινος ευρειν, δεινη φαγειν*, atque alia alibi quam plurima. Hanc etiam conſtructionem Latini cum plerique omnes, tum præcipue *Horatius* paſſim imitatus eſt. At enim, dicet forte nonnemo, quidni reponendum eſt ipſum illud, quod apud Scholiaſten habetur, *γαρυειν*, cum pæoni primo creticus temporibus æquipolleat? Reſpondemus neque creticum nec pæona primum huic loco convenire, ſed choriambum oportere, ut iſti *και στεφανοις* in 4ta *αντιστροφη* aliiſque conſimilibus ſit *ισοδυναμος*. *Negandumne igitur eſt ultimæ της στροφης ſyllabæ quantitatem eſſe αδιαφορον*? Negandum vero. Quippe ſyllaba iſta ob pauſam *της στροφης* in fine neceſſariam pro longa ſemper eſt habenda.

VII. 109. *Και ῥα μιν χωρας ακλαρωτον λιπονθ' ἁγνον θεον.*]

" *Ald.* et MSS. *Bodl.* α. et *Pal.* A. B. C. *λιπον ἁγνον*, " ſenſu quidem eodem manente, non metro." Ita Editt. *Oxonn.* Immo vero veſtræ lectionis ſenſus neque idem eſt nec ullus. Neque enim verbi medii

medii λιπεσθαι is eſt uſus, ut accuſativum poſt ſe patiatur: nec vero *relinquere* communiter cum activo λιπειν unquam ſignificat. Video quidem ab *Homeri* interpretibus hoc ſenſu non ſemel acceptum: ſed fruſtra ubique. Quin etiam Iſth. VIII. 125.

Τον μεν ουτε θανοντ αοιδαι
Ελιποντ. αλλα οἱ

Ibi vero ſi res poſtularet nullo negotio emendari poſſet, Ελιπον γ. uti et ουδε pro ουτε; nam illud ſermonis Græci ratio poſtulat. Verum ut iſtam Oeden *Pindaro* abjudicem inter alia me adducit, quod ibi vox Αιγινα media bis correpta verss. ſcil. 36. et 122. adhibeatur, cum tamen ſyllaba iſta apud *Pindarum* 14 in locis, alioſque ubique poetas, producatur. Voci αγνος Æoles nonnunquam adſpirationem Vau præfeciſſe exinde colligo, quod Lacones, teſte *Heſychio*, βαγιος ſcriberent: ſive iſtud βαγιος concipiendum ſit wαγιος, ſeu ubi Æoles w, ibi Lacones β adhiberent. Proinde reſcribo λιπον ἁγνον h. e. wαγνον.

Pyth. I. 147.——— Αἱρεομαι

Παρ μεν Σαλαμινος Αθηναιων χαριν
Μισθον· εν Σπαρτᾳ δ' ερεω]

Monent Editt. *Oxonn.* ſatis ſuperque ſecuri αι in verbo αἱρεομαι eſſe brevem ſyllabam. Quod tamen ſi res eſſe poſſet, de metricis plane legibus conclamatum foret. Nimis profecto certum eſt ſyllabam iſtam brevis locum occupare. Atque huic quidem incommodo ut ſubveniretur, *Schmidius* legit ἐλεομαι.

Verum

Verum hoc pacto vir eruditus non ſine ſermonis diſpendio verſui conſuluit. Nam verbum iſtud non tam Græcum eſt quam Scythicum. Tu vero *Pindari* manum tandem agnoſce: Αρεομαι &c. Nempe hoc futurum apud Ionas et Æoles Attico αρεμαι reſpondebat, non ſecus atque φανεομαι, θανεομαι &c. τοις φανεμαι, θανεμαι, &c. Αρεμαι autem quid valeat, docebunt ſubjecta *Sophoclis* loca: Oed. Tyr. 1247.

> Οἱ εργ ακεσεσθε, οια δ' εισοψεσθε, ὁσον δ'
> ΑΡΕΙΣΘΕ πενθος!

Oed. Col. 473.

> ———————— τηδε μεν πολει μεγαν
> Σωτηρ ΑΡΕΙΣΘΕ, τοις δ' εμοις εχθροις πονες·

Si quodnam ad thema referendum ſit hoc futurum ſcire geſtias, ſic colligas velim: δεικνυμι et ἀγνυμι in futurorum analogia æquipollent τοις δεικω et ἀγω; media autem δεικνυμι et ἀγνυμι, τοις δεικομαι et ἀγομαι: ac proinde futura ex iis formantur δειξω, ἀξω; δειξομαι, ἀξομαι. Conſimiliter αρνυμαι idem futurum formare oportet, quod ab αρομαι flueret. Hoc autem non eſt apud Atticos niſi αρεμαι, cujus vicem, uti jam diximus atque in ſectione proxime ſequente uberius exponemus, apud Ionas et Æoles αρεομαι ſupplebat. Eodem fonte derivatum αρηται apud *Homerum* cum μισθον itidem conjunctum legitur ΙΛ. XII. 435.—ἱνα παισιν αεικεα ΜΙΣΘΟΝ ΑΡΗΤΑΙ. Illud autem αρεομαι μισθον juxta laudata exempla interpretaberis *conſequar* ſive *reportabo mercedem*, præ qua etiam

etiam ſententia ſordet quam unicam ſuppeditat lectio vulgata, *eligo mercedem.* Mitto ipſam loci conſtructionem αφεομαι μεν - ερεω δε - melius procedere.

Pyth. IV. 6. Ενθα ποτε χρυσεων
Διος αιητων παρεδρος]

"Αιετων commune habent plerique. *Ald.* vero no- "biſcum legit." *Editt. Oxonn.* Verſus nimirum fulciendi gratia vocabulum viri eruditi ex ultima barbarie accerſendum judicarunt. Ecquis enim unquam obſecro Græcus αιητος pro αιετος uſurpatum patienter tuliſſet? Certiſſimum quidem eſt vulgatum αιετων, uti ſenſerunt viri docti, metricæ rationi plane adverſari. Huic utique verſui reſpondent.

αντ. α. σονος αιχμηταο ναυταις·
στρ. β. δεσιν αναπασαντες ἁμοις·
αντ. β. Ξενιον μαστευσε δεναι·
στρ. γ. Κειτον ἑυρησει γυναικων·
αντ. γ. Πυκιναν μητιν κλυοντες.

In his porro bis deſideratur editorum *Oxonn.* aliorumque ακριβεια, qui αναπασαντες et Ξεινιον repræſentant. Cum autem neque αιητων ſermonis indoles, nec vero αιετων metri ratio ſtare hic patiatur; cogitandum reſtat de altera aliqua lectione neque in orationis nec verſus normam peccatura. Hujuſmodi autem eſſe, quam nunc commendamus, lubens opinor fateberis: Διος ΟΡΝΙΧΩΝ παρεδρος. Sic Olymp. II. 159.

ΔΙΟΣ προς ΟΡΝΙΧΑ θειον.

Similiter *Virg.* Æn. I. 394.

Ætherea quos lapſa plaga Jovis ales *aperto*
Turbabat coelo———

XII. 247.

Namque volans rubra fulvus Jovis ales *ab æthra.*

Ovid. Metam. VI. 517.

Depoſuit nido leporem Jovis ales *in alto.*

Pari modo *Callimachus* cycnos appellat Μεσαων ορνιθας. Hymn. in Del. 251.

ΜΟΥΣΑΩΝ ΟΡΝΙΘΕΣ, αοιδοτατοι πετεηνων.

Scripſerat opinor aliquis alicujus codicis vel in margine, vel inter lineas, vocem αιετων tanquam interpretamentum τε ΔΙΟΣ ΟΡΝΙΧΩΝ, non ſecus atque in ſcholiis των νεωτερων hodie legitur ad Olymp. II. 159. τον θειον ΟΡΝΙΧΑ τε ΔΙΟΣ, ηγουν τον ΑΙΕΤΟΝ. Inde factum ut neſcio quis ſyllabicæ τε ΟΡΝΙΧΩΝ quantitatis ignarus alterum iſtud αιετων infauſta manu in contextum invexerit. Nec vero Διος αιετος, ſive *Jovis aquila*, ſat commode appellari potuiſſe videtur, præterquam unica illa quam Jovi adſidere veteres fingebant.

Pyth. IX. 193. Καρπον ανθησαντ αποδρεψαι εθελον.]

Principio contra temporum ſyllabicorum rationem verbi αποδρεψαι ultima ſequente vocali producitur. Deinde autem ne ſermonis quidem integritati ſatis conſultum eſt. Ea utique verbum medium αποδρεψαϑαι

ψαϑαι postulat; quo modo apud *Hesiodum* Theogon. 30. legimus—δαφνης ϵϵιθηλϵος οζον ΔΡΕΨΑΣΘΑΙ ϑηητον —Itaque utraque re conjurante omnino rescribendum est ΑΠΟΔΡΕΨΑΣΘ ϵθϵλον. Atque ita quidem legisse videtur Scholiastes qui in loci expositione ista habet: της γαρ ϵντιμȣ αυτης νϵοϑηλος καρπον ΔΡΕΨΑΣΘΑΙ ϵϐȣλοντο.

Nemeon. I. 11. Αρχαι δϵ ϐϵϐληνται ϑϵων
Κϵινȣ συν ανδρος δαιμονιαις αρϵταις]

Multum hic sudarunt interpretes frustraque laborarunt. Neque enim sententiam nisi ineptam extundere valuere. Constructionem ita ordinat Scholiastes: ἁι γαρ αρχαι ταις δαιμονιαις και ϑϵιαις αρϵταις ϵκϵινȣ τȣ ανδρος ϵκ ϑϵων ϐϵϐληνται. Quo pacto ϑϵων ϐϵϐληνται æquipollet τῳ ϵκ ϑϵων ϐϵϐληνται. Deinde redundat vocula συν. Utrumque contra Græci sermonis indolem. Aretius istum in modum: αρχαι [αγωνισματων] ϐϵϐληνται δαιμονιαις αρϵταις ϑϵων συν κϵινȣ ανδρος. Hæc vero quotusquisque obsecro vel intelligit? Unius non jam literæ sed lineolæ additamentum quas turbas dedit! Eam tu vicissim deme, ac lege ϑϵωι sive, uti hodie moris est scribere, ϑϵῳ, ut constructio sit αρχαι δϵ συν ϑϵῳ ϐϵϐληνται δαιμονιαις κϵινȣ ανδρος αρϵταις. Συν ϑϵῳ *deo favente*: Sic Nemeon. VIII. 28.

ΣΥΝ ΘΕΩΙ γαρ τοι φυτϵυϑϵις
Ολϐος ανϑρωποισι παρμονωτϵρος.

Isth. IV. 6. Αἰσι Κλϵωνυμιδαι ϑαλλοντϵς αιϵι
ΣΥΝ ΘΕΩΙ, ϑνατον διϵρχονται το ϐιȣ τϵλος.

 Similiter

Similiter apud *Homerum* συν δαιμονι legimus ΙΛ. Λ. 791.

> Τις οιδ' ει κεν οι ΣΥΝ ΔΑΙΜΟΝΙ θυμον οεινω
> Παρειπων; ———

Nec vero cuipiam diſplicere debet iſta voculæ συν utcunque inſolens collocatio, quippe quam ni ad θεω referendam accipias nulla exoritura eſt ſententia, ac proinde nullus eſt ambiguitati locus. Alioqui verſus initium tranſpoſitis duabus vocibus conſtitui poſſet, Συν κεινυ ανδρος. Quo pacto haberetur θεω συν pro συν θεω: cujuſmodi exempla paſſim extant. Sed *Pindari* opinor auribus alterum illud magis placuit.

Eadem itidem emendatione reſtituenda venit germana alterius loci forma,

Pyth. IV. 461. ——— Ενθεν δ' υμμι Λατοι-
δας εποςεν Λιβυας πεδιον
Συν θεων τιμαις οφελ-
λειν, αςυ χρυσοθρονυ
Διανεμειν θειον Κυρανας]

Quem ſic interpretantur *H. Stephanns*, *Benedictus*, aliique: *Inde vobis Latoides dedit Libyæ campum cum deorum honoribus augere, urbem divinam aureo-throno-inſidentis Cyrenes gubernare.* Et recte quidem, quod ad veram verborum notionem. Atqui ſcire impenſe velim quid ſit *Libyæ campum augere.* *Arctos*, credo, *continentis limites latius extendere.* Videtur quidem hoc editoribus *Oxonn.* uti oportuit diſplicuiſſe.

cuiſſe. Atque ii proinde pro *augere*, vagæ notionis verbum *excolere* eo opinor conſilio adhibuere, ut alio ſenſu ad *Libyæ campum*, alio ad *deorum honores* referretur. Verum in eo minus feliciter rem miniſtrarunt, quod verbum Græcum οφελλειν diverſorum itidem ſenſuum non ſit capax, ſed *augere*, vel quod tantundem ſit, unice denotet. Tu vero iterum pro ΘΕΩΝ lege ΘΕΩΙ, ac mecum interpretare: *Libyæ campum*, *deo* [etiam κατ εξοχην, h. e. deorum ſummo] *favente*, *honoribus augere*. Ecce autem ſimillimam apud *Homerum* locutionem:

ΙΛ. Α. 509.————————— οφρ αν Αχαιοι
Υἱον εμον τισωσιν, ΟΦΕΛΛΩΣΙΝ τε ἑ ΤΙΜΗΙ.

Similiter etiam Latini dicebant *honore aliquem augere*, uti ex *Stephani* theſauro liquet. Nec vero hæc emendatio ſola rationis vi, ſed Scholiaſtæ etiam auctoritate nititur: Εντευθεν δε, φησιν, εκ της Θηρας τῳ σῳ γενει, Αρκεσιλα, ὁ Απολλων χρησμοις και μαντειαις δεδωκε σοι ΘΕΩΙ, το της Λιβυης πεδιον τιμαις αυξειν το θειον πολισμα, και διοικειν, της τιμιον εχουσης θρονον Κυρηνης. Hunc utique in modum Scholiaſtæ verba a viris eruditis ordinantur ac diſtinguuntur. Ex quibus tamen ita ordinatis fruſtra plane erit qui ſententiam vel commodam vel ullam elicere ſataget. Tu vero tandem voculam και ad priſtinam ſedem revoces, locum autem ſic diſtinguas velim: το της Λιβυης πεδιον τιμαις αυξειν, και το θειον πολισμα διοικειν της τιμιον εχουσης θρονον Κυρηνης. Cæterum ſi cui forte diſpliceat, quod

et non immerito fieri possit, ασυνδετος ista oratio— πεδιον τιμαις οφελλειν, αςυ διανεμειν—ei pro αςυ non incommode legere licebit κᾳςυ, h. e. και αςυ. Nam similis apud *Pindarum* crasis Olymp. III. ult. in κᾳσοφοις conspicitur.

Nem. V. 17. Ταν ποτ ευανδρον τε και ναυ-
σι κλυταν θεασαντο———].

Pro voce nihili θεασαντο reponendum est ἑσσαντο; auctore ipso *Pindaro* Pyth. IV. 363.

———Ποσειδαωνος ἙΣ-
ΣΑΝΤ εναλιε τεμενος.

Utrobique certe scribere oportet vel ἑσσαντο vel cum Atheniensibus εἱσαντο. Corrige obiter *Euripiden* Hippol. 31.

——— ναον Κυπειδος ΕΓΚΑΘΕΙΣΑΤΟ.

Ubi vulgo itidem habetur vox nihili εγκαθισατο. Sed *Hesychium* nimirum laudant editores *Oxonn.* Θεασαντο] εκαθισαν. uti et *Pind.* Lex. "pro εθηκαντο vel εθεντο. a "θεω, θεσω, θεασω, εθεασαμην." Lexici *Pindarici* ineptias nihil moror. *Hesychium* quod attinet, monere libet elementum Θ verbi initio non hic solum perperam præfici, sed alibi etiam ubi sic scriptum legimus: Θεασατο] Ενεδυσατο. Pro Θεασατο, quod non nisi a θεαομαι vel tyronibus familiari profluere potest, reponendum est ἑέσατο, vel quod apud *Homerum* non semel legitur, ἑέσσατο, a verbo ἕννυμι formatum, ac proinde τῳ ενεδυσατο notione ισοδυναμον. Quinetiam pro

pro Θεεσσαντο apud *Hesychium* concipi oportere ἑσσαντο, vel certe ἐεσσαντο, sive ἐεσαντο, argumentorum mille instar erit alterum istud interpretamentum ἐνεδυσαντο. Nempe apud eundem *Hesychium* leguntur Ἑσσαμενος. ἐνδυσαμενος. Ἑσσασθαι. περιβαλεσθαι. Ἑσσεν. ἐνεδυσεν. Ἑσσο. ἐνεδυσω. leg. cum Cl. *Bentleio* ad *Callim.* H. in Cer. v. 48. ἐνεδυσω: qui etiam monuit ἐνεδυσαντο, uti et alterum ἐκαθισαν, apud *Hesychium* interpretamentum esse verbi non jam θεεσαντο sed ἑσσαντο. Est autem ἑσσαντο, in sermone *Homerico* ἑσσαντο, idem quod ἐεσσαντο, dempto duntaxat augmento. Cæterum ista ἑννυμι, ἐεσσατο, ἑσσαντο enuncianda sunt Ϝεννυμι, ἐϜεσσατο, Ϝεσσαντο. Nunc vides quo tandem recidat portentum istud in *Homeri* editt. conspiciendum ἑεσσατο. Locus denique quem sic cum editt. repræsentat Cl. *Bentleius*,

Αυταρ επει ῥ ἑσσαντο ———

concipiendus est vel, Αυταρ επει ῥ ἐϜεσσαντο – vel eliminata vocula ῥα, Αυταρ επει Ϝεσσαντο———

Isthm. II. 32. Ταν Νικομαχος κατα καιρον
Νωμε πασαις ανιαις.]

" Νωμα editt. quædam. Νωμα ed. *Steph. Regebat.* " Nos cum *Schmidio* legimus Νωμε pro νενωμε Præt. " Med. καιρ. *omnibus habenis* distribuit, *i. e. seorsum* " *et distincte applicuit, et quidem tempestive, nunc has* " *nunc illas tractando*" editt. *Oxonn.* At enim istud quod commentus est *Schmidius* νενωμε, nedum νωμε, neque usquam extat nec ulla analogia formari potest. Hoc primum. Deinde ut νενωμε fuerit præt. quod

quod vocant medium, at ſenſu tamen activo perperam adhibetur. Tertio, ut ſenſu activo legitime adhiberi poſſit, ne ipſum quidem tempus recte ſe habet. Tempus utique non jam revera præteritum eſt, ſed præſens perfectum. valet autem unice ipſum νενωμηκε *he has diſtributed*, id quod tamen huic orationi parum convenit. oportet vero αοριστος *he diſtributed*. Hoc autem præfinito denotat, quod et nullus dubito quin a *Pindari* manu fuerit, Νειμε, aor. 1. a νεμω formatus. ΙΛ. III. 274.

> Κηρυκες Τρωῶν και Αχαιῶν ΝΕΙΜΑΝ αριστοις.

IX. 216. Πατροκλος μεν σιτον ἑλων επε ΝΕΙΜΕ τραπεζη
Καλοις εν κανεοισιν· αταρ κρεα ΝΕΙΜΕΝ Αχιλλευς.

Proximum, quod in *Pindaro* ſtrictim hic percurrendum inſtituimus, circa pedum ισοχρονιαν ſive ισοδυναμιαν, quam commenti ſunt editores *Oxonienſes*, verſabitur. Ac videntur quidem viri eruditi tota via erraſſe, qui pedes in univerſum ισοχρονους ſive ισοδυναμους ſtatuerint, quorum tota quantitas ſit æqualis. Contra enim mihi perſuaſum eſt illos duntaxat pedes a veteribus tanquam ισοχρονους haberi ſolitos, qui in ſingulas itidem partes temporibus æquales ſecari poſſent, ita ſcilicet ut ſingulis longis vel ſingulæ itidem longæ, vel certe binæ breves reſponderent. En tibi pedum exempla cum ισοχρονων tum ανισοχρονων:

Iambus

A

Iambus	◡	-
Tribrachys	◡	◡◡

B

Trochæus	-	◡
Tibrachys	◡◡	◡

C

Spondeus	-	-
Dactylus	-	◡◡
Anapæstus	◡◡	-

D

Trochæus	-	◡
Iambus	◡	-

E

Spondeus	-	-
Amphibrachys	◡ -	◡
	◡	- ◡

Habes utique linearum secantium A, B, et C utravis ex parte tempora non nisi æqualia, reliquarum vero D et E non nisi inæqualia. Percipis jam rationem decantati illius, Ὁ τροχαιος αντιπαθει τῳ ιαμβῳ, sive ob quam in versu trochaico iambus, in iambico vicissim trochæos nusquam locum habeat. Quæ quidem, utcunque simplex sit, criticos tamen omnes videtur fefellisse. Hinc etiam ratio elucescit, cur amphibrachyn spondeo, adeoque dactylo et anapæsto, pariter αντιπαθειν videre sit; sive cur pes iste in versu neque anapæstico, neque trochaico, nec denique iambico conspiciatur. Cujus tamen rei non solum rationem a nemine occupatam, sed et ne ipsam quidem rem observatam memini. Est utique luce clarius, si *totam* pedum quantitatem spectes, trochæo iambum, spondeo adeoque dactylo etiam atque anapæsto amphibrachyn esse ισοδυναμον.

Observatæ της inter iambum et trochæum αντιπαθειας rationem tentavisse quidem sed parum affecu-

tum esse video, multum licet in re metrica, *Joannem King*, dramatum aliquot *Euripideorum* editorem. " Quæri (inquit) forsitan potest, cum in temporum paritate tanti sint poetæ, cur trochæus iambo temporibus par ex carmine iambico nihilo minus perpetuo excludatur. Id autem fieri videtur duabus de causis. Primo ipsa syllabarum dispositio et rei musicæ necessitas repugnat."— Profecto si hic substitisset vir eruditus, haud scio annon videri posset id ipsum voluisse quod nos jam monuimus. Verum hactenus felicia parum feliciter pergit explicare. " Iambus initio celer in ultimo " subsistit; trochæus e contra primo stat, mox " impetu fertur: hic instar rotæ volubilior, ille " tardior firmiorque: hic ab alto descendit, ille ex " humili insurgit: in omnibus denique sunt dissi- " millimi; adeo ut facete Hephæstion, Τρόχαιος ἀντι- " παθει τῳ ιαμβῳ. Secundo versum sibi proprium " constituit iambus, versum sibi proprium consti- " tuit etiam trochæus; et ambo diversis licet in " locis eosdem adsciscunt pedes: jam vero si ver- " sus iambicus trochæos recepisset; si trochaicus " iambos: quî alter ab altero dignosci potuisset? " Nonne tanta confusio facta esset, quanta fieri " potest maxima." Hæc ille. Juxta eam quam primo instituit vir eruditus rationem, facile constabit dactylo non minus anapæstum, quam trochæo iambum αντιπαθειν oportuisse. Quid enim? Anapæstus initio celer in ultimo subsistit; dactylus contra

tra primo ſtat, mox impetu fertur: hic inſtar rotæ volubilior; ille tardior firmiorque: hic ex alto deſcendit, ille ex humili inſurgit. Quæ tamen omnia non ſatis fuiſſe cur dactylo anapæſtus αντιπαθει, exinde liquido conſtat, quod verſus anapæſticus dactylum non minus quam ſpondeum commodus ac patiens receperit. Quæ ſecundo a viro erudito allata ſunt naturalem inter iambum et trochæum αντιπαθειαν nihilo magis attingunt, quam fabula, quod aiunt, de *Remo* et *Romulo*. Nec vero ſi vel per ſe ſpectetur, recte ſe habet viri eruditi argumentatio. Facile enim ab invicem dignoſci potuiſſent verſus iambicus et trochaicus, ſi vel hic iambos, vel ille trochæos excluſiſſet. Utrumque vero ad commodum ſatis diſcrimen neutiquam fuit neceſſarium. Eccui enim obſecro non in proclivi eſt inter verſum dactylicum, cujuſmodi eſt heroicus, et anapæſticum dignoſcere? Atqui veſus anapæſticus dactylum neutiquam excludit.

Terentianum p. 84. ex emendatione noſtra ſic diſputantem reperimus:

Quid? non trochæus temporum eſt æque trium?
Eſt: ſed trochæo longa prior eſt ſyllaba,
Brevis autem iambo; longa poſt: cui non poteſt
Longam trochæus ſubdere et brevem ſuas,
Brevi ſequente; quia ſit hoc ionicum.
En cur iambo non trochæus ſerviat.

Eſto vero ionicum: quid tum poſtea? Si in verſu

 ana-

anapæſtico vel ſpondeo vel anapæſto dactylum ſubjungas, ionicum itidem απο μειζονος; ſi dactylo ſpondeum, ionicum απ ελασσονος habebis. Idcircone vero vel dactylus vel ſpondeus ex metro anapæſtico erit excludendus? Immo etiam in ipſo verſu iambico legitime venit utriuſque generis ionicus. Alterum utique videre eſt, quoties vel iambum dactylus, vel ſpondeum tribrachys; alterum quoties tribrachyn (ut alios caſus omittam) ſpondeus excipiat.

> Δουλον γενεσθαι παραφρονουντος δεσποτου.
> Κρατειν ὁ δαιμων αλλα τον εωνημενον.
> Κρατειν ὁ δαιμων αλλα τον εωνημενον.

Et jam quidem nobis videmur editorum *Oxonienſium* ισχυρογνωμια, quam tamen ii rem unicam fere agunt, nervos penitus omnes inciſiſſe.

Coronidis loco ultimæ Olympionicωn Oedes, quæ αμετρος a multis jam ſæculis circumfertur, rationem metricam inſtaurare aggrediar.

1. – – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
2. – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
3. – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – –
4. ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
5. ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –
6. – ⏑ ⏑ – ⏑ –
7. ⏑ – – – ⏑ – – – ⏑ ⏑ –
8. ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑
9. – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑
10. – – – ⏑ – ⏑ ⏑ –
11. – – ⏑ – ⏑ –
12. – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
13. – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
14. ⏑ ⏑ – – – ⏑ – ⏑ –
15. – ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ –
16. – – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ –
17. – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
18. ⏑ – ⏑ – ⏑ – –

ΣΤΡΟΦΗ

ΣΤΡΟΦΗ.

1. Καφισιων ὑδατων λαχοισαι,
2. Αιτε ναιετε καλλιπωλον ἑδραν,
3. Ω λιπαρας αοιδιμοι βασιλειαι
4. Χαριτες Ορχομενου,
5. Παλαιγονων Μινυαν επισκοποι,
6. Κλυτ, επει ευχομαι·
7. Συν ὑμιν γαρ, θεαι, τα τε τερπνα τα τε
8. Γλυκεα παντα βροτοις γινεται·
9. Ει σοφος, ει καλος, ει τις αγλαος
10. Ανηρ· ουτε γαρ χαριτων
11. Σεμναν ατερ θεοι
12. Κοιρανεοντι χορους,
13. Ουτε δαιτας, αλλα παντων
14. Ταμιαι ἐργων εν ουρανῳ,
15. Χρυσοτοξον θεμεναι καλους
16. Παρ Πυθιον Απολλωνα θρονους,
17. Αεναον σεβοντι πατρος
18. Ολυμπιοιο τιμαν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ.

1. Ω ποτνι Αγλαϊα, φιλησι-
2. μολπε τ Ευφροσυνα, θεων κρατιστου
3. Παιδες, επακοοι γενεσθε· Θαλεια τ
4. Ερασιμολπε, ἰδοι-
5. σα τονδε κωμον επ ευμενει τυχᾳ
6. Κουφα βιβωντα, Λυ-
7. διῳ γαρ τ εν τροπῳ Ασωπικον, εν
8. Τε μελεταισιν αειδων μολον·

9. Ουνεκ

Οὕνεκ Ὀλυμπιονικος ἁ Μινυ-
εια σευ ἑκατι μελαν-
τειχεα νυν ες δομον
Φερσεφονας ιθι, ἀ-
χοι πατρι κλυταν φερεις αγ-
γελιαν, Κλεοδαμον οφρ ιδοισ,
Υἱον ειπης, ὁτι οἱ νεαν,
Κολποισι παρ ευδοξοιο Πισας,
Εστεφανωσε κυδιμων α-
εθλων πτεροισι χαιταν.

Hæc quicunque cum vulgata lectione contulerit, adeoque quam leviter hic ab ea discessum sit, accurate perspexerit; nullus opinor dubitabit, quin hæc etiam Oede non secus atque cæteræ a Poetæ manu, si non eo ipso quo nos refinximus, at aliquo certe modo εμμετρος prodierit.

SECT. III.

EMENDATIONES

IN

CALLIMACHUM: &c.

SECT. III.

Vera ſermonis Græci enunciatio. Futurorum Atticorum ab Ionicis variantium analogia et conſilium. Diverſus Modorum ſubjunctivi et optativi uſus. Errores a nupero Callimachi editore in ſyllabica quarundam vocum quantitate admiſſi. Emendationes in Callimachum.

ARGUMENTUM in quo illuſtrando ſumus verſaturi a viro erudito jam antea tractatum videmus, qui noviſſimam *Callimachi* editionem procuravit. Is utique, viri cum nobilitate tum eruditione præſtantis hortatu, *de Græcæ linguæ pronunciatione*, ſecundumne quantitatem ſyllabicam an accentuum rationem melius procedat, diſſerendum quidem in ſe recepit; ſed re tamen vera non tam diſſeruit, quam declamavit. Nec vero in hac Sparta adornanda vir eruditus uſque adeo felicem operam collocavit, quin nobis etiam nonnulla, atque ea fortaſſis præcipua, reliquerit occupanda. Quo alacrius autem ſymbolam qualemcunque noſtram conferamus, facit cum ſummi illius Nobilitatis Anglicanæ decoris, quæ apud nos eadem hodie eſt quæ et heri fuit, apud alios utcunque jam minor auctoritas; tum etiam quod diu lateque graſſata accentuum barbaries e ludo quodam celeberrimo, *Etonenſem* dico, jam olim exulaverit.

Dionyſium Halicarnaſſenſem in tractatu accuratiſſimo περι της των ονοματων συνθεσεως inſtituto videre eſt iſtud ex *Thucydide* deſcribentem: Ὁι μεν πολλοι των ενθαδε ηδη ειρηκοτων επαινουσι τον προσθεντα τῳ νομῳ τον λογον τονδε, ὡς καλον επι τοις εκ των πολεμων θαπτομενοις αγορευεσθαι αυτον. Deinde autem loci deſcripti membra ad ſyllabicam quantitatem ſingula exigit, docetque magnificam orationis ſtructuram ex pedum ratione ac valore potiſſimum pendere. Pari modo alterum ex Platone locum, ac tertium ex *Demoſthene* laudat expenditque. Hinc liquido conſtat ipſos Græcos ſermonem non minus pedeſtrem quam verſibus concluſum juxta ſyllabarum tempora pronunciare ſolitos. Atqui dicendumne eſt, o boni accentuum fautores, rectæ rationi conſentaneum eſſe ut hodie pronunciandi regulas ab ipſis Græcis ſervatas non jam commodi amplectamur, ſed aſpernabundi conculcemus? Quidni pergatis obſecro, atque hominem inſanire ſtatuatis, qui linguam Gallicam efferat juxta pronunciandi rationem apud ipſos Gallos obtinentem? Porro autem locis ex *Thucydide*, *Platone*, et *Demoſthene* laudatis alium contra πονηρου κομματος ſubjungit *Dionyſius* ex *Hegeſia Sophiſta* petitum; monetque τὴν των φλυαρηματων ταπεινοτητα in eo obſervatam in erubeſcenda numerorum vilitate, ſi non omnino, at certe maximam partem conſiſtere. Age igitur; ſyllabicas verborum quantitates, prout a *Dionyſio* deſignantur, apud *Thucydiden* habemus, ενθᾰδε, ειρηκōτων, πολεμων, θαπτομĕνοις, αγορευεσθαι, &c. accentuum

centuum contra ratio venditat ενθᾱδε, ειρη̆κο̄των, πολε̄μων, θαπτομε̄νοις, αγορεῠεσθαι, &c. Apud *Hegeſiam* ſyllabarum quantitas exhibet, πολεμῐων, κρατησᾱσιν, εγνω̄στο, συγκᾱμφθεις, θωρᾱκος, κρειω̄τᾰτην, πολῠσᾱρκον: accentuum contra patroni enunciant, πολεμῑων, κρατησᾰσιν, εγνω̆στο, σῠγκᾰμφθεῑς, θωρᾰκος, κρειω̆τᾱτην, πολῡσᾰρκον. Vides hoc pacto in utroque ſcriptore numerorum naturam ac valorem magna ex parte inverti; χρυσεα in χαλκεια, ac viciſſim χαλκεια in χρυσεα migrare. At enim, o boni, rectamne obſecro rationem ſapere videtur, ut uſque adeo deprimatur accuratiſſimus *Thucydides*, uſque adeo evehatur nugaciſſimus *Hegeſias?* Quin pergatis itidem coronam capiti *Virgiliano* jam diu hærentem detrahere, ac *Baviano* imponere? Quid enim tantum in vos committere potuere vel Græci præ Latinis, vel ſolutæ orationis ſcriptores præ poetis?

Sed miram, ſi diis placet, accentibus virtutem ineſſe comminiſcuntur barbariei pluſquam Scythicæ fautores: nempe non niſi eorum ope determinari poſſe ambiguam quarundam vocum notionem; βασιλειαne, verbi gratia, *regnum*, an vero *reginam* denotet. Ac doctiſſimo quidem *Rollino*, quanquam in pronunciando ſyllabarum rationem ſervari voluerit, accentus tamen, ob iſtum ſcilicet uſum, retinendi videbantur. At enim, ut iſte, quem oſtentant, uſus paucis in vocabulis revera obtineat; ideone obſecro dicendum eſt immenſum cæterorum numerum accentibus etiam notari oportere? Verum

K 2 enimvero

enimvero uſus ille toties decantatus merum eſt inſomnium ex porta eburnea profectum. Si utique ullus revera habeatur, vel editorem vel lectorem ſpectet neceſſe eſt: Atqui ſcire velim, quo tandem editor criterio dignoſcere poſſit ſcribine oporteat βασίλεια, an vero βασιλεία. *Ipſa contextus indoles atque orationis filum vocis notionem indicabit; hæc autem accentus ſedem determinabit.* Rurſus: Undenam lectori innoteſcere poterit rectene ſcribatur βασίλεια, an per editoris vel imperitiam vel incuriam; ac proinde βασιλεία, et vice verſa, oporteat? *Ex orationis filo patebit vera verbi notio; atque hinc determinabitur accentus ſedes.* Suaviſſimi argutatores! Verbi notionem accentus ſedes, accentus autem ſedem verbi notio viciſſim determinat! Ni hoc ſit in circulo, quod aiunt, diſputare, quid tandem eſſe poterit?

Διὁειστικου, quam crepant, accentuum virtutis quidam in quem forte incidi grammaticus, qui et librum ſuum doctiſſimo *Clarkio* examinandum commiſiſſe ſe profitetur, exemplum venditat futurum ſecundum formæ optativæ τυποῖμι, et aoriſtum τύποιμι. Quæ vero de βασίλεια et βασιλεία jam diximus, de hoc itidem, uti et de alio quocunque exemplo, ſi res poſtularet, dici poſſent. Verum enimvero, pace grammaticorum, in me præſtandum recipio futurum ſecundum formæ vel activæ vel mediæ in Græco ſermone nuſquam reperiri. Τυπω non eſt niſi aoriſti ſubjunctivi, nec vero τυποιμι niſi aoriſti optativi exemplum. Τυπȣμαι, τυπεισθαι, τυπȣμενος, et ſimilia non niſi in grammaticorum ſcriptis et cerebellis

bellis locum uſquam habent. Hujuſmodi autem inſomniis ortum dediſſe videtur futurorum, quod in dialectis Ionica atque Attica obtinet, diſcrimen. Horum natura atque analogia cum non ſolum grammaticos, ſed univerſam etiam, quantum ſciam, criticorum gentem fefellerit; in ea mihi videor exponenda operæ aliquantulum haud inutiliter conlocaturus.

IONICA, a quibus Attica diſcedunt, futura formam activam terminant in ᾰσω, εσω, εω, ῐσω, et οσω; mediam autem in ᾰσομαι, εσομαι, εομαι, ῐσομαι et οσομαι. Atque hæc quidem quam dicturi ſumus variatio non niſi poſt ſyllabam brevem, præterquam in ῐσω et ῐσομαι, ſervatur. Pro ᾰσω, εσω, εω, et οσω, Attici ſcribunt ω; pro ᾰσομαι, ωμαι; pro εσομαι, εομαι, et οσομαι, ȣμαι; pro ῐσω denique et ῐσομαι, ιω et ιȣμαι. Verbi gratia: pro Ionicis ελασω, στορεσω, φανεω, αροσω, Attice dicuntur ελω, στορω, φανω, αρω; pro κολασομαι, κολωμαι; pro καλεσομαι, φανεομαι, ομοσομαι, καλȣμαι, φανȣμαι, ομȣμαι; pro βασανισω denique et αγωνισομαι, βασανιω, et αγωνιȣμαι. Quod Iones καθεσομαι, id Athenienſes forma ſingulari καθεδȣμαι ſcribebant. At χορτασω, αινεσω, ἁρμοσω, ἁρπασομαι, αιδεσομαι, ἁρμοσομαι utrique genti erant communia.

Ex dictis facile conſtabit fruſtra eſſe Cl. *Kuſterum*, qui ad *Ariſtophanis* Plut. 65. iſta adnotavit:—" απο
" σ ολω] Απολω pro απολεσω: præſens pro futuro,
" quod Atticis eſt frequentiſſimum. Sic δερω Co-
" micus noſter dixit pro δερασω infra in Plut. V. 222.

" καλω

" καλω pro καλεσω, in Nub. V. 632. εξελω pro εξελασω, " in eadem fabula V. 123. Scio quidem alios di- " cere hæc eſſe futura contracta, ſed illi fruantur " ſuo ſenſu." Fruentur ſane, ſi me ſatis audient, quantum certe ad απολω, καλω, et εξελω attinet. Neque enim vel απολω, vel εξελω, vel ὁμοειδης quodcunque præſenti notione unquam adhibetur. Καλω quidem apud Atticos Ionico modo præſenti καλεω, modo futuro καλεσω reſpondet. At δρω neque futurum eſt quod volunt plerique contractum, nec vero quod Vir Cl. præſens indic. futuri loco uſurpatum; ſed formæ ſubjunctivæ quæ temporis futuri vi quodammodo non raro gaudet, vel potius ſignificatu proprio ad ἱνα, ſive χρη ἱνα, ſubauditum refertur. Similis eſt uſus verbi ποιω Plut. 1198. Εγω δε τι ΠΟΙΩ; id quod tantundem eſt quod Anglice dicimus, *But what muſt I do?* Similis itidem τε ΣΙΩΠΩ Ran. 1165. ubi de *Euripide Æſchylus:* Εγω σιωπω τῳδε γ; *Muſt I hold my tongue for this coxcomb?* Atque hinc quidem mihi ſuggeritur alter etiam locus jam olim inſigniter corruptus, ubi idem verbum ſimiliter uſurpatum legitur. Ei autem in tranſcurſu medicam manum libet admovere.

Lyſiſtr. 530.

Σιγ ω καταρατε. ΠΡ. ΣΙΩΠΩ γω; ΛΥ. Και τουτα καλυμ-
ματι φερε

Περι την κεφαλην. ΠΡ. Μη νυν ζωην. ΛΥ. Αλλ' ει τουτ εμπο-
διον σοι,

Παρ

Παρ εμȣ τȣτι το καλυμμα λαϐων
Εχε και περιθȣ περι τlω κεφαλην,
Κατα σιωπα.

In verſu primo Muſis invitis producitur prior ſyllaba verbi φερε. Quod qui legitime fieri poſſe contendunt, eos nihil morandos cenſeo. Atqui ne forte arripiant quod apud *Athenæum* occurrit pag. 408.

Και δε δεδειπνηκασιν αἱ γυναικες, αλλα φερειν
Ωρα ςιν ηδη τας τραπεζας, ειτα παρακορησαι.

Monemus ibi legi oportere, poſtulante cum verſus tum ſermonis indole, αλλ αφαιρειν. Altero nomine vitioſus eſt *Ariſtophanis* locus, quod abſque articulo dicatur ταυτα καλυμματα. Exigit enim comici perinde atque pedeſtris ſermonis ratio ταυτα τα καλυμματα. Sic in verſu tertio habemus τȣτι το καλυμμα. Tertio prava eſt locutio φερε περι τlω κεφαλlω: neque enim is eſt apud Atticos uſus verbi φερειν, ſed φορειν. Scire denique velim quid interſit quod ad ſenſum attineat inter ταυτα καλυμματα φερε περι τlω κεφαλlω, et quod mox ſequitur παρ εμȣ τȣτι το καλυμμα λαϐων εχε και περιθȣ περι τlω κεφαλlω. Nam ſi nihil ſit diſcriminis, verba intercedentia αλλ ει τȣτ εμποδιον σοι adeo importuna ſunt atque inepta ut nihil ſupra. Percommode profecto accidit quod Scholiaſtes lectionem iſtam conſervarit και ταυτα καλυμμα φορȣσι. Vox utique φορȣσι, quanquam ipſa quidem ſit nihili, a vera tamen ſcriptura uno duntaxat puncto diſcedit; hanc autem ſic tandem reſtituo, φορȣσῃ. Eſt autem loci

loci ſententia hoc pacto non ſolum integra atque aptiſſima, ſed et perquam faceta. Quam Anglice ideo potius declarandam ſtatuimus, quod ſermo noſter, uti fert fortuna, multo commodior ſit quam Latinus.

Σιγ ω καταρατε. ΠΡ. ΣΙΩΠΩ γω; ΛΥ. Και ταυτα καλυμμα ΦΟΡΟΥΣΗΙ. κ. τ. λ.

LYS. *Hold your tongue, ſirrah.* PRO. *Muſt I hold my tongue?* LYS. And that too for one that wears a Cap. PRO. *Let me die ſooner.* LYS. *Well, well, if that be the only obſtacle, here, take my Cap and put it on, and then hold your tongue.—Take my petticoats too, and my work-baſket,* &c. *The women, never fear, will conduct the war.* Dativus autem φορυσῃ ad verbum σιωπω non ſecus hic refertur, atque in exemplo ex Ranis laudato τῳδε. Cæterum, ut illud obiter tangam, genti *Britannicæ* felicius ceſſurum fuiſſe videtur, ſi alteri cuidam Προβουλῳ per viginti annorum ſpatium permagno, hodie majori ſimul et minori, rediviva ab anno jam ſexto Lyſiſtrata capiti circumdandum καλυμμα tradidiſſet.

Kuſterianæ obſervationi gemella eſt iſta doctiſſ. *Hutchinſoni* ad *Xenoph.* Anab. pag. 79. ελωντων και διακοψοντων. Monet utique ελωντων eleganter pro ελασοντων adhiberi, laudatque *Thom. Magiſtrum:* Ελαω και ελω, αντι τȣ ελαυνω Ἑλληνες λεγȣσι· ὁι δε Ατ]ικοι, αντι τȣ ελασω. uti et *Moerin:* Ελω, Ατ]ικως· ελασω, Ἑλληνικως.

At

At enim gloſſographorum mentem minus recte cepiſſe videtur; neque enim eos hic ſuggerere voluiſſe cenſendum eſt Atticos præſens pro futuro (quod judicavit vir doctiſſ.) adhibere ſolitos, ſed futurum ελω pro communi ελασω. Cæterum juxta lectionem ſupra deſcriptam docet *Thom. Magiſter* Atticos tam ελαω quam ελω pro ελασω uſurpare. Id quod nequaquam verum eſt. Aut igitur erravit *Magiſter*, aut aliter ſcripſit. Iſtum autem in modum recte procedet locus: οἱ δὲ Αττικοι ελω αντι τȣ ελασω. *At enim de præſente pro futuro vir doctiſſimus hunc ad locum* ȣδὲ γρυ. Recte. Atqui ea mente ſcripſiſſe conſtat ex iis quæ dixit ad pag. 53. Ibi utique docet verbum præſens συναγειρεσθαι temporis futuri ſignificationem habere, ipſumque hunc in quo verſamur locum tanquam ſimile exemplum adducit. Alter autem locus in quo extat συναγειρεσθαι a viro doctiſſ. ſic repræſentatur: νομιζων ὁσῳ μὲν αν θαττον ελθοι, τοσȣτῳ απαρασκευαστερῳ βασιλει μαχεισθαι· ὁσῳ δὲ σχολαιοτερον, τοσȣτῳ πλειον βασιλει συναγειρεσθαι στρατευμα. Equidem nimis certum eſt, ni verbo συναγειρεσθαι temporis futuri notio tribuatur, nullam ex loco ſic ſcripto haberi poſſe ſententiam. At enim utcunque frequenter hoc fieri dicat vir doctiſſ. adducat tamen vel unum ſimile ex Poetis Atticis indubitatæ fidei exemplum, et erit mihi magnus Apollo. Ex Poetis dico: neque enim mendis, quibus ſingulæ ſingulorum pedeſtris orationis ſcriptorum paginæ ſcatent, et perpetuo, ni ad Poetarum ſermonem, certam illam normam,

 exigantur,

exigantur, ſcatebunt; exemplorum virtutem tribuendam eſſe commodus ac patiens agnoſcam. *Num igitur inficias ibis verba* ειμι, απειμι, εξειμι &c. *etiam apud Poetas temporis futuri notione non raro adhiberi?* Ego vero nihil minus. Contra autem confirmo verba iſta apud Atticos revera (nam formam nihil moror) futura eſſe; neque enim de tempore niſi futuro uſquam uſurpantur. Cæterum veram iſtorum verborum ſcripturam eſſe ιμι, απιμι, εξιμι, argumento ſunt quæ paſſim leguntur ιτον, ιμεν, ιτε, ιασι, απιτον, απιμεν *&c.* Loci autem *Xenophontei* lectio a viro doctiſſ. repræſentata non uno illo ſoloeciſmo laborat, quod verbum præſens pro futuro præferat; ſed altero etiam, quod ὁσῳ αν cum forma optativa ελθοι conjungantur. Vocula utique ὁσῳ et ſimiles comite αν non niſi cum altera forma ελθῃ conſtruuntur. Eſt autem germana loci ſcriptura: νομιζων αν, ὁσῳ μεν θαττον ελθοι, τοσουτῳ απαρασκευαστοτερῳ βασιλει μαχεσθαι· ὁσῳ δε σχολαιοτερον, τοσουτῳ πλεον βασιλει συναγειρεσθαι στρατευμα. Quam ut in integrum reſtitueremus unius αν voculæ ſedem duntaxat immutavimus: nam in aliis editt. habetur μαχεσθαι. Vocula autem iſta ad verba infinita μαχεσθαι et συναγειρεσθαι communiter refertur, ac temporis futuri notionem utrique confert. Similis autem conſtructionis pauca ex ipſo *Xenophonte* exempla deſcribam: Anab. pag. 200. πρωτον μεν ΟΙΜΑΙ ΑΝ υμας μεγα ΟΝΗΣΑΙ το στρατευμα, ΕΙ ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΙΗΤΕ [l. ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΙΤΕ] — ΟΙΜΑΙ ὑμας πανυ ΑΝ εν καιρῳ ΠΟΙΗΣΑΙ. pag. 451. ΗΓΗΣΑΝΤΟ

ΣΑΝΤΟ ὺν, ΕΙ ἑνα ΕΛΟΙΝΤΟ αρχοντα, μαλλον ΑΝ ΔΥΝΑΣΘΑΙ—και ΕΙ τι ΔΕΟΙ λανθανειν, μαλλον ΑΝ και ΚΡΥΠΤΕΣΘΑΙ, και ΕΙ τι ΔΕΟΙ φθανειν, ἡτῖον ΑΝ ΥΣΤΕΡΙΖΕΙΝ. pag. 529. ΕΙ δὲ μοι ὑμεις ΠΑΡΑΓΕΝΟΙΣΘΕ, ΟΙΜΑΙ ΑΝ συν τοις θεοις ΚΑΤΑΛΑΒΕΙΝ τὴν αρχὴν. Quibus unum illud addam ex *Ariſtophane*. Plut. 464.

——————— και τι ΑΝ ΝΟΜΙΖΕΤΟΝ
Κακον ΕΡΓΑΣΑΣΘΑΙ μειζον ανθρωπυς; ΧΡ. Ὁτι;
ΕΙ τυτο δραν μελλοντες ΕΠΙΛΑΘΟΙΜΕΘΑ.

Hinc abunde conſtat voculam αν eandem ſignificationem verbis hic infinitis quam alibi optativis conferre. Valet utique οιμαι αν ὑμας ονησαι tantundem præfinito quod ὑμεις αν ονησαιτε, ὡς οιμαι. Eadem porro vocula eandem itidem notionem participiis conferebat. Pag. 363. ὡς ΑΛΟΝΤΟΣ ΑΝ τυ χωριυ. quem locum vir doctiſſ. recte interpretatur *quaſi futurum eſſet ut caperetur oppidum.*

Exposita jam futurorum in diverſis gentibus obtinentium analogia, proximo loco videamus an conjectura aſſequi poſſimus, quonam conſilio gens Attica in formandis verborum futuris ab Ionica uſque adeo diſceſſerit. Hac autem de re quid ſentiamus paucis exhibebimus. Ionibus in deliciis erat metrum dactylicum, ſive heroicum: Athenienſibus contra iambicum et trochaicum. Illi proinde futura Ionica, his Attica videmus accommodari. Verbi gratia: εξελασω, εκκαλεσω, σημανεω, διασκεδασω, παραστορεσω, προσαμφιεσω: αγωνισομαι, κολασειῶς, καλεσειῶς, ομοσειῶς,

 verſus

versus heroici rationi adaptantur: contra autem εξελω, εκκαλω, σημανω, διασκεδω, παρασορω, προσαμφιω, αγωνιεμαι, κολαῶς, καλειῶς, ομειῶς, metris iambico et trochaico. Terminationis quidem Atticæ ιω eadem est quantitas syllabica, quæ et Ionicæ ισω: Idem vero de forma itidem media ιεμαι dici non potest. Observatæ in forma activa variationis id unice erat apud Atticos consilium, ut eadem servaretur inter formam activam et mediam analogia, quæ in aliis verbis obtineret. Harum variationum, uti supra monuimus, usus non nisi post syllabam brevem locum habet. Si post longam itidem Athenienses iisdem craseos regulis obtemperassent, ex variis versus iambici et trochaici sedibus verba innumera penitus exclusissent, quæ forma Ionica metris istis non minus rite, quam heroico, congruunt. Verbi gratia, χορτασω, αινεσω, ἁρμοσω, in versu senario ita collocari possunt, ut pedem secundum, quartum, vel ultimum terminent; in trochaico ita ut primum, tertium, quintum, vel septimum inchoent: quibus omnibus ex locis excluduntur χορτω, αινω, ἁρμω, Rursus: ἁρπασομεθον, ἁρπασεσθον, ἁρπασομεθα, ἁρπασεσθε, ἁρπασονται; αιδεσομεθον &c. ἁρμοσομεθον &c. variis metrorum iambici et trochaici sedibus conveniunt, quæ ἁρπωμεθον, ἁρπασθον, ἁρπωμεθα, ἁρπασθε, ἁρπωνται; αιδεμεθον &c. ἁρμεμεθον &c. plane respuunt. Cæteras crasεων Atticarum species attento siquis animo expendat, idem fuisse omnium consilium nobiscum opinor tandem censebit.

Cæterum

Cæterum cum diversi cujusdam formæ verborum subjunctivæ et optativæ usus mentio modo inciderit, libet porro aliquantulum operæ navare, ut distinctas istarum formarum provincias doctissimis juxta cum indoctissimis, quantum sciamus, ignotas plenius exponamus. Jam diu opinor est quod nemo usquam gentium reperitur, quin formas istas cum certis voculis, ἵνα puta, ὄφρα, et μη, conjunctas tantundem valere, ac pro arbitrio et promiscue a quibusque scriptoribus usurpari existimet. Nos primi monemus diversum harum formarum usum a Græcis quibusque γονιμοις perpetuo servari solitum: formam utique quam vocant optativam cum dictis et similibus voculis conjunctam non minus apte subjunctivam dici posse, quam alteram istam quæ subjunctivæ nomine sola hodie insignitur: prioris autem eum esse usum, ut verbis de tempore non nisi præterito usurpatis subjungatur, istique adeo Latinorum tempori AMAREM respondeat: alteram contra verbis non nisi præsentis vel futuræ significationis subjungi, atque alteri isti apud Romanos tempori AMEM respondere. Formæ utriusque cum vocula ἵνα conjunctæ decem ex *Aristophane* adducam exempla:

Plut. 90.

—————— ὁ δέ μ' ΕΠΟΙΗΣΕΝ τυφλον
ΙΝΑ μη ΔΙΑΓΙΓΝΩΣΚΟΙΜΙ τουτων μηδενα.

Plut.

Plut. 721.

* ΚΑΤΕΠΛΑΣΕΝ αυτȢ τα βλεφαρ εκϛρεψας, ΙΝΑ ΟΔΥΝΩΙΤΟ μαλλον ———

Nub. 11.

ΕΘΗΚΕΝ, εις τε την ἑνην τε και νεαν,
ΙΝ ἁι θεσεις ΓΙΓΝΟΙΝΤΟ τῃ νȢμηνια.

——— 1201.

ΙΝ ὡς ταχιϛα τα πρυτανει ΥΦΕΛΟΙΑΤΟ
Δια τȢτο ΠΡΟΫΤΤΕΝΘΕΥΣΑΝ ἡμερᾳ μιᾳ.

Ran. 282.

ΗΛΑΖΟΝΕΥΕΘ ΙΝΑ ΦΟΒΗΘΕΙΗΝ εγω.

——— 1221.

Χειμωνος οντος ΕΞΕΘΕΣΑΝ εν οϛρακῳ,
ΙΝΑ μη κτραφεις ΓΕΝΟΙΤΟ τȢ πατρος φονευς.

——— 1334.

ΗΝΕΓΚΟΝ αυθ ΙΝΑ μη τον αυτον Φρυνιχῳ
Λειμωνα Μȣσων ἱερον ΟΦΘΕΙΗΝ δρεπων.

Equ. 644.———————καγω ΦΡΑΣΑ
Αυτοις απορῥητον, ποιησαμενος ταχυ,
ΙΝΑ τας αφυας ΩΝΟΙΝΤΟ πολλας τȢ βολȢ.

* "ΚΑΤΕΠΛΑΣΕΝ. Hanc ſcripturam codicis *Dorvil.* auctoritate firmari video. Judicavit quidem *Tib. Hemſterhuiſius* præcedens εφλα vulgatam κατεπλασεν poſtulare. Nempe virum doctiſſimum fefellit iſtiuſmodi verba apud Atticos temporis eſſe tam aoriſti quam præteriti infecti. Et profecto ſi paulo altius rem repetiiſſet, verbum εφλα ipſo hoc in loco aoriſtum accipi oportere, ex altero quod in verſu proxime præcedente extat ενεχειρησε, vix potuiſſet non ſentire.

Equ.

Vesp. 175.

Οιαν προφασιν ΚΑΘΗΚΕΝ ὡς ειρωνικως,

ΙΝΑ θατΊον ΕΚΠΕΜΨΕΙΑΣ. Αλλ ουκ εασασεν.

—— 390.

ΩΙΚΗΣΑΣ γουν επιτηδες ιων ενλαυθ ΙΝΑ ταυτ ΑΚΡΟΩΙΟ

Plut. 70.

ΑΠΕΙΜ, ΙΝ εκειθεν ΕΚΤΡΑΧΗΛΙΣΘΗΙ πεσων.

—— 936.——————ΔΟΣ συ μοι το τριβωνιον,

ΙΝ ΑΜΦΙΈΣΩ τον συκοφαντην τουτονι.

—— 959.

Νω δ' ΕΙΣΙΩΜΕΝ, ΙΝΑ ΠΡΟΣΕΥΞΗΙ τον θεον.

—— 1196.

Αλλ ΕΚΔΟΤΩ τις δευρο δαδας ἡμμενας,

ΙΝ εχων ΠΡΟΉΓΗΙ τῳ θεῳ συ. Πανυ μεν ουν.

Nub. 19.

ΚΑΚΦΕΡΕ το γραμματειον, ΙΝ ΑΝΑΓΝΩ λαβων.

—— 196.——————αλλ ΕΠΙΜΕΙΝΑΝΤΩΝ, ΙΝΑ

Αυτοισι ΚΟΙΝΩΣΩ τι πραγματιον εμον.

—— 237.

Ιθι νυν ΚΑΤΑΒΗΘ, ω Σωκρατιδιον, ὡς εμε,

ΙΝΑ μ ΕΚΔΙΔΑΞΗΙΣ, ὡνπερ ουνεκ εληλυθα.

—— 479.

Αγε δη ΚΑΤΕΙΠΕ μοι συ τον σαυτου τροπον,

ΙΝ αυτον ειδως, ὁστις εστι, μηχανας

Ηδη 'πι τουτοις προς σε καινας ΕΙΣΦΕΡΩ.

—— 803.

Ομως γε μην ΠΡΟΣΕΛΘ, ΙΝ ΕΙΔΗΙΣ πλειονα.

Ran. 299.

Ιερευ, ΔΙΑΦΥΛΑΞΟΝ μ, ΙΝ Ω σοι ξυμποτης.

Nunc ſi forma ſubjunctiva ſcripſeris διαγιγνωσκω, οδυνατωι, γιγνωνται, ὑφελωνται, φοβηθω, γενωνται, οφθω, ωνωνται, ἐκπεμψῃς, ἀκεϱα; ſermonis non minus, quam metri, rationem violaveris. Si viciſſim forma optativa ἐκτραχηλισθειη, ἀμφιεσαιμι, προσευξαιο, προηγοιο, αναγνοιην, κοινωσαιμι, ἐκδιδαξειας, εισφεροιμι, ειδειης, ειην; tantundem feceris.

Diverſæ hujus verbi ſubjunctivi et optativi virtutis inſigni documento vel certe exemplo eſt, quod apud *Platonem* legimus, Alcib. II. ſub finem: ὥσπερ τῳ Διομηδει φησι την Αθηναν Ομηρος απο των οφθαλμων ΑΦΕΛΕΙΝ την αχλυν,

ΟΦΡ εὖ ΓΙΝΩΣΚΟΙ ημεν θεον ηδε και ανδρα.

quemadmodum Diomedi Minervam ait Homerus ab oculis caliginem abſtuliſſe, ut *bene* dignoſceret *tum Deum, tum etiam hominem. Homeri* locus, ad quem *Plato* reſpexit, Minervam repræſentat iſta Diomedi verba facientem:

Αχλυν δ' αυ τοι απ' οφθαλμων ἑλον, ἡ πριν επηεν,
ΟΦΡ εὖ ΓΙΝΩΣΚΗΙΣ ημεν θεον ηδε και ανδρα.

Caliginem vero tibi ab oculis abſtuli, *quæ prius inerat*, Ut *bene* dignoſcas *tum* &c. Vides aoriſtum ʽΕΛΟΝ ab *Homero* temporis præſentis-perfecti notione adhiberi, atque Anglice valere (nam ambiguum eſt Latinorum iſtud tempus *abſtuli*) *I have removed*, adeoque

adeoque commodiſſime ſubſequi forma ſubjunctiva οφρα γινωσκης *ut dignoſcas, that you may diſtinguiſh.* Apud *Platonem* vero aoriſtus αφελειν de tempore præterito uſurpatur; valet utique φησι την Αθηναν Ομηρος αφελειν, *Homer ſays that Minerva* removed; cui ſi ſubjungas οφρα γινωσκη, *ut dignoſcat, that he may diſtinguiſh*; in ſoloeciſmum incides: poſtulat enim ſententia id ipſum quod apud *Platonem* ſubſequitur, οφρα γινωσκοι, *ut dignoſceret, that he might diſtinguiſh.* Verum enimvero cum formam optativam verbis non niſi de tempore præterito adhibitis ſubjungi confirmamus, verba indicativa accipi volumus. Nam forma illa alteri verbo optativo, vel comite vel abſente vocula αν uſurpato, quod tamen circa tempus præteritum verſari nequit, uti et infinito vel participio ad iſtam voculam relato, non incommode ſubjicitur.

Homeri quidem pleræque editt. Odyſſ. III. 76. ſic repræſentant:

———————— αυτη γαρ ενι φρεσι θαρσος Αθηνη
ΘΗΚ, ΙΝΑ μιν περι πατρος αποιχομενοιο ΕΡΟΙΤΟ,
Ηδ' ἵνα μιν κλεος εσθλον εν ανθρωποισιν ΕΧΗΙΣΙΝ.

Quem locum caſu neſcio quo ita verterunt interpretes, ut nulla non, quam viderim, interpretatio Latina ſenſu perinde caſſa ſit atque ipſe locus. Habent utique alii: ut *ipſum de patre abſente* interrogaret; et ut *ipſum gloria ingens apud homines* conſequatur: alii; ut interrogaret, ET ut habeat. At-

que hæc quidem ſenſu plane caſſa lectioni exhibitæ ad amuſſim reſpondent. Porro autem ut prius μιν ad *Neſtora*, poſterius ad *Telemachum* referatur importunum eſt atque abſurdum. Ut autem hoc ad *Ulyſſem* referatur, quod voluit *Euſtathius*, minus, ſiquod aliud, ferendum eſt. Quid multis opus eſt? Deeſſe in quibuſdam editt. verſum iſtum Ηδ' ἵνα μιν &c. teſtatur *H. Stephanus*. Et deerit, ſi me ſatis audient editores, in futuris quibuſque. Huc autem irrepſit ex I. 95. ubi tamen non minus apte quam hic inepte adhibetur:

ΠΕΜΨΩ δ' ες Σπαρτην τε και ες Πυλον ημαθοεντα
Νοϛον πευσομενον πατρος φιλȣ, ην πȣ ακȣσῃ,
Ηδ' ΙΝΑ μιν κλεος εσθλον εν ανθρωποισιν ΕΧΗΙΣΙΝ.

Mittam-ut-habeat. Cæterum pro αποιχομενοιο εργιτο vel legendum -νοι [ſive -νȣ] εργοιτο, vel certe verbo εργιτο præficienda aſpiratio Vau, quod tamen ea fere deſtituitur.

Ad Callimachi editorem nunc revertamur; quem cum in ſyllabica verborum quorundam quantitate errare videamus, ne illius apud alios, uti fit, errores propagentur, libet hic ſingulos paucis perſtringere.

Pag. IX. "Ergo perperam ille fecit, qui pri-"mam ſecundamque vocis ακειϐης corripuit, cum "utramque producere debuerit." Quod ad ſecundam quidem, recte ſe habet viri eruditi obſervatio: quod

quod ad primam vero non item. Id quod cum ex aliis bene multis exemplis, tum præcipue ex iſto liquet, quod vir eruditus ipſius hujuſce Præfationis pag. XIV. in alio argumento ipſe laudavit:

Λογων ἄκρῖϐων σκινδαλαμυς μαθησομαι.

Editori profecto mirum in modum infeliciter ceſſit hoc exemplum. Quippe non ſolum exinde refellitur quod de prima vocis ακριϐης monuerat, verum etiam ad argumentum in quo verſatur illuſtrandum nil quidquam confertur. Docet utique in verbo σκινδαλαμυς duas breves unius longæ vicem ſupplere. Quod tamen res adeo non eſt, ut, ſi in iſtarum brevium locum longam ſubſtitueris, in verſus ſenarii leges peccaveris. Neque enim in ſede quarta comicus magis quam tragicus ſenarius ſpondeum recipit. Atque hoc ipſo quidem nomine lectio vulgata σκινδαλμυς, quod in iſta ſede ſpondeum præferat, neutiquam ferenda eſt.

Alterum ibidem errorem deprehendimus, qui immenſum verborum numerum complectitur. "Quid "vero de eo dicemus, qui ex voce ὑπεζευξαο duas "breves et dactylum fecit; cum ε ante ζ ſemper "longa ſit; et α in poetico illo αο nullo modo poſ"ſit corripi? Non potes igitur in fine hexametri, "ὑπεζευξαο ποντον; ſed ſic, ὑπε̄ζευξᾰο δε ποντον." Quid audio? α in poetico illo αο nullo modo poſſe corripi? Immo vero nuſquam non corripitur: et correptæ quidem vir eruditus etiam in ſua *Callimachi* editione

editione observare potuisset cum alia haud pauca exempla, tum præcipue istud Hymn. in Dian. III.

Εντεα και ζωνη, χρυσεον δ᾽ εζευξαο διφρον.

Ut nullo demum modo verbum υπεζευξαο versus hexametri ratio recipiat: non jam quod ε ante ζ longa sit, uti minus accurate locutus est vir eruditus; sed quod vocalis brevis, sequente vel ζ (quod est σδ), vel duabus quibuslibet consonantibus mutis, syllabam nunquam, ne verbi quidem in fine, terminet, præterquam ante propria nomina, quæ alioqui in versu stare non possent; cujusmodi sunt Ζακυνθος Σκαμανδρος. Nam istam scripturam non sollicito, quanquam ab *Homeri* manu potius fuisse crediderim Σακυνθος, Καμανδρος. Ac notatu quidem dignum est Καμανδρος teste *Clarkio* in codice *Harleiano* fere, si non semper, haberi. Illud utique. Il. I. 38.

Κιλλαν τε ζαθεην, Τενεδοιο τε ιφι ἀνασσεις

enunciandum perinde venit ac si scribatur τες δαθεlω, vel potius τεσδ αθεlω; non uti plerique perperam faciunt, τη Ζαθεlω. Similiter et istud 437. cujus vera potestas jam olim ignoratur,

Εκ δε και αυτοι βαινον επι ῥηγμινι θαλασσης,

efferendum est επwρ hηγμινι. Pariter desideratur prosoediæ scriptorum ακειβεια, qui istas regulas tradidere: *Vocalis brevis ante duas consonantes posita longa est*: et: *Vocalis brevis ante mutam sequente liquida communis redditur*. Ex priore quidem, uti tulit fortuna,

fortuna, nihil quod ſciam in pronunciando peccatum eſt: neminem utique audimus ςπηρπω pro τερπω efferentem; quod tamen fieri neceſſe eſſet, ſi regula vim obtineret. Verum ex altera jamdudum paſſim graſſatur prava enunciandi conſuetudo, qua ſcilicet in iſtis,

Τοξον εχων εν χειρι παλιντονον ηδε ΦΑΡΕΤΡΗΝ,

Noctem hyememque ferens, et inhorruit unda tenebris,

φαρητρην et *tenē-bris* efferantur, cum φαρετρ-ην et *tenebr-is* oporteat. Revera ubi vocalem brevem excipiunt duæ conſonantes, quarum muta eſt prior, altera liquida; ita pro arbitrio comparari poteſt, ut vocalis iſta vel ſyllabam brevem terminet, vel in eadem cum ſequentibus conſonis, quæ proinde longa evadet, efferatur. Nempe iſta φαρετρην et *tenebris* in ſyllabas pro arbitrio ſecari poſſunt ut mediæ ſint vel ρετρ et *nebr*, ut in exemplis allatis; vel ρε et *ne*, ut in iſtis:

Ητοι ὁ μεν ΦΑΡΕ-ΤΡΗΣ εξειλετο πικρὸν οἰϛον·

Nocte premunt quod jam tene|bris *et ſole cadente.*

Similiter *lacryma* pro arbitrio conſtituere licebit vel prima producta *lacr-yma*, ut apud *Horat.* Epiſt. I. 17. 60.

Lacr-yma; *per ſanctum juratus dicat Oſirin*—

vel correpta *la-cryma*, uti apud *Virg.* Æn. II. 196.

Credita res captique dolis la-crymiſque *coacti.*

Hujus autem vocis exempla eo potiſſimum conſilio adduxi, ut litem, quam de loco *Virgiliano* moverint inter-

interpretes, legendumne ſit uti exhibuimus *lacrymiſque coacti* an vero *coactis*, dirimere aggrediar. Pleriſque adriſit *coacti. Servius* vero ad locum *Coactis*] Ut *Teren. Quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit.* et *Aſcenſius: lacrymis coactis* i. e. *vi expreſſis.* Eos ſecutus eruditus *Trappius* poſteriorem lectionem omnino amplectendam cenſet; contenditque non minus apte hic a *Virgilio* adhiberi *lacrymas coactas*, quam a *Martiali juſſas*, vel a *Terentio expreſſas.* Verum neſcivit cum ſuis magiſtris vir eruditus *lacrymas coactas* non jam eas dici, *quas quis vix vi expreſſerit*, ſed ſenſu plane contrario, *quas invitus fuderit*, nec reprimere quantumvis conatus valuerit. Id quod ex iſto *Ovidii* loco Metam. VI. 628. liquido conſtabit:

Invit*que oculi* lacrymis *maduere* coactis.

Non abſimili uſu apud *Senecam* habemus *verba coacta* Oed. 523.

CR. *Tacere liceat. nulla libertas minor*
A rege petitur. OED. *Sæpe vel lingua magis*
Regi atque regno muta libertas obeſt.
CR. *Ubi non licet tacere, quid cuiquam licet?*
OED. *Imperia ſolvit, qui tacet, juſſus loqui?*
CR. Coacta verba *placidus accipias precor.*

Cæterum *Callimachi* editori fraudem opinor fecit, quod in *αο* terminatione poetica non jam verborum

ſed

ſed genitivorum α perpetuo producatur. Sic. *Hom.* Il. I. 75.

Μηνιν Απολλωνος ἑκατηβελεταο ἀνακτος.

Pag. ead. Virum eruditum ex *Ariſtophane* citantem videre eſt,

Εξηπατα μωρυς λαβων παρα Φρυνιχῳ τραφεντας:

At quo conſilio? nempe ut oſtendat vocem Φρυνιχος primum producere. At enimvero verſus laudatus de ſyllabæ iſtius quantitate omnino tacet. Ecquis enim inficias ibit in quinta verſus iambici ſede tribrachyn commode venire? Vera quidem eſt, quam præſtare fruſtra aggreſſus eſt vir eruditus, ſyllabæ iſtius menſura, uti ex iſto inter alia exempla liquet, Ran. 13.

Ειπερ ποιησω μηδεν ὡνπερ Φρῦνιχος.

Sed nec tamen æque infeliciter ceſſit viro erudito laudatus ex *Ariſtophane* locus ac cuidam Cl. alter iſte apud eundem Poetam, Nub. 58.

Δευρ ελθ ἱνα κλαης. Δια τι δη κλαυσομαι;

Ibi utique vir Cl. legendum conjecit κεκλαυσομαι, atque emendationem quam voluit firmari judicavit a verſu 1438.

Ματην εμοι ΚΕΚΛΑΥΣΕΤΑΙ· συ δ' εγχανων τεθνηξει.

Atqui hic locus viri Cl. conjecturam non jam firmat, nec vero de ea ſilet, ſed repudiandam plane eſſe clamat. Quippe hic tam certum eſt quam quod

quod certiſſimum, verbum κεκλαυσεται notione paſſiva adhiberi; quæ tamen ſi in altero loco τῳ κεκλαυσομαι tribuatur, nulla prorſus habebitur ſententia. Virum porro Cl. non ſecus atque editores fefellit atrox ſoloeciſmus, συ τεθνηξει; id quod perinde eſt ac ſi Latine dicas *tu morietur.* Futurum utique iſtud forma non niſi activa uſurpatur; ſicuti in ſubjectis exemplis: Acharn. 324.

Ως ΤΕΘΝΗΞΩΝ ισθι νυν γε. Δηξομ αφ ὑμας εγω.

Æſchyl. Agam. p. 215. V. ult. Edit. *H. Steph.*

Ου μην ατιμοι γ εκ θεων ΤΕΘΝΗΞΟΜΕΝ.

Præferunt quidem editt.—Δηξομαι γ αφ ὑμας εγω; verum hoc pacto ſextam trochaici ſedem creticus dehoneſtat. Iamdudum autem eſt quod Nub. 58. ſic emendandum conjeci.

Δευρ ελθ ἱνα κλαῃς. Δια τι ΔΗΤΑ κλαυσομαι;

Atque hanc quidem lectionem in MS. *Baroc.* N°. 127. repræſentari nuper cognovi. Cæterum virum Cl. quod attinet, plura de eo dicendi aliam aliquando occaſionem ſuppeditabunt ipſius in *Ariſtophanem*, *Menandrum* et *Philemona* Emendationes.

Erravit porro editor eruditus de ſyllabica quantitate vocis *paracletus.* Monet utique αμετρε iſtius.

Spirat de patrio corde paracletum,

auctorem bis in una illa voce peccaſſe. In tertia quidem ſyllaba peccavit, ſed in ſecunda non item: quippe

quippe ea non ſecus produci poteſt ac prima τȣ *lacryma*, vel ſecunda τȣ *tenebræ*.

Pag. XVIII. De verbis Θȣκυδιδης Ολορȣ meminit vir eruditus tanquam verſus pentametri fini accommodatis. Atque ita quidem in neſcio qua epigrammatum congerie verba iſta adhibita, ni ludit me memoria, aliquando vidi. Verum iſtud ab homine imperito factum eſſe mihi perſuaſum ſedet. Quippe ſi vocis Θȣκυδιδης analogiam ſpectes, a θεος et κυδος, quod priorem ſemper producit, formari facile videbis. Syllaba utique Θȣ craſi Atticis ſollemni Ionico θεο æquipollet, non ſecus atque in Θȣφραςος et Θȣφανης. Cum analogia conſpirat *Ariſtophanis* auctoritas. Acharn. 703.

Τῳ γαρ εικος ανδρα κυφον, ἡλικον Θȣκῡδιδην.

708. Ος μα την Δημητρ, εκεινος ἡνικ ην Θȣκῡδιδης.

Veſp. 941. Οπερ ποτε φευγων επαθε και Θȣκῡδιδης.

Monet in *Thucydidis* vita *Marcellinus* ſepulchrali illius columnæ primitus unice inſcriptum fuiſſe ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ ΟΛΟΡΟΥ ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣ, poſtea vero a neſcio quo adjectum ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ. Hujus opinor additamenti auctor verſum ſe heroicum compleviſſe arbitratus eſt, non minus fortaſſe beatus, quam abſoluta *Homerus* Viliade. At quo judicio id factum fuerit, ex ea, quam exhibuimus, analogia, et exemplis, abunde conſtat.

A Callimachi editore ad ipſum nunc *Callimachum* tranſeamus. *Callimachum* inquam: nam de hymnorum Poetæ illius nomine cohoneſtatorum auctore, ſeu potius auctoribus, quid ſentiamus, hodie tacebimus; cras fortaſſis re accuratius perpenſa expoſituri.

Hymn. in Jov. 55. Καλα μεν ηεξευ, καλα δ' ετεαφεις, κεανιε Ζευ] Hac de Scriptura, non eſſe dubitandum quin germana ſit, judicium tulit *H. Stephanus:* " Ex-
" emplo enim (inquit) *Homeri* ετεαφεις pro ετεαφης
" dicere ſibi permiſit *Callimachus.* Extat autem
" apud illum hic illius aoriſti uſus in catalogo
" navium,

" Τληπολεμος δ' επει ουν τεαφ ενι μεγαεω ευπηκτω.

" Ubi tamen apud brevium ſcholiorum auctorem
" legitur τεαφη. ſed ita legendo ſcribendum eſſet εν,
" non ενι, hoc modo:

" Τληπολεμος δ' επει ουν τεαφη εν μεγαεω ευπηκτω."

At enim quid eſt obſecro quod quempiam abſterrere debeat, quo minus ita ſcribendum ſtatuat? Jure profecto videntur *Barneſius* et *Clarkius* hanc lectionem in contextum recepiſſe: quæ tamen ſi vera ſit, evaneſcat neceſſe eſt *Homeri* auctoritas ad vindicandum του ετραφεις pro ετραφης uſum laudata.

Ad locum porro *Callimachi* illuſtriſſimus *Spanhemius* " Notandum (inquit) hic ετραφεις paſſive poſi-
" tum, ſicut monuit, cui elegantem hujus Poetæ
" editionem aliaque inſuper debemus, rari exempli,
" ſuique

" suique sexus eruditissima, Tan. Fabri filia. Ad-
" dam Atticis id solemne; activum nempe pro
" passivo usurpare. sicut observant Schol. ad *Eurip.*
" Med. V. 320. Φυλασσειν αντι τȣ φυλαχθῆναι. ενεργητικον
" αντι παθητικȣ. τȣτο δε εθος ὡς επι το πλειστον τοις Ατῖικοις.
" Cujusmodi et vicissim passivorum pro activis ob-
" via apud *Æschylum* aliosque Tragicos et *Aristo-*
" *phanem* exempla." Atqui principio cum recen-
tiorem istum Scholiasten tum virum præstantissi-
mum fefellit vera loci *Euripidei* scriptura; quam
tamen alter Scholiastes conservavit. Apud eum
utique legimus Ρᾳων εστι ΦΥΛΑΤΤΕΣΘΑΙ (φησιν) οξυθυ-
μος ανηρ, ὡσαυτως δε και γυνη. φανερῶι γαρ &c. Hinc col-
ligo codicem quo usus est quisquis hæc scripserit
sic repræsentasse,

> Ανηρ γαρ οξυθυμος, ὡς δ' αυτως γυνη,
> Ρᾳων ΦΥΛΑΤΤΕΣΘ, η σιωπηλος σοφος.

Præstandum autem in me recipio verbi vulgati φυ-
λασσειν, Ατ]ικωτερως φυλατ]ειν, eam nusquam esse apud
scriptores Atticos significationem quæ huic loco
unica conveniat, nempe *cavere*; hanc vero medii
φυλατ]εσθαι esse propriam. Illud longe alio sensu de-
notat *servare*, *observare*, *custodire*, vel simile. Utriuf-
que autem formæ pauca subjiciam exempla: *Aris-
toph.* Equ. 497.—και σε ΦΥΛΑΤΤΟΙ Ζευς αγοραιος—*et
te servet Jupiter*. Vesp. 357. Κȣδεις μ' ΕΦΥΛΑΤΤΕΝ
[l. ΕΦΥΛΑΤΤ.] αλλ' εξῆν μοι *Et nemo me* custodiebat.
Thesm. 659.—τȣτον ΦΥΛΑΤΤΕΤΕ καλως—*hunc* cus-

 todite.

todite. 770. ΦΥΛΑΞΟΝ αυτον, *eum* custodi Acharn. 256.

Περβαινε, και τῳ χλῳ ΦΥΛΑΤΤΕΣΘΑΙ σφοδρα.

—*in turba* cave *sedulo.* Eccles. 764.

Συ δ' ȣ καταθειναι διανοει; ΦΕΙ. ΦΥΛΑΞΟΜΑΙ,

Πειν αν γ' ιδω το πληθος ὁτι βȣλευεται.

Tan. Fabro interprete: *Tu vero deponere bona in commune non paras?* PHI. *Id ego* cavebo, *priusquam viderim quid consilii capiat populus.*

826. ——————— Ας γ' εγω ΦΥΛΑΞΟΜΑΙ,

Νη τον Ποσειδω, μη καταχρησωσι μȣ.

eodem interprete: *Quæ ne me commeiant,* cavebo *sedulo.* Porro autem constructionem quam suggerit Scholiastes, Ρᾳων φυλαχθῆναι, Attici reformidabant. Ii hujusmodi adjectivis verba subjiciebant notionis non nisi vel activæ vel neutrius. Ipsius Med. V. 316.

Λεγεις ΑΚΟΥΕΙΝ ΜΑΛΘΑΚ———

675. ΣΟΦΩΤΕΡ, η κατ' ανδρα ΣΥΜΒΑΛΕΙΝ, επι.

Soph. Oed. Tyr. 684. ——ἁι δε τοιαυται φυσεις

Αυταις δικαιως εισιν ΑΛΓΙΣΤΑΙ ΦΕΡΕΙΝ.

Æschyl. pag. 19. l. 7. edit. *H. Steph.*

ΠΑΣΧΕΙΝ μεν ΑΛΓΕΙΝΑΙΣΙΝ, ΟΙΚΤΡΑΙΣΙΝ ΔΙΔΕΙΝ.

pag. 185. l. 4.

Πευσῃ δε χαρμα ΜΕΙΖΟΝ ελπιδος ΚΛΥΕΙΝ.

Quinetiam τῳ Ρᾳων φυλαττεσθαι plane gemellum apud *Homerum* legimus Vil. XXIV. 243. modo liber iste ab *Homero* fuerit:

PH

ΡΗΊΤΕΡΟΙ γαρ μαλλον Αχαιοισιν δη εσεσθε
Κεινȣ τεθνειωτος ΕΝΑΙΡΕΜΕΝ———

Similiter XII. 53.—ȣτε ΠΕΡΗΣΑΙ ΡΗΊΔΙΗ et 63.—ΑΡΓΑΛΕΗ ΠΕΡΑ'ΕΙΝ—Sed ut φυλαττειν valeat *cavere*, et Græce insuper dicatur cum Ρᾳων φυλαττειν tum Ρᾳων φυλαχθηναι: inferrine exinde jure poterit Græcis licuisse quavis occasione ac modo utcunque dissimili verbum activum pro passivo adhibere? Quod tamen si legitime inferri nequeat, ad irritum cadat necesse est, quod attulit præstantissimus *Spanhemius*. Hoc autem ex nostra Anglorum loquendi ratione haud incommode illustrari poterit. Nos utique utroque modo loquimur, *easier to guard against*, et, *easier to be guarded against*: at quis tamen dicet licere cuipiam Anglo activum *thou educatedst* usurpare pro passivo *thou wast educated?*

Edidit quidem *Barnesius* Vil. XXI. 279.

Ως μ οφελ Εκτωρ κτειναι, ὃς ενθαδε γ ετεαφ αριστος.

Qui etiam ad locum " Ita quidem inquit MS. " Mori. longe optime. quare τετραφ αριςος ad varias " lectiones relegare malim." Idem tamen ad alterum *Homeri* locum in catalogo navium: " τραφη ετ] " Ita lego pro corrupto τεαφ ενι." Agnosce hominis, si cujus alius, suavissimi constantiam: τεαφ eliminavit, quia corruptum est; ετεαφ substituit, quia optima est lectio. Quod ad vulgatam lectionem attinet, cum verbum τετεαφα nusquam alias reperiatur,

tur, equidem ei facile prætulerim—*ὁς ετρεφη ενθαδ' αειςος.*

Quid ergo, inquies, de *Callimachi* loco tandem ſtatuendum? Is vero leviſſima mutatione ſic emendari poterit:

Καλα μεν ηεξευ, καλα δ' ετρεφευ, ουρανιε Ζευ.

Atque hoc quidem pacto rotundior etiam effici videtur ſententia, quod ετρεφευ (vel ſi malis ετρεφε, h. e. ετρεφεο) ejuſdem ſit et vocis et temporis cum præcedente ηεξευ, *Pulchre quidem* creſcebas, *pulchreque* educabaris.

V. 87. Εσπεριος κεινος γε τελει, τα κεν νοι νοηση.] Quam fruſtra ſint ii, qui diphthongum ſequente conſona corripi poſſe volunt, ſatis docuerunt viri doctiſſimi *Stephanus* et *Bentleius*. Quorum ille geminam conjecturam ſuggeſſit—τελει νοι τα νοηση. et Εσπεριος γε τελει τα περ νοιος κε νοηση. priorem autem magis probat. At enim prior iſta non uno nomine improbanda venit: primo utique diphthongus in fine verbi τελει ſequente vocali ſyllabæ longæ partes minus recte ſuſtinet: deinde voculam κε ſermonis ratio abeſſe non patitur. Altera à vulgata lectione nimium diſcedit. *Tan. Fabri* conjecturæ τα κεν νοι νωση adſtipulatus eſt Cl. *Bentleius*. Ad quam etiam firmandam doctiſſimi patris filia doctiſſima laudavit iſtud (uti hodie volunt) *Theocriti* Idyll. 26.

Τον μεν εγων οδυναισι παραφρονεοντα βαρειαις
ΝΩΣΑΜΕΝΟΣ——

Verbum

Verbum autem νωσαμενος *Callimacho* tribuit *Suidas*; quod tamen in hodiernis, quas vocant, *Callimachi* reliquiis nuſquam comparet; ut merito dubitari poſſit annon Idyllium iſtud, quod hodie *Theocritum* auctorem præfert, *Suidæ* temporibus ſub *Callimachi* nomine circumferretur. Et pari quidem jure utrivis tribui poterit; quod utique a nebulone aliquo Græcæ neque linguæ nec proſoediæ ſciente ſcriptum eſſe confirmare auſim. Elegantiarum autem ibi conſpiciendarum palmariam iſtam libet deſcribere V. 163.

Ωσει περ σφετερησιν ενι φρεσι βαλλομαι αρτι.

Nempe vocem σφετερησιν pro εμησιν uſurpatam hic videmus, uti et ὥσει, quod eſt ὡς ει, valetque *quaſi tanquam ſi*, *ac ſi*, pro ſimplici ὥς, *ſicut*: quorum utrumque nemo non Græcorum reformidaſſet. Laudat autem porro Cl. *Bentleius* ex *Herodoto* εννωσας, εννωσαντα, et εννενωκασι. Atqui *Herodotum* ſcriptorem Ionicum verborum εννοησας &c. formam iſtum in modum immutaſſe, cum in iis ne Attici quidem craſin adhibuerint, nemo unquam mihi perſuaſerit. Contra lectionem νοι νωση accedit inſuper, quod verſum ſpondaicum vox diſyllaba ſine exemplo (ſi corrigenda et ſpuria eaque perpauca excipias,) hoc pacto terminet. Huic quidem incommodo ſubveniri poterit ſcribendo διαλυτικως, νοϊ. Sed alterum iſtud νωση aliis concoquendum permitto. Videamus autem nobiſne tandem fortunatius alea ceciderit.

Reſcribi

Rescribi autem velim unius lineolæ additamento, sensu eodem manente, τα κεν πει νοηση. Vil. IX. 360.

> Οψεαι, ει κ εθελησθα, και ει κεν τοι τα μεμηλη,
> ΗΡΙ μαλ Ελλησποντον επ ιχθυοεντα πλεεσας
> Νηας εμας———

Palam est quam facile fieri potuerit ut literæ ρ pars inferior ex vetustiore aliquo codice erasa fuerit, atque exinde pars reliqua ο in alios propagata, donec tandem vera scriptura nusquam comparuerit.

V. 93.——————————τεα δ' εργματα τις κεν αειδοι;
Ου γενετ, εκ εσται· τις κεν Διος εργματ αεισει;]

Hunc locum intactum reliquere omnes quod sciam præter *H. Stephanum.* Is autem ista adnotavit. " Credibile est *Callimachum* scripsisse αειδοι, sicut in " proxime præcedente versu. Indicativo certe " modo non satis apte jungitur particula κεν; ideo" que aut illud αειδοι aut certe αειση malim. At αεισοι " (quod tamen aliquis fortasse scribendum putet) " parum mihi placuerit." Sive τις κεν αεισει, seu τις κεν αειση; seu denique τις κεν αεισοι legeris: orationem soloecam amplecteris. Primam loquendi rationem observat vir doctiss. hoc nomine vitiosam esse quod modo indicativo jungatur vocula κεν. Sed minus accurate: neque enim vitium in eo versatur, quod vocula ista cum indicativo MODO; sed quod cum FUTURO indicativo construatur. Quippe modi illius tempora præterita cum imperfectum tum

tum perfectum, uti et aoristus uterque, voculam istam comitem non raro adsciscunt. Secundam locutionem Græci sermonis indoli adversari nos primi monemus. Tertiam parum quidem probavit vir doctiss. sed qua ratione adductus, id vero tacet. Quod autem eruditissimos quosque videtur fefellisse, observare libet, verba istius formæ, cujus est αεισοι, nusquam vel notione optativa adhiberi, vel cum vocula κεν sive αν conjungi; sed temporibus præteritis significatione futura perpetuo subjici. *Aristoph.*

Plut. 88. Εγω γαρ ων μειρακιον ΗΠΕΙΛΗΣ ΟΤΙ
Εις τους δικαιους, και σοφους, και κοσμιους
Μονους ΒΑΔΙΟΙΜΗΝ———

998. ——————ΥΠΕΙΠΟΥΣΗΣ δ' ΟΤΙ
Εις εσπεραν ΗΞΟΙΜΙ———

Vesp. 796. ΗΚΗΚΟΕΙΣ γαρ, ΩΣ Αθηναιοι ποτε
ΔΙΚΑΣΟΙΕΝ επι ταις οικιαισι τας δικας,
Καν τοις προθυροις ανοικοδομησει [l. ΑΝΟΙΚΟΔΟΜΗΣΟΙ] πας ανηρ
Αυτω δικαστειδιον μικρον πανυ,
Ωσπερ Εκατειον, πανταχου προ των θυρων.

Nunc autem posito, quod voluit vir doctissimus altera vice, verbo αειδοι, de sententia tandem dispiciamus. Eam autem Latine sic repræsentant: *Tua vero opera quis celebret? Non fuit; non erit: quis Jovis opera celebret?* Ubi primo, oratio ista, *non fuit; non erit*: adeo elliptica est ut vix simile exemplum reperiri possit. Eam vero istum in modum suppleri velint necesse est: *Non fuit* quisquam, qui celebrare

O potuisset

potuiſſet; *non erit*, qui celebrare poterit. Equidem non tam incommodi ſumus quin illud fieri permittamus. Verum cum hoc pacto quæſtioni propoſitæ, *tua vero opera quiſnam celebret*, pleniſſime ſit reſponſum; ecquis tandem obſecro eandem quæſtionem ſtatim poſt redditum reſponſum iterari patienter tulerit? mihi profecto nuſquam contigit aliquid videre adeo jejunum, importunum, inſulſum. Notum eſt illud *Ovidii* de *Callimacho*,

Battiades toto ſemper cantabitur orbe:
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Rationibuſne autem ſatis idoneis adductus hæc ſcripſerit Romanus, an vero potius deſideratum fuerit ipſius judicium, per me quidem ſub judice lis eſto. Verum quicquid ea de re ſtatuendum ſit, unum interim mihi videor exploratum habere, iſta, de quibus agitur, a *Callimacho* ſcribi non potuiſſe, ni tam arte, quam ingenio, deſtitutus eſſet. Apud *Lucretium* non abſimilis extat locus libri quinti initio:

Quis potis eſt dignum pollenti pectore carmen
Condere pro rerum majeſtate, hiſque repertis?
Quiſve valet verbis tantum, qui fundere laudes
Pro meritis ejus poſſit, qui talia nobis
Pectore parta ſuo quæſitaque præmia liquit?
Nemo *ut opinor* erit, *mortali corpore cretus.*

Atque hic quidem ellipſin videmus, ſed alteri illi non prorſus æqualem. Hanc autem ſi ſuppleveris, iſtum puta in modum, *Nemo erit* qui dignum carmen

men condere poſſit &c. quæſtionibus in præcedente quinque verſuum ſerie occurrentibus ſat reſponderis. Atqui ſi ſtatim poſt ſextum priores quinque iteraveris, vix opus eſt ut dicam quam abſurdum atque odioſum locum reddideris. Ipſum autem hoc quicquid eſt abſurdi, niſi quod minor ſit verborum iteratorum numerus, in *Callimachi* loco deprehendimus. *Tune igitur tandem rem impeditam et perditam reſtitues?* Ego vero non ita magno negotio mihi videor toti huic incommodo ſubvenire poſſe. Locum autem ſic concipi velim,

——————— τεα δ' εργματα τις κεν αειδοι;
Ου γενετ, ουκ εσται τις, ὁ κεν Διος εργματ αειδοι.

tua vero opera quis tandem celebraverit? Non natus eſt, non erit quiſquam, qui Jovis opera celebrare poterit.

Hymn. in Apoll. V. 105.

Ο Φθονος Απολλωνος επ ουατα λαθειος ειπεν·
Ουκ αγαμαι τον αοιδον, ὁς ουδ' ὁσα ποντος αειδει.]

Poſtulat Helleniſmi ratio ut ες ουατα reſcribatur. *Eurip.* Oreſt. 615.

Η τη τεκουση σ' ηγειωσ', ΕΙΣ ΟΥΣ αει
ΠΕΜΠΟΥΣΑ ΜΥΘΟΥΣ——

Andr. 1091. ΕΙΣ ΟΥΣ ἑκαστῳ δυσμενεις ΗΥΔΑ ΛΟΓΟΥΣ.
Hipp. 939. Αλλ' η τις ΕΙΣ σον ΟΥΣ με ΔΙΑΒΑΛΩΝ εχει.
Ion. 696. ΕΙΣ ΟΥΣ ΓΕΓΩΝΗΣΟΜΕΝ.
911. ΕΙΣ ΟΥΣ ΑΥΔΑΝ ΚΑΡΥΞΩ.

1521. Δευρ' ελθ', ΕΣ ΟΥΣ γαρ τους λογους ΕΙΠΕΙΝ θελω.

Soph. Aj. 149. ΕΙΣ ΩΤΑ ΦΕΡΕΙ πασιν Οδυσσευς.

Deinde locutionis iſtius ουδ' ὁσα notio eſt *ne quantum quidem*; quæ huic loco neutiquam convenit. Lege ουχ ὁσα, *non quantum*.

Hymn. in Del. 199.

Αλλ ετι τοι μετοπισθε Γεραιστιον ἑιπετο φυκος·
Εστης δ' εν μεσσησι, κατοικτειρασα δε Λητω
Φυκος ἁπαν κατεφλεξας, επει περι καιεο πυρι,
Τλημον ὑπ' ωδινεσσι βαρυνομενην ὁροωσα.

" Ineptiſſima lectio; et contra metri rationem, " cujus ſervantiſſimus eſt *Callimachus*. Corrigo, " επει περι καιεο κηρι: *quia corde flagrabas*, præ amore " ſcil. et miſericordia. *Heſych.* Περι κηρι, κατα ψυχην. " *Homerus.*: Την περι κηρι φιλησε πατηρ, και ποτνια μητηρ. " Idem alibi: περι κηρι τιεσκετο, περι κηρι θεον ὡς τιμησου- " σιν, αιδεομαι περι κηρι; et e contrario, απεχθωνται περι " κηρι, περι κηρι Ποσειδαων εχολωθη, νεμεσσωμαι περι κηρι." *Bent.* Quod ad alteram lectionis propoſitæ partem περι κηρι attinet, abunde profecto exemplorum Vir Cl. indicis *Homerici* ope congeſſit. De altera vero καιεο *flagrabas præ amore et miſericordia*, eum ut videtur deſtituerunt, quæ ſola fere in Græcis conſulebat oracula, indices et Lexica. Hunc autem defectum ſuppleſſe ſibi viſus eſt nuperus editor, *Kuſteriani*

riani in *Aristophanem* indicis auxilio. Laudavit utique istud Lysist. 9.

Αλλ, ω Καλονικη, καομαι την καρδιαν.

At enim ibi καομαι τὴν καρδιαν, uti locum consulenti patebit, non jam valet *præ amore et misericordia mihi flagrat cor*, sed *præ ira* &c. Porro ut is esset apud *Aristophanem* sensus, videtur tamen *Callimachus* verbo potius *Homerico* δαιεο usurus fuisse. Nempe si hic reponas—επει περι ΔΑΙΕΟ κηρι, evadet locus isti apud *Homerum* Odyss. A. 48.

Αλλα μοι αμφ Οδυσηι δαιφρονι ΔΑΙΕΤΑΙ ητορ Δυσμορῳ.—

similis adeo, ut ovum vix sit ovo similius. Ibi scilicet μοι δαιεται ητορ extra controversiam denotat *mihi præ misericordia flagrat cor*. Cæterum nupero editori hic usu venit ut fluctus in simpulo excitaverit: "Sed jam dicat mihi aliquis cur *exureret* algam? "*aggereret* potius, et *accumularet*. Conjiciebam "olim κατενησας, *accumulasti*. Credo audacem et in-"eptum aliquem, cum videret καιεο, reposuisse πυρι, "et, ut satis esset ignis, κατενησας mutasse in κατε-"φλεξας. Putaram etiam legi posse κατεφρυξας, *are-"fecisti*. Nunc displicet φυκος repetitum, et totum "locum corruptum arbitror et insanabilem." Ego vero dicam, cur Asterie algam *exureret*. Obstabat nimirum alga, quæ insulam abunde secuta fuerat, quo minus Latona ad terram ratim appelleret. Hoc incommodo laborantis Deæ commiserata Asterie ei, alga exusta, copiam fecit optata arena potiundi.

Jam

Jam vero dicat et mihi viciſſim aliquis cur algam Aſterie *aggeſſiſſet*. Videtur quidem vir eruditus algam *aggeſtam* atque inſuper *arefactam* eo conſilio voluiſſe, ut mollis nimirum lecti vicem ſuppleret, ne forte Latona ſilice in nuda onus deponeret. At vereor ne iſtius commenti ſubtilitas vel ipſa alga vilior ſit cenſenda. Nec vero erat, cur viro erudito diſpliceret φυκος repetitum. Immo etiam ut repetitum habeatur poſtulat orationis rotunditas: *Tu autem ex Euboea deſcenderas Cycladas viſura, neque vero dudum; ſed adhuc te a tergo Geræſtia ſequebatur alga. Conſtitiſti vero in mediis inſulis, et commiſerata Latonæ* algam *omnem exuſſiſti*;——Sed manum de tabula.

SECT. IV.

DE

CONSONANTIS,

SIVE

ADSPIRATIONIS VAU VIRTUTE.

SECT. IV.

Consonantis sive adspirationis VAU, *prout in sermone Homerico obtinebat, virtutis cum prosoediacæ tum analogicæ specimen.*

DIU est quod fecit Cl. *Bentleius*, ut *Homeri* editionem digamma Æolico insignitam eruditi expectarent. Elementi quidem istius potestatem in *Homeri* scriptis olim obtinuisse, ac proinde etiam hodie haberi oportere figuram sive notam aliquam qua ista potestas designetur, id sane et nos cum viro Cl. communiter agimus. Cum eodem vero non itidem sentimus ipsum illud elementum magis quam vel Hebræorum vel Arabum *Vau* in Ionica *Homeri* poemata invehendum; quippe quod gentis Æolicæ proprium fuisse non uno indicio adducti confirmemus. Primum autem est, quod huc faciant uno consensu veterum testimonia. Horum autem præcipua libet describere. "At grammatici "saltem omnes in hanc descendunt rerum tenuitatem, desintne aliquæ nobis necessariæ literæ; "non cum Græca scribimus (tum enim ab iisdem "duas mutuamur) sed proprie in Latinis; ut in "his *servus* et *vulgus*, ÆOLICUM DIGAMMA "desideratur." *Quintil. Inst. Orat. Lib.* I.

"Versa vice si sit prior U, sequatur illa, [I]
"Cum dico *vide*, contulit I sonum priori;

" Aſt ipſa manet tempore quo ſonabat ante :
" Vocalibus hoc et reliquis prædita ſervat;
" Ut *vade*, *veni*, *vota* refer, teneto *vultum :*
" Creviſſe ſonum perſpicis et coiſſe craſſum ;
" Unde ÆOLIIS litera fingitur DIGAMMOS.
Terent. Maur. pag. 12.

" Nominum multa inchoata literis vocalibus
* " Uſus ÆOLICUS reformat, et DIGAMMON præficit :
† " (Æolum dialectos autem eſt fere miſta Italæ)
" Εσπερον quem dico Græce, *Veſperum* cognominat ;
" Εστια ſic *Veſta* facta ; *veſtis* εσθης dicitur :

* Vulgo *Æolicus uſus reformat.* Quo pacto *Gerardus Voſſius* verſus numeros laborare cenſens verborum ordinem immutavit. Sed erravit vir eruditus. Nam integri ſunt verſus numeri. *Quorſum igitur tu eum ſecutus es?* Propterea quod ex hoc ordine ſuavior ac venuſtior evadit, de qua nil quidquam ſuſpicatus videtur vir eruditus, accentuum ratio; nempe hoc modo habes *'Uſus 'Æolicús refórmat*——illo *'Æolícus uſús*——

† Lectio vulgata *Æolica etiam dialectos*——in tertia ſede contra metri trochaici leges dactylum repræſentat. *Voſſius* legit, *Æolum dialectos etiam ferme miſta eſt Italæ.* Melius ſcripſiſſet *miſta ferme. Sanctius*, *Æolica dialectos autem miſta ferme eſt Italæ.* Sed vocis *ferme* nullus mihi uſus occurrit, qui huic loco congruat, ac proinde *fere* retinendum cenſeo. Nec vero te moveat quod in lectione noſtra vocula *autem* (quod alteri *etiam* prætulimus) ante vocalem plene ſit enuncianda. Simili enim licentia alibi uſus eſt *Terentianus*, p. 25. l. 15.

Bina productas habere nec minus compertum eſt

pag. 35. l. 15.

Ire jam nunc ideo nobis viſum eſt *conſultius.*

Cæterum

" Ινα quem Græce vocamus, *vim* jubet me dicere:
‡ " Eſt εαρ multis in uſu, et magis Poeticum,
" Ηϱ enim nativa vox eſt; ille *ver* hoc dictitat:
" Quos *Homerus* dixit Ενετυς, ille *Venetos* autumat.
" *Viola* flos et nuncupatur, quem Graii vocant ιον;
§ " Et Ιολα☉ ille *Violas*, crede *Marco Tullio*:
" Quamque ιτυν dicunt Achæi, hanc *vityn* gens Æoli.
" Plura Sappho comprobavit, Æoles et cæteri.
Idem. pag. 23.

Cæterum hunc verſum parentheſi includendum curavimus, ut vitetur ſoloeciſmus, qui in vulgata lectione obtinet; is autem in eo conſiſtit, quod vox *ille* verſſ. 8, et 9. ex ſermonis indole non niſi ad *Æolum dialectos* referri poſſit. *Annon vero præcedit* uſus Æolicus, *quo abſque ſoloeciſmo vox iſta referatur?* Atqui ad verba iſta, eo ipſo nomine quod præcedant, referri non poteſt, ni verſus, in quo verſamur, a cæterorum conſtructione ſeparetur.

‡ De numeris hic altum ſilet *Voſſius.* Atqui tam certum eſt quam quod certiſſimum ſcripturam ab ipſo cum aliis repræſentatam in prima verſus ſede trochæi loco pyrrichium uno tempore minorem præferre. Ea utique ſic ſe habet: Εαϱ *eſt multis*——

§ *Et Iolaus* violeus *ſit—Edit. Sanctand.* et *Voſſius: Sanctius: Et Iolaos ille* violens——Ego vero *Marcum Tullium* docuiſſe vel *violeus* vel *violens* τῳ ΙΟΛΑΟΣ reſpondiſſe vix unquam crediderο. Explicent ii velim, quibus utrumvis adridere poterit. Mihi interim perſuaſum eſt ſignificaſſe Oratorum principem pro communium Græcorum ΙΟΛΑΟΣ Æoles ſcripſiſſe ϜΙΟΛΑΣ, vel forte ϜΙΟΛΑϜΣ; atque hinc apud Latinos nomen *Violas* locum habuiſſe. Nam eadem plane analogia ab iiſdem Æolenſibus ſcribi videmus ΜΕΝΕΛΑΣ, ΑΡΧΕΛΑΣ, *&c.* pro communibus ΜΕΝΕΛΑΟΣ, ΑΡΧΕΛΑΟΣ *&c.* pro quibus Attici uſurpabant ΜΕΝΕΛΕΗΩΣ, ΑΡΧΕΛΕΗΩΣ *&c.* Iones autem

" —Ex adjectis autem noſtros ſolum X recepiſſe,
" F vero, G, et Q in Græcis etiam literis fuiſſe et
" nunc eſſe, ſed G numero ſervire atque nonaginta
" ſignificare, F autem ÆOLIIS *duntaxat* idem va-
" lere quod apud nos V cum pro conſonanti ſcri-
" bitur; vocarique VAU et DIGAMMA." *Mar. Victorin.* pag. 30.

— " Et I quidem quando poſt V conſonantem
" loco DIGAMMA F ÆOLICI functam ponitur
" brevis — *Priſcian. Lib.* I. *Cap. de Literis.* Apud
" antiquiſſimos Græcorum non plus quam ſede-
" cim erant literæ; quibus ab illis acceptis Latini
" antiquitatem ſervaverunt perpetuam. Nam ſi ve-
" riſſime velimus inſpicere eas, hoc eſt ſedecim,
" non plus quam duas additas in Latino invenie-
" mus ſermone, F ÆOLICUM DIGAMMA,
" quod apud antiquiſſimos Latinorum eandem vim,
" quam apud Æoles habuit Φ: eum autem prope
" ſonum quem nunc habet F ſignificabat P cum
" aſpiratione; ſicut etiam apud veteres Græcos pro
" Φ, Π et H.——

ΜΕΝΕΛΑWΟΣ, ΑΡΧΕΛΑWΟΣ; hi ſimiliter WΙΟΛΑWΟΣ, illi ΙΟΛΕΗΩΣ: Æoles autem modo FΙΟΛΑFΟΣ, modo FΙΟΛΑΣ. Eorum autem, quæ a *Terentiano* in his verſibus traduntur, ſumma huc denique recidit: pro iſtis communium Græcorum ΕΣΠΕΡΟΣ, ΕΣΤΙΑ, ΕΣΘΗΣ, ΙΣ, ΗΡ, ΕΝΕΤΟΙ, ΙΟΝ, ΙΟΛΑΟΣ, ΙΤΥΣ, Æoles dixiſſe FΕΣΠΕΡΟΣ, FΕΣΤΙΑ, FΕΣΘΗΣ, FΙΣ, FΗΡ, FΕΝΕΤΟΙ, FΙΟΝ, FΙΟΛΑΣ, FΙΤΥΣ: atque hinc porro fluxiſſe Latina *Veſperus*, *Veſta*, *Veſtis*, *vis*, *ver*, *Veneti*, *viola*, *Violas*, et forte *vitys*.

" V vero

" V vero loco consonantis posita eandem prorsus " in omnibus vim habuit apud Latinos, quam " apud ÆOLES DIGAMMA F. unde a plerisque " que ei nomen [INDITUM,] quod apud ÆO- " LES habuit olim F DIGAMMA, id est VAU, " ab ipsius voce profectum, teste Varrone et Didy- " mo, qui id ei nomen esse ostendunt. pro quo " *Cæsar* hanc figuram Ⅎ scribere voluit: quod " quamvis illi recte visum est, tamen consuetudo " antiqua superavit. Adeo autem hoc verum est, " quod pro ÆOLICO F DIGAMMA V. poni- " tur; quod sicut illi solebant accipere digamma " F pro consonante simplici, teste Astyage qui di- " versis hoc ostendit versibus, ut in hoc versu ΟΙΟ- " ΜΕΝΟΣ FΕΛΕΝΑΝ ΕΛΙΚΩΠΙΔΑ.—sic nos quo- " que pro simplici habemus consonante plerumque " V loco F digamma positum, ut,

" *At* Venus *haud animo nequicquam exterrita mater.*

" Et [l. EST] tamen quando ÆOLES idem F " DIGAMMA inveniuntur pro duplici consonante " posuisse, ut ΝΕΣΤΟΡΑ ΔΕ FΟΥ ΠΑΙΔΟΣ—In- " veniuntur etiam pro vocali correpta hoc digam- " ma illi usi, ut *Alcman.* ΚΑΙ ΧΕΙΜΑ ΠΥΡ ΤΕ " ΔΑFΙΟΝ. est enim dimetrum iambicum: et sic " est proferendum F, ut faciat brevem syllabam " —F DIGAMMA ÆOLES est quando in metris " pro nihilo accipiebant, ut

" ΑΜΜΕΣ Δ FΕΙΡΑΝΑΝ ΤΟ ΔΕ Τ ΑΡ ΘΕΤΟ
ΜΩΣΑ ΛΙΓΑΙΑ.

" est

" eſt enim hexametrum heroicum.—Sciendum tamen quod hoc ipſum Æoles quidem ubique loco aſpirationis ponebant, effugientes ſpiritus aſperitatem. Nos autem in multis quidem, non tamen in omnibus illos ſequimur, ut cum dicimus *veſpera*, *vis*, *veſtis*. Hiatus quoque cauſa ſolebant illi interponere F DIGAMMA; quod oſtendunt etiam Poetæ ÆOLIDÆ, uſi [l. UTI] *Alcman*: ΚΑΙ ΧΕΙΜΑ ΠΥΡ ΤΕ ΔΑFΙΟΝ: et epigrammata, quæ egomet legi in tripode vetuſtiſſimo *Apollonis*, qui ſtat in *Xerolopho Byzantii*, ſic ſcripta ΔΗΜΟΦΑFΩΝ ΛΑFΟΚΑFΩΝ [l. ΔΑΜΟΦΟFΩΝ ΛΑFΟΚΟFΩΝ] Nos quoque hiatus cauſa interponimus V loco digamma F, ut *Davus*, *Argivus*, *pavo*, *ovum*, *ovis*, *bovis*—In B etiam ſolet apud *Æoles* tranſire F *digamma*, quoties ab ρ incipit dictio quæ ſolet aſpirari; ut ῥητωρ βρητωρ dicunt—quaſi conſonanti digamma in eadem ſyllaba præponere recuſantes commutabant id in B, βρητωρ, βροδος dicentes—*Id. ibid.*

—" hic et hæc *bos bovis*; quod ideo aſſumit genitivo V loco DIGAMMA, quia ÆOLES quoque ſolent inter duas vocales ejuſdem dictionis digamma ponere; quos in multis nos ſequimur, ΟFΙΣ *ovis*, ΔΑFΟΣ *Davus*, ΩFΟΝ *ovum*. Unde in Nominativo quoque hujus nominis illos ſequimur. Nam et Æoles et Dores βως dicunt pro βους, ου diphthongon in Ο longam vertentes. Et quod hoc verum eſt oſtendunt epigrammata ve-

" tuſtiſſima

" tuſtiſſima quæ, literis antiquiſſimis ſcripta in " multis tripodibus legi, et maxime in tripode " *Apollinis* qui eſt *Conſtantinopoli* in loco quem Ξη " ϵϑλοφον vocant." *Id Lib.* VI. *Cap. de Nominat. et Genit.*

His teſtimoniis adjici poteſt et illud Varronis, " Tempus ſecundum *Ver*, quod tum *virere* inci- " piunt *virgulta*, ac *vertere* ſe tempus anni; niſi " quod Iones dicunt BHP." *De L. L. pag.* 45. *Edit. Durdr.* 1619. Nempe ſi Iones communiter cum Æolenſibus elementum F uſurpaſſent, dixiſſet Varro non jam BHP ſed FHP. Cum vero in ſermone Ionico aſpirationis *Vau* poteſtas quidem obtineret, ſed figura majuſcula certe non item; inde factum eſt ut Romanorum doctiſſimus ex elementis Ionicis id adhibuerit, quod ad aſpirationis illius ſonum proxime accederet· Idem in ipſius *Varronis* nomine deſignando a *Dionyſio Halicarn.* factum videmus. Cum utique ei ſermone Æolico non jam utenti digamma Æolicum adhibere nefas eſſet, cæteri autem Græci, niſi forte Dores, figura majuſcula indigerent, quæ Latino V æquipolleret; non habuit ſcriptor Græcus, quo ad veram poteſtatem propius accederet, quam ΒΑΡΡΩΝ ſcribendo.

Horum autem teſtimoniorum vim imminuere fortaſſe videri poterunt quæ apud eundem *Dionyſium* leguntur pag. 16. Edit. *Hudſon*: " εν ὁις ην τα " πολλα ἑλωδη, ἁ νυν κατα τον αρχαιον της διαλεκτȣ τροπον " ΟΥΕΛΙΑ

" ΟΥΕΛΙΑ *ονομαζεται. συνηθες γαρ ην τοις αρχαιοις* Ελλησιν *ὡς*
" *τα πολλα προτιθεναι των ονοματων, ὁποσων ἁι αρχαι απο των*
" *φωνηεντων εγινοντο, τὴν* ΟΥ *συλλαβὴν ἑνι στοιχειω γραφο-*
" *μενην· τουτο δ' ην ὡσπερ γαμμα διτταις επι μιαν ορθην επι-*
" *ζευγνυμενον* [dele *ταις*] *πλαγιαις, ὡς* FΕΛΕΝΗ, *και* FΑ-
" ΝΑΞ, *και* FΟΙΚΟΣ, *και* FΑΝΗΡ *και πολλα τοιαυτα.*—
" *quorum magna pars erat palustris et quæ more priscæ*
" *linguæ* Velia *vocatur: nam prisci Græci nominibus a*
" *vocali incipientibus syllabam* ΟΥ *unico scriptam cha-*
" *ractere plerumque præponere solebant. Hic autem*
" *erat ut duplex* Γ *quod formabatur duabus lineis obli-*
" *quis ad unam rectam adjunctis ut* FΕΛΕΝΗ, *et* FΑ-
" ΝΑΞ, *et* FΟΙΚΟΣ, *et* FΑΝΗΡ, *et multa alia hu-*
" *jusmodi.*" *Nempe* non jam dixit *Dionysius* priscis *Æolensibus* sed *Græcis solemne fuisse figuram* F *nominibus præponere. Æolensibus* quidem non dixit, sed res tamen eodem recidit ac si dixisset. Quippe de istis Græcis agit ex quorum sermone Latini verba sua formabant. Ii autem erant Æolenses. Cæterum illud notandum venit *Dionysium* miro quodam errore figuræ F syllabæ ΟΥ potestatem tribuisse. Videtur autem error inde oriundus, quod Latini Græcam consonantem F et syllabam ΟΥ communiter per literam V exscriberent: cum tamen hoc observari potuisset Latinum V quoties illi responderet, consonantis; quoties vero huic, vocalis vim obtinere; ut in istis, *Vinum, vis, clavis, navis, ovis*; *Lycurgus*, *Aristobulus*, *Arcturus*; quæ ex Æolicis FΟΙΝΟΣ, FΙΣ, ΚΛΑFΙΣ, ΝΑFΣ ΝΑFΟΣ, ΟFΙΣ; ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ,

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ, ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ, ΑΡΚΤΟΥΡΟΣ fluxere: quibus addere libet ipſum nomen Latinum *Velia*, quod a veterum Græcorum ϜΕΛΟΣ formatum eſſe ipſe docet *Dionyſius*.

Ex locis jam deſcriptis illud in tranſcurſu obſervare eſt, quam fruſtra ſint ii, qui Æolicum F eidem apud Latinos figuræ poteſtate itidem reſpondiſſe contendunt. Uno utique ore conſentiunt auctores laudati elementum iſtud alteri apud Latinos V conſonanti fuiſſe ἰσοδυνάμον; niſi quod doceat *Dionyſius*, quod nemini unquam alii οὐδ᾽ ἐν ὀνείρεις in mentem venit, eandem fuiſſe Græci F quam ſyllabæ ΟΥ poteſtatem. Neque igitur cenſendus eſt *Cicero* cum agrum Formianum digamma ſuum appellaret ad Græcam literæ vim, a qua inchoaretur vox *Formianum*, ſed ad figuram duntaxat, quæ eadem eſſet cum digamma Æolico, reſpexiſſe. Cæterum et illud monendi veniunt nonnulli, Romanorum V cum pro conſonante ſcriberetur non jam eidem apud nos elemento, ſed alteri iſti W poteſtate reſpondere.

Cum eo quem diximus veterum conſenſu conſpirat antiquiſſimorum itidem monumentorum fides. *Inſcriptio Sigea* more perquam vetuſto βουστροφηδὸν exarata, prout a *Shuckfordio* repræſentatur, juxta hodiernam ſcribendi formam, niſi quod H adſpirationis ſono ſit efferenda, erit iſtiuſmodi: ΦΑΝΟΔΙΚΟ ΕΙΜΙ ΤΟ ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ ΤΟ ΠΡΟΚΟΝΕΣΙΟ ΚΑΓΟ ΚΡΑΤΕΡΑ ΚΑΠΙΣΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΗΕΘΜΟΝ ΕΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ ΕΔΟΚΑ ΜΝΕΜΑ ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ ΕΑΝ

ΔΕ ΤΙ ΠΑΣΧΟ ΜΕΛΕΔΑ. ΙΝΕΝ ΕΟ ΣΙΓΕΙΕΣ ΚΑΙ Μ ΕΠΟΕΙΣΕΝ ΗΑΙΣΟΠΟΣ ΚΑΙ ΗΑΔΕΛΦΟΙ. Notandum eſt obiter verba ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ et ΣΙΓΕΙΕΣ parum ſibi invicem conſtare, legi autem oportere vel ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ et ΣΙΓΕΥΕΣ, vel, quod rectius, ΣΙΓΕΙΥΣΙ et ΣΙΓΕΙΕΣ. Deinde nullus videtur eſſe dubitandi locus, quin in verbo ΜΕΛΕΔΑ. ΙΝΕΝ vacuum ſpatium minus recte collocetur; ecqua enim tandem litera ſuppleri poterit? Oportet autem ΜΕΛΕΔΑΙΝΕ. Ν; quod ſic complendum eſt, ΜΕΛΕΔΑΙΝΕΙΝ. Tertio, vocis ΣΙΓΕΙΕΣ poteſtatem parum aſſecuti ſunt viri eruditi; eam utique conſtituunt ΣΙΓΕΙΕΙΣ. Nempe eos fefellit analogia in hujuſmodi nominibus ab Atticis ſervata, quam ſic concipi velim: a recto -εWς obliquos formabant Iones -εWος -εWι -εWα -εWε -εWοιν -εWες -εWων -εWσι -εWας. Illud autem εWας Attici juxta craſin ipſis ſolennem neglecta aſpiratione w in ης mutabant. Hinc apud poetas Atticos legimus ἱππῆς, Ἀχαρνῆς, Μεγαρῆς: recte, niſi quod literæ η ſubjiciatur ι. Porro quantæ levitatis fuiſſet poteſtatem ΕΙ nuda vocali Ε deſignare velle, cum in ſyllaba proxime præcedente eadem poteſtas plene exhiberetur! Eadem etiam clare repræſentatur in verbis ΕΙΜΙ et ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ. Hinc opinor conſtabit alterum iſtud hujus inſcriptionis exemplar, quo uſus eſt vir doctiſſimus ad *Marmor Sandvicenſe*, ΕΜΙ pro ΕΙΜΙ minus recte præferre; adeoque argumentum in quo ibi verſatur vir doctiſſimus, ut oſtendat ſcilicet veteres Græcos ſyllabæ

ΕΙ

EI poteſtatem nudo elemento E tribuere ſolitos, ab hac inſcriptione neutiquam adjuvari. Quarto, in verbo ΕΠΟΕΙΣΕΝ duæ tranſpoſitæ videntur literæ; germanam autem ſcripturam crediderim ΕΠΟΙΕΣΕΝ; niſi forte veteres Græci aoriſti terminationem in hujuſmodi verbis ΕΙΣΑ pro recentiorum ΗΣΑ adhibuerint. Quinto, ex ſcriptura iſta ΚΑΓΩ, ΚΑΠΙΣΤΑΤΟΝ, pro ΚΑΙ ΕΓΩ, ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΑΤΟΝ, diſcant velim futuri ſcriptorum Atticorum editores *κἀγω, κἀπειτα* &c. repræſentare non uti vulgo *ιωτα* ſubjecto *κᾳγω, κᾳπειτα*. Denique ex iſtis ΗΑΙΣΩΠΟΣ, ΗΑΔΕΛΦΟΙ, corrigenda eſt vulgata ſcribendi ratio quæ in iſtis *ὡνθρωπος, ὡδελφος, ὡνηρ,* et ſimilibus dominatur. Hinc porro minus mirum videbitur quod ante voces *ανθρωπος, αδελφος, ανηρ,* &c. in Comicorum ſcriptis articulus ſæpius deſideretur; cum inter germanam et pravam ſcripturam unica aſpiratio totum diſcrimen conſtituat.

Alterum vetuſtatis monumentum conſervavit Athenæus, quod in iſtis Achæi tragici verſibus continetur:

> Ο δε σκυφος με τȣ θεȣ καλει παλαι,
> Το γραμμα φαινον ΔΕΛΤΑ, ΙΩΤΑ, ȣ και τριτον
> Ο. Ν τȣ Υ παρεστ' ȣκ-απȣσιαν,
> Εκ τȣπεκεινα ΣΑΝ, τοτε Ο κηρυσσετον.

Ita utique vulgo repræſentantur. Verſum autem tertium ſic refingendum judicavit præſtantiſſimus *Caſaubonus*:

O. Nυ

O. Νυ τ' αυ παρεςι, κȣκ απεςιν Υ.

in verſu etiam ultimo idem ſcribit το τ O: locum autem ſic interpretatur: *Dudum eſt cum me Dei ſcyphus vocat, literam oſtendens* Δ, I, *et tertiam* O. *etiam* N *adeſt; neque abeſt* Υ. *ulterius prædicant Dei nomen duæ literæ* Σ *et* O. Verum juxta hanc interpretationem atrox in Græcis habetur ſolœciſmus, O σκυφος φαινον: neque enim hic φαινον archaice ſcribi pro φαινων argumento eſt alterum illud Ιωτα. Utraque porro conjectura viro ſummo minus feliciter ceſſit. Nempe tertius quem venditavit verſus nullus eſt. Nec vero ſi Νυ τε αυ ſcribas, quod et a viro doctiſſimo profectum exiſtimo, quidquam profeceris; nam in verſus ſcanſione neceſſario elidenda eſt vocalis brevis ſequente altera. In iſtis autem το τ O articuli uſus Græci ſermonis indoli adverſatur. Faciamus jam et nos periculum an lectionem ſuggerere poſſimus nullo incommodo laboraturam: eam igitur ſic concipe:

——————— κȣι τριτον

ΟΥ. ΝΥ παρεςι, κȣκ απȣσιαν εχει

Υ. κ τȣ πεκεινα ΣΑΝ, τοτ ΟΥ κηρυσσετον.

aut etiam—απȣσιαν εχ' Υ Εκ τȣπεκεινα. Nempe απουσιαν εχει pari ratione hic dicitur, atque apud *Sophoclem* παρȣσιαν εχειν Aj. 540.

Τι δητα μελλει μην ΠΑΡΟΥΣΙΑΝ ΕΧΕΙΝ;

Quod autem ad verbum duale κηρυσσετον attinet, finge modo Satyrum duos hic adloqui, ut τοτ ΟΥ κηρυσσετον valeat.

valeat, *tum demum* [ut integram poculi inſcriptionem compleatis] O *proferte:* et ſententiam ſat commodam habebis. Denique iſta Το γραμμα φαινον interpretare, *Cujus inſcriptio præfert* Δ *&c.* Nempe hæc verba abſolute uſurpantur non ſecus atque paſſim εξον, μελον, παρον; uti et ειρημενον Lyſiſtr. 13.

> ΕΙΡΗΜΕΝΟΝ δ' αυτοις απαντᾳν ενθαδε
> Βουλευσομεναισιν ου περι φαυλου πραγματος,
> Ευδουσι κουχ ἡκουσιν——

et πτιλον πεσον Acharn. 1181.

> ΠΤΙΛΟΝ δε το μεγα κομπολακυθου ΠΕΣΟΝ
> Προς ταις πετραισι, δεινον εξηυδα μελος.

Quæ duo exempla laudavit inter alia Cl. *Kuſterus* ad Plut. 277. Is autem locus ſic repræſentatur:

> Εν τῃ σορῳ νυνι ΛΑΧΟΝ ΤΟ ΓΡΑΜΜΑ σου δικαζειν,
> Συ δ' ου βαδιζεις·——

Ubi λαχον το γραμμα plane gemellum eſt alteri illi το γραμμα φαινον: ibi vero teſte doctiſſ. *Hemſterhuiſio* exemplaria duo MSS. tertiumque typis excuſum, ſuccinente Ed. Fl. ſcholiaſte, ΛΑΧΩΝ exhibent. Atque hanc quidem ſcripturam omnino veram eſſe cenſeo. Nam verbi λαχειν notio apud ſcriptores Atticos non jam neutra eſt, *ſorte obveniſſe*; ſed activa duntaxat, *ſortitum eſſe* *. Illius autem, quod affert vir Cl. Nub. 163.

* Laudari quidem video quendam *Platonis* locum tanquam ſenſus prioris exemplum; και δη το μετα τουτο δωδεκα θεοις δωδεκα κληρους θεντας, επονομασαι και καθιερωσαι το ΛΑΧΟΝ μερος εκαστῳ τῳ θεῳ,

Επειτα ΚΟΙΛΟΝ προς στενῳ ΠΡΟΣΚΕΙΜΕΝΟΝ
Τον πρωκτον ηχειν ὑπο βιας τȣ πνευματος,

longe alia eſt conſtructio. Ibi utique *κοιλον* et *προσκειμενον* non jam abſolute adhibentur, ſed ad *πρωκτον* referuntur.

In *Marmore Sandvicenſi* innumera extant veteris ſcripturæ exempla cujuſmodi ſunt ΚΑΛΛΕΟ, ΕΠΙΓΟΝΕΣ, ΙΠΠΙΟ, ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟ *&c.* Quorum etiam ſimilia leguntur in *Cretenſi* ΤΟΣ ΝΟΜΟΣ ΤΟΣ ΚΕΙΜΕΝΟΣ; uti et in *Teiorum diris*, ΤΟ ΛΟΙΠΟ, ΤΟ ΞΥΝΟ, ΤΟ ΚΕΝΟ. Quibus adjicere libet celebrem illam *columnæ Herodeæ* inſcriptionem, ΟΔΕΝΙ ΘΕΜΙΤΟΝ ΜΕΤΑΚΙΝΕΣΑΙ ΕΚ ΤΟ ΤΡΙΟΠΙΟ ΗΟ ΕΣΤΙΝ ΕΠΙ ΤΟ ΤΡΙΤΟ ΕΝ ΤΕΙ ΗΟΔΟΙ ΤΕΙ ΑΠΠΙΑΙ ΕΝ ΤΟΙ ΗΕΡΟΔΟ ΑΓΡΟΙ Ο ΓΑΡ ΛΟΙΟΝ ΤΟΙ ΚΙΝΕΣΑΝΤΙ ΜΑΡΤΥΣ ΔΑΙΜΟΝ ΕΝΗΟΔΙΑ. Quæ quanquam ipſa inter vetuſtas re-

θεῳ, και φυλην αυτην επονομασαι. Fruſtra: neque enim neceſſe eſt ut interpreteris, *ſingulas partes ut* ſorte obtigerunt. Nec vero ea eſt loci conſtructio ut ἑκαστῳ τῳ θεῳ ad λαχον, ſed ad καθιερωσαι referantur. Rectius multo *Marſilius Ficinus*: *deinde dŭodecim ſortes diis duodecim attribuere*; *partem quamlibet* (melius fuiſſet *quamque*) ſortis participem *ſuo conſecrare deo, tribumque ipſam vocare.* Unum obiter moneo, legendum utique eſſe ΤΟΙΣ δωδεκα θεοις; uti apud *Ariſtophanem* Equ. 235.

Ουτοι, μα ΤΟΥΣ ΔΩΔΕΚΑ ΘΕΟΥΣ, χαιρησετον.

alterumque, επονομασαι και καθιερωσαι—και—επονομασαι magis importunum eſſe quam quod a *Platone* proficiſci potuerit; iſta autem επονομασαι και delenda eſſe: ac tertium, pro *αυτην* ſcribendum *αυτο.*

cenſeri

censeri nequeat, sat tamen ostendit antiquæ scripturæ quæ tum obtinebat opinionem. Cæterum obiter notandum venit illorum ΕΠΙ ΤΟ ΤΡΙΤΟ potestatem viros eruditos minus recte cepisse ΕΠΙ ΤΩΙ ΤΡΙΤΩΙ; hanc utique exaratam oportuisset ΕΠΙ ΤΟΙ ΤΡΙΤΟΙ, non secus atque ibidem leguntur ΗΟΔΟΙ, ΤΟΙ ΑΓΡΟΙ, et ΤΟΙ ΚΙΝΕΣΑΝΤΙ; uti et alterius declinationis ΤΕΙ ΑΠΠΙΑΙ. Est autem vera potestas ΕΠΙ ΤΟW ΤΡΙΤΟW, sicuti illorum ΟΔΕΝΙ ΤΟ ΤΡΙΟΠΙΟ &c. ϹWΔΕΝΙ ΤΟW ΤΡΙΟΠΙΟW. Ejusdem porro generis eruditorum genti visum est quod basi Colossi *Deliaci* inscriptum Ο ΑFΥΤΟ ΛΙΘΟ ΕΜΙ ΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ. De eo vero mox dicemus.

Ad poculi inscriptionem ΔΙΟΝΥΣΟ notat *Athenæus* desiderari elementum Υ. Atque in hanc quidem sententiam concessisse video viros quosque eruditos. Nos vero, quod et eorum pace factum sit, alio prorsus consilio tam istud quam cætera antiquitatis monumenta adduximus. Ex iis utique aliud longe colligendum putamus: Græcos scilicet, quotquot ista scribendi ratione uterentur, nullam habuisse figuram majusculam, qua aspirationis *Vau* potestatem designarent, apud quos tamen ista potestas in pronunciando interim obtineret. Verbi autem ΔΙΟΝΥΣΟ plenam vim statuimus ΔΙΟΝΥΣΟW. Ecqua enim ratio excogitari potest cur litera Υ prætermissa fuerit, cum luce sit clarius eam in usu atque ad manum coelatori præsto tum fuisse,

quippe

quippe quæ in ipſo ΔΙΟΝΥΣΟ habeatur? Eandem etiam præfert *inſcriptio Sigea* in vocibus ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ, ΣΙΓΕΥΕΥΣΙΝ. Quorſum igitur ibi leguntur ΦΑΝΟΔΙΚΟ ΤΟ ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΣ ΤΟ ΠΡΟΚΟΝΕΣΙΟ, ſi plena iſtorum verborum poteſtas quo tempore deſcriberentur eſſet ΦΑΝΟΔΙΚΟΥ ΤΟΥ ΗΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥΣ *&c.* De cæteris monumentis idem dictum putari volumus.

Contra eam vero quam inſtituimus argumentandi rationem afferri poterit *inſcriptionis Deliacæ* auctoritas, ubi exarata habentur Ο ΑϜΥΤΟ ΛΙΘΟ. *Ecqua nimirum cauſa excogitari poteſt cur ter prætermiſſa fuerit litera vel* Υ *vel* VAU, *cum ex ipſo* ΑϜΥΤΟ *luce ſit clarius in uſu atque ad manum præſto fuiſſe figuram majuſculam qua deſignaretur utriuſvis poteſtas?* Cauſa vero ſatis idonea excogitari poteſt cur neutra iſtorum verborum in fine conſpiciatur. Eodemque negotio id ipſum in quo præſtando hic potiſſimum verſamur, figuram ſcilicet Ϝ Æolenſium fuiſſe propriam, momentum ac vim haud levem accipiet. Inſcriptio utique eſt Æolica; valet autem ΑϜΥΤΟ ΛΙΘΟ non jam ΑϜΥΤΟΥ ΛΙΘΟΥ, nec vero ΑϜΥΤΟϜ ΛΙΘΟϜ ſed tertium iſtud ΑϜΥΤΩ ΛΙΘΩ. Nempe Æoles in fine Genitivorum uti et alias Ω pro cæterorum Græcorum ΟϜ poſuiſſe neminem paulo humaniorum latet. Vocalem autem Ο apud veteres Græcos perinde atque conſtanter apud Latinos tam longæ quam brevis officio fungi ſolitam teſtatur inter alia haud pauca *inſcriptio Sigea.* Ibi utique

pro

pro ΚΑΓΩ, ΕΔΩΚΑ, ΠΑΣΧΩ, ΗΑΙΣΩΠΟΣ, exarata videmus ΚΑΓΟ, ΕΔΟΚΑ, ΠΑΣΧΟ, ΗΑΙΣΟΠΟΣ, Quod autem in *Deliaca* legitur ΕΜΙ non jam ΕΙΜΙ, uti voluere viri eruditi, ſed ΗΜΙ valet. Quippe pro recentiorum Η ſcribebant veteres Ε; pro ΕΙ vero non item: quod utrumque oſtendit eadem inſcriptio *Sigea*. In ea ſcilicet pro ΠΡΟΚΟΝΗΣΙΟW, ΚΡΑΤΗΡΑ, ΗΗΘΜΟΝ, ΜΝΗΜΑ *&c.* repræſentantur ΠΡΟΚΟΝΕΣΙΟ, ΚΡΑΤΕΡΑ, ΗΕΘΜΟΝ, ΜΝΕΜΑ; cum tamen ibidem ſyllaba ΕΙ in ipſo verbo ΕΙΜΙ, uti et in ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ et ΣΙΓΕΙΕΣ clare extet. Aut etiam forte dicendum eſt illud ΕΜΙ ſcribi pro ΕΜΜΙ: nam in quadam *Sapphus* Oede apud *Longinum* videre eſt,

——————— χλωροτέρα δὲ ποάς
ΕΜΜΙ ———————

ποάς autem pro eo quod in veteri codice habetur πυας ſcribendum duximus. lectio autem vulgata eſt ποιας.

Cum vero virum doctiſſ. ad *Marmor Sandvicenſe* contrariam de elementi Ε apud veteres Græcos poteſtate ſententiam, *Victorini* auctoritate ſtabilitum videam iviſſe; meum eſt viciſſim quid de laudato *Victorini* loco ſentiam exponere, atque in medium relinquere. Ecce autem. *Noſtri Latini cum litteris uterentur, quas a Græcis acceperant:* A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. *et Græci vocales haberent totidem, quot et nos,* A. E. I. O. U. (*nam* Η. *et* Ω. *poſtea ſunt ab his repertæ*) E. *et* O. *ternas*

 habebant

habebant apud eos poteſtates, ut E. *eſſet breve et productum.* I. *autem longum quodammodo ſonat, cum et* E. *et* I. *junctum eſt. Et* O. *ſimiliter quoque cum eſſet unum brevem, et idem faceret longam ſyllabam, præterea exprimeret vocem, quæ apud eos per* O. *et* U. *ſcribitur* OΥ, *ſic apud nos quoque* E. *et* O. *totidem poteſtates habebunt, et eaſdem, quas apud Græcos.* Profecto ſi in his ſententiam ſibi conſtantem quæras, fruſtra es; ſi grammaticam, tantundem. Si cum viro doctiſſ. *Victorinum* ſtatuas de E Græco hic agere, exordium iſtud, *Noſtri Latini cum literis uterentur quas a Græcis acceperant*, tam erit ineptum quam quod ineptiſſimum. Sin locum circa E Latini poteſtatem verſari dicas, quod et veri videtur ſimilius, poſteriora non ita congruenter procedent. Nullo quidem negotio ita immutari poſſent ut præcedentibus hoc ſenſu acceptis convenirent. Mihi vero ſatis eſt quod loci tam vel futilis vel depravati nulla ſit auctoritas. Quod autem ad inſcriptiones quas laudat vir doctiſſ. *Sigeam* et *Deliacam* attinet, de iis quid ſtatuendum ſentiamus jam ſupra diximus.

Sed alterum porro vir quidam eruditus quocum mihi lis interceſſit viri doctiſſ. argumentum adjuturus ex *Victorino* locum adducit, pag. 30. *Et ſignificaveram prius quam Græcis inter vocales repertæ ſunt* H. *et* Ω, *vicem earum tam apud illos, quam apud nos expleſſe* E. *et* O: O. *etiam ſcribi ſolitam pro ſyllaba* OΥ. E autem pro E et IΩTA. Atque hic quidem non eſt ut vir eruditus quidquam immutatum optet,

tet, nisi forte pro *significaveram*, cujus hic parum aptus est usus, rescribere malit *significavi*. Sed *Victorini*, modo hæc scripserit, constantia desideratur; quippe qui pag. 17. ista contra habeat. *Apud Græcos* - E - duarum *obtinet vicem brevis et productæ.* O *vero et pro brevi, et pro longa, et pro* U *posita est.* Sed regerit vir eruditus illis hæc neutiquam adversari, propterea quod vox *duarum* comitem non habeat *tantum*, *duntaxat* vel simile. Age igitur: Finge apud Grammaticum quempiam occurrere: *Apud Latinos numeri sunt duo, personæ vero tres:* Annon jam hæc eodem plane recidunt, ac si dixisset *duo tantum?* Quisquamne est obsecro qui illud *tantum* desideret? Contra si quis diceret? *Apud Græcos numeri sunt duo, personæ vero tres*: exclamaret opinor inter primos vir eruditus: *Annon vero, o bellatule, tres itidem sunt numeri? Dignus hercle es cum tuis numeris cui caput non semel demulceatur.* At quid ita tandem? Quia scilicet qui istum in modum loquitur numeros esse *tantum* duos significat. Porro autem, ut *Victorinus* sibi constet, alîus tamen κομματος scriptor fuisse videtur, quam cui in re hujusmodi fides sit habenda, cum ipsius doctrinæ ex antiquæ scripturæ monumentis ne unum quidem faveat, haud pauca adversentur. Sed neque hominem usque adeo parvi facio quin ista, E *autem pro* E *et* IΩTA, additamentum fuisse credam ab aliquo rudem illam atque indigestam mo-

 lem

lem pag. 16. occurrentem minus recte interpretante profectum.

Alius auctoritatis loco laudat vir eruditus excerpta quædam ex *Athenæo*: ὅτι παντες οἱ αρχαιοι τῳ ΟΥ αντι τȣ Ο στοιχειȣ προσεχρωντο· παραπλησιως δε και τῳ ΕΙ αντι τȣ Ε. σαν δε &c. Hæc excerptoris verba contendit vir eruditus istis apud *Athenæum* respondere: επει παντες οἱ αρχαιοι τῳ Ο απεχρωντο, ȣ μονον εφ ης νυν ταττεται δυναμεως, αλλα και ὅτε την διφθογγον διασημαινει, δια τȣ Ο μονον γραφȣσι. παραπλησιως δε και το Υ γραφȣσιν, ὅταν και καθ' αυτο μονον εκφωνηται και ὅταν συζευγνυμενȣ τȣ ΙΩΤΑ—το δε Σαν &c. adeoque inverti oportere ordinem: ὅτε παντες οἱ αρχαιοι τῳ Ο στοιχειῳ αντι τȣ ΟΥ προσεχρωντο· παραπλησιως δε και τῳ Ε αντι τȣ ΕΙ. Quorum ego utrumque lubentissime agnosco. Verum apud ipsum *Athenæum* de E et EI ȣδε γρυ reperimus. At quis tandem fuit hic *Athenæi*, cujus auctoritas venditatur, excerptor? Aut qualis demum est hominis auctoritas, cujus neque de nomine, nec sæculo, nec patria, nec eruditione quidquam innotescit? Sed dicet forte vir eruditus emendandum esse *Athenæum* juxta excerptoris verba, παραπλησιως δε και το Ε γραφȣσιν &c. Mihi vero contra pari jure confirmare licebit refingendum esse excerptorem juxta ipsum *Athenæum*, παραπλσιως δε και τῳ Υ αντι τȣ ΥΙ. Porro autem ut demus ipsum *Athæneum* ita scripsisse, doctrinam ejus (quæ *omnes* αρχαιȣς complectitur) falsam esse clamat inter alia antiquitatis monumenta sexcentis in locis *Marmor Sandvicense*; in quo uti diximus

mus O vice poteſtatis OW conſtanter adhibeatur, EI vero non minus conſtanter plene exaretur.

Ad *inſcriptionem Deliacam* nunc libet reverti. Habeo enim nonnulla in ea obſervanda, quæ virorum doctiſſimorum ſolertiam eluſerunt. Principio autem pro O ſcribendum eſt TO. Atque ita quidem conjeciſſe video eruditum *Shuckfordium*, ſed nullo argumento conjecturam firmatum iviſſe. At enim ſi Græci ſermonis indolem perſpectiorem habuiſſet, ſenſiſſet vocem AFΥTO articulo deſtitutam loci ſententiam nullam efficere. Neque enim αυτος niſi cum articulo conjunctum *idem* uſquam denotat. Deinde mihi vehementer ſuſpecta eſt ſcripturæ iſtius AFΥTO fides, quippe cum αυτος, uti hodie ſcribimus, in omnibus Græciæ dialectis perpetuo ſit diſſyllaba; non poſſum quin mihi perſuadeam primitus exaratum fuiſſe AFTO, το Υ vero à recentiore manu adſcriptum, quo indicaretur poteſtas elemento F jam rarius occurrenti tribuenda. Porro autem reliquam inſcriptionis partem, ΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ, perperam repræſentari confirmo. Poſtulat utique ſermonis ſoluti ratio ut articulus voci tam ανδριας quam σφελας præficiatur; ut adeo evadat ὁ ανδριας και το σφελας; aut etiam adhuc multo rotundius, ὁ τε ανδριας και το σφελας. Inſcriptio autem prout hodie exhibetur in nullam metri ſpeciem cadit. Itaque tandem reponendum cenſeo:

ΤΟ AFΤΟ ΛΙΘΟ ΕΜΙ Ο ΤΕ ΑΝΔΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟ ΣΦΕΛΑΣ:

h. e.

h. e. ſi poteſtatem ſpectes, TΩ AFTΩ ΛΙΘΩ HMI O TE——Quæ ſcriptura quin germana ſit, faciet opinor quod ſuperioribus jam adjecturus ſum ut nemo deinceps dubitet. Nempe breviores inſcriptiones metro fere aliquo concludi ſolent: eo autem quo jam exhibuimus modo perfectum ſenarium habemus, ſic utique concipiendum:

Ταwτω λιϑ ημ ὁ τ ανδειας και το σφελας

vel ſi EMMI malis, Ταwτω λιϑω μμ ὁ—Craſi autem iſti, qua λιϑω ημι in λιϑ ημι migrat, gemella prorſus eſt quam apud *Ariſtophanem* Acharn. 860. ſermone itidem Æolico ſcriptam legimus,

Ιττ Ηρακλης, εκαμον γα ταν πυλαν κακως.

Ιττ, ſeu potius Ιτϑ Ηρακλης, pro Ιττω; quemadmodum in lingua Attica non ſemel occurrit ιςω Ζευς.

Cauſa vero, dicet fortaſſe nonnemo, cur in veteribus inſcriptionibus elementum Υ poſt O prætermitteretur, cum tamen ad manum præſto eſſet, hæc eſſe poterat: quod cum ipſa litera O appellari ſoleret OΥ, ideo etiam O tanquam verbi pars non incommode ſcribi poſſet loco poteſtatis illius quam literæ nomen obtineret. At enim iſtam non fuiſſe cauſam exinde liquet, quod ipſi illi Græci, qui O pro OW conſtanter adhiberent, non minus conſtanter EI plena ſcriptura exararent. Quippe ſi vera eſſet cauſa allata, feciſſet eadem ut E itidem pro EI perpetuo ſcriberetur: nam vocali E nomen erat EI. Immo etiam ex quo tempore vocali nomen

men OΥ pro antiquo OW inditum eſt, Græcos conſtat, quoties de iſta vocali verba facerent, nudam ſcripturam O reformidaſſe; ſed nomen integrum OΥ, non ſecus atque in aliis literis mos dominabatur, deſcripſiſſe. Cujus rei exemplum habemus in Calliæ trochaicis ſupra laudatis. Alterum ſuppeditat iſtud epigramma:

ΤΟΥΝΟΜΑ· ΘΗΤΑ, ΡΩ, ΑΛΦΑ, ΣΑΝ, Υ, ΜΥ,
ΑΛΦΑ, ΞΙ, ΟΥ ΣΑΝ.

Similiter apud *Mich. Apoſtolium* legimus, γραψας μικρον OΥ; et apud *Plutarchum*, OΥ μεγα γραψαντες. Quæ *Apoſtolii* et *Plutarchi* loca ad conſuetudinem a Græcis ſcriptoribus ſervatam animum minus attendens vir doctiſſ. ad *Marmor Sandvicenſe* pagg. 8. et 9. fruſtra ſollicitavit. Huc autem pertinent iſta *Terentiani*:

Verſibus ſed quum loquamur, quando Græca ponimus
Αλφα, ιωτα, λαμβδα, σιγμα, *legem metri cogimur*
Syllabis *præſcriptitare*, non figuris ſingulis.

cogimur—a quo? Nempe a tyranno quem morem vocant. Cæterum in verſu ſecundo *legem* ita collocatum metri quidam legibus adverſari ſentiens reſcribendum conjecit *lege*. Verum hoc pacto impedita evadit oratio, et falſa inſuper ſententia. Quæ enim cujus obſecro metri lex quidquam hujuſmodi cogere potuit? Tu vero verborum duntaxat ordinem immutabis—*cogimur legem metri.*

Ad Cl. vero *Bentleium* revertamur. Sentis jam quali

quali conjuratione viro eruditiſſimo, Æolicum F digamma in *Homeri* poematis locum olim habuiſſe docenti, veterum teſtimonia atque antiquitatis monumenta adverſentur. Porro autem viri Cl. fautores, ſi qui ſint, expediant velim quonam fato contingere potuiſſet, ut figura inſignis adeo et conſpicua locorum centenis millibus intercideret: qua tandem virga pluſquam Circæa *Homeri* ſcripta tam inauditam metamorphoſin ſubire potuiſſent: quæ tandem eſſet ſingularis illa virgæ *αντιδιγαμμȣ* qualitas, quæ luis Ægyptiacæ ad inſtar in unius hujus elementi internecionem graſſaretur, cætera omnia intacta præteriret. Notatu quidem haud indignum eſt virum Græcum eumque inter primos eruditum, *Dionyſium* dico *Halicarnaſſenſem*, uti ſupra vidimus errore non levi veterum F tanquam ſyllabam OΥ accepiſſe. Atque hinc quidem conceptu neutiquam erit difficile quo pacto figura iſta ex paucis apud *Homerum* locis eliminari potuiſſet. Finge verbi gratia illud Vil. I. 390. aliquando ſic repræſentatum fuiſſe,

Ες Χρυσην πεμπȣσιν, αγȣσι δε δωρα F*ανακτι,*

a Græcis autem recentioribus ita intellectum, ac ſi eius poteſtas eſſet *δωρα* OΥ *ανακτι*: in proclivi profecto iis fuiſſet iſtud OΥ, quippe quod metri rationem perturbaret, delendum curare, ut adeo reliquum eſſet, quo modo et ipſi loquerentur, *δωρα ανακτι*; vel forte hiatus vitandi cauſa *δωρα γ ανακτι*. Verum conſonantis Vau poteſtas in locis non jam paucis

paucis ſed in centenis, ut diximus, millibus obtinebat.

Age vero quandoquidem Cl. Bentleii *conſilium improbas, videamus tandem numquid tute* ὑγιέστερον *adducendum habeas: Cum elementum* F *Æolenſium proprium fuiſſe ſtatuas, ejuſdem tamen poteſtatem apud Ionas itidem invaluiſſe idem contendas: fac tandem exponas quanam figura ſive nota poteſtatem iſtam apud Ionas deſignari ſolitam exiſtimes.* Equidem confirmare non auſim gentis illius vetuſtiores ulla aſpirationis vel *He* vel *Vau* nota uſos fuiſſe. Ii utramque fortaſſe ex vulgata loquendi norma in ſcriptis ſupplendam relinquebant. Interim vero nullus dubito quin quocunque demum ſæculo adinventæ fuerint notæ iſtæ [‘] et [’] id eo conſilio factum ſit, ut altera aſpirationem *He*, altera *Vau* deſignaret. Atque hoc quidem quantum ad [‘] attinet apud omnes in confeſſo eſt. Qui autem de [’] ſecus ſentiunt, confirment neceſſe eſt notam hanc primitus perinde atque hodie uſque adeo abſurde adhiberi ſolitam, ut nulla prorſus poteſtate gauderet, nulli prorſus uſui inſerviret. Hoc adductus non jam novam figuram in *Homeri* ſcripta invehendam, ſed perperam hodie collocatam propriæ demum ſedi reſtituendam cenſeo. Sed quæret aliquis quonam auctore conſonanti *Vau* aſpirationis itidem nomen impertiverim. Iſtud igitur paucis accipe. Literam V apud Romanos conſonantis cum poteſtatem tum

nomen obtinuiſſe neminem latet. At eam tamen *Quintilianus* aſpirationem itidem diſerte appellavit Lib. I. Cap. V.—*quin* foedum foeduſ*que pro* ASPIRATIONE V *ſimili litera utentes. Nam contra Græci* aſpirare *ſolent, ut pro* Fundanio *Cicero teſtem, qui primam ejus literam dicere non poſſet, irridet.* Quam gemellam plane hic rem habeamus, modo in memoriam redeas Latinorum V *τῳ Vau* itidem ſive F Æolenſium ſono reſpondere, non poteris non ſentire. Immo ipſam etiam de qua agitur rem hic habemus. Quippe certiſſimum eſt *Quintilianum* ſignificare voluiſſe Græcum teſtem pro *Fundanius*, cum F Latini ſonum efferre non poſſit, Æolici poteſtate utentem *Vundanius* pronunciaſſe; hoc autem vocat *aſpirare.* Cum adeo literæ *Vau* duplex ineſſet qualitas, altera cum variis figuris quatenus eſſet conſonans communis, altera peculiaris, quatenus ſola ex conſonantium numero adſpiratio itidem dici poſſet; Græcis propterea pro ſua ακϱιβεια viſum eſt ex peculiari potius quam communi qualitate ſedem determinantibus eam conſonantium ſeriei non jam inſerere, ſed alterius adſpirationis modo ſuperſcribere. Cæterum ex *Ciceroniana* Græci teſtis irriſione aliud etiam in tranſcurſu obſervare eſt, nempe quam fruſtra fuerint ii, in quibus etiam *Salmaſius* nomen profitetur ſuum, qui Latinorum F et Græcorum Φ eandem fuiſſe poteſtatem voluerint. Hoc utique ſi res fuiſſet, Fundanii nomen homini Græco nihilo magis quam Romano moram injicere potuiſſet.

Diverſam

Diverſam harum literarum virtutem perſtringit *Terentianus* pag. 35.

> ——nos *ſiquando Græcum* Φ *neceſſe eſt exprimi,*
> P *et* H *ſimul ſolemus, non Latinam hanc* [F] *ponere;*
> *Cujus a Græca recedit lenis atque hebes ſonus.*

Idem etiam pag. 14.

> *Imum ſuperis dentibus adprimens labellum*
> *Spiramine leni, vel ut hirta Graia vites,*
> *Hanc* [F] *ore ſonabis, modo quæ locata prima eſt.*

vel ut hirta Graia, h. e. ſive ita ut aſperum Græci Φ ſonum *vites.* Cæterum pro iſtis *vel ut* &c. vulgo legitur (*velut hirta Graia vites*). Denique apud quoſcunque Græcos obtinebant alteræ iſtæ notæ Ͱ et ⊣, vix dubitandum videtur quin is eſſet eorum uſus ut inter literas majuſculas illa aſpirationem *He*, hæc autem alteram *Vau* deſignaret. Prioris exempla extant ͰΗΡΑΚΛΕΙΔΑ ͰΑΠΟΛΙΣ ͰΑΙΡΕΘΕΝΤΕΣ ͰΙΑΡΩΣ ͰΥΠΕΡ ͰΗΡΑΚΛΗΙΩΝ ͰΕΛΕΝΙΤΩΝ &c. quæ utique vulgo exarantur Ἡρακλειδα, ἁ πολις, ἁιρεθεντες &c.

AD τεκμηρια ſive ſigna exponenda nunc pergamus quibus adducti adſpirationis ſive conſonantis *Vau* poteſtatem in *Homerico* ſermone invaluiſſe cenſeamus. Quod quo commodius præſtemus, diſpiciendum eſt primo, quænam ſint proprietates proſoediacæ verborum a conſonante incipientium; ac deinde oſtendendum quibuſdam verbis hodie a vo-

cali

cali inchoatis iſtas proprietates ineſſe; vel potius quam parum abſit ut in iis ipſæ illæ proprietates præfinito habeantur. Neque enim expectare fas eſt ut librarii aliique, qui loca innumera contra pervulgatas regulas vitiaverint, adverſus latentes ac reconditas nulla peccata admiſerint. Et profecto ſiquis hic ſit admirationi locus, in eo potiſſimum videtur eſſe, quod ab integra proprietatum quas diximus conſtantia non amplius ſit diſceſſum.

Finge nunc primo vocem à conſonante inchoari, cujus prima ſyllaba ſit brevis, ſecunda longa; poſtulant metri heroici leges ut hujuſmodi vocem nulla uſquam præcedat, niſi quæ in vocalem brevem exeat. Hinc colligo omnia iſtius quantitatis verba, quæ hodie a vocali inchoata vel vocali brevi vel ν paragogico tantum non ubique ſubjiciuntur, à conſonante olim perpetuo inchoari ſolita. Atque iis proinde præficiendam eſſe conſonantem ſive adſpirationem *Vau* non immerito videmur ſtatuere. Hujuſmodi ſunt inter alia ἀναξ, ἑκαστος, ἑκηλος, ἑκων, ἑλισσω, ἑλωρ, ἐοικα, ἐοργα. Unius ἀναξ ſitum perpetuum, dempto duntaxat ν paragogico, ſubjectus index accurate repræſentat.

Ἰλ. Α.	75. τάο ἀνακτος
7. —δης τε ἀναξ	172. επειτα ἀναξ
36. —λωνι ἀνακτι	180. —γεσσι ἀνασσε
38. ἰφι ἀνασσεις	231. —γοισι ἀνασσεις
	252. —τοισι

252. —τοισι ἀνασσεν
281. —νεοσι ἀνασσει
288. παντεσσι δ᾽ ανασσειν
1. πᾶσιν δὲ ἀνασσειν
390. δωρα ἀνακτι.
442. επεμψε ἀναξ.
444. ἱλασσωμεθ᾽ ανακτα
1. ἱλασομεσθα ἀνακτα
502. —ωνα ἀνακτα
506. νυν γε ἀναξ
529. —σαντο ἀνακτος

B.

77. Πυλοιο ἀναξ
102. —ωνι ἀνακτι
104. —ας δὲ ἀναξ
108. παντι ἀνασσειν
284. δη σε ἀναξ
360. Αλλα ἀναξ
373. —μοιο ἀνακτος
402. —ρευσε ἀναξ
405. —νηα ἀνακτα
434. κυδισε ἀναξ
441. —θησε ἀναξ
566. —δαο ἀνακτος
612. δωκε ἀναξ
624. —δαο ἀνακτος
643. —ταλτο ἀνασσεμεν
669. —ποισι ἀνασσει

672. χαρσποιο τ ανακτος
1. χαρσπȣ τε ἀνακτος
679. —δαο ἀνακτος
693. —δαο ἀνακτος
725. —ταο ἀνακτος
777. κειτο ἀνακτων

Γ.

81. αὖσε ἀναξ
267. επειτα ἀναξ
455. —ειπε ἀναξ

Δ.

18. —μοιο ἀνακτος
61. —τοισι ἀνασσεις
141. επειτα ἀναξ
255. γηθησε ἀναξ
290. —μοιο ἀνακτος
336. νείκεσσε ἀναξ
420. —θεοσι ἀνακτος

E.

38. —πρωτος δὲ ἀναξ
105. Ωρσε ἀναξ
268. εκλεψε ἀναξ
311. —λοιτο ἀναξ
546. ανδρεσσι ἀνακτα
794. τον γε ἀνακτα

Z.

Z.

33. —τον δε ἀναξ
166. —τον δε ἀνακτα
173. πε ἀναξ
397. ανδρεσσι ἀνασσων
451. —μοιο ἀνακτος
478. ἶφι ἀνασσειν

H.

8. —θοοιο ἀνακτος
23. —ἐιπε ἀναξ
37. —ἐιπε ἀναξ
137. —οιο ἀνακτος
162. πρωτος μεν αναξ
l. πρωτος γε ἀναξ
194. —ωνι ἀνακτι
200. —ωνι ἀνακτι
296. —μοιο ἀνακτος
314. —ρευσε ἀναξ

Θ.

278. γηθησε ἀναξ

I.

33. εστι ἀναξ
73. πολεεσσι δ' ανασσεις
l. πολεσιν δε ἀνασσεις
96. κυδιστε ἀναξ
114. ἐιπε ἀναξ
163. κυδιστε ἀναξ
164. ληι ἀνακτι
276. εστι ἀναξ
476. —λῆα ἀναχθ
480. —πεσσι ἀνασσων
555. και ῥα ἀνακτος
668. —εινε ἀναξ
673. κυδιστε ἀναξ
693. κυδιστε ἀναξ

K.

64. —ἐιπε ἀναξ
86. επειτα ἀναξ
103. κυδιστε ἀναξ
112. —νηα ἀνακτα
119. —ἐιπε ἀναξ
233. ἐιπε ἀναξ
559. δε σφι ἀνακτ

Λ.

99. αυθι ἀναξ
254. επειτα ἀναξ
322. —τοιο ἀνακτος
700. αυθι ἀναξ

M.

11. —μοιο ἀνακτος
139. αμφι ἀνακτα
242. τοισι ἀνασσει

413. ἐι

413. οἱ δε ἀνακτος
414. αμφι ἀνακτα

N.

28. —νσε ἀνακτα
38. —σαντα ἀνακτα
218. —λοισι ἀνασσε
452. —δρεσσι ἀνακτα
582. ηρωϊ ἀνακτι
758. —νοιο ἀνακτος
770. —νοιο ἀνακτος
781. —νοιο ἀνακτος

Ξ.

64. —ειπε ἀναξ
85. αμμι ἀνασσεμεν
94. —οισι ἀνασσεις
103. επειτα ἀναξ
134. αρα σφι ἀναξ
233. Ὑπνε ἀναξ
326. —μοιο ἀνασσης
489. —οιο ἀνακτος

O.

8. —ωνα ἀνακτα
57. —ωνι ἀνακτι
158. —ωνι ἀνακτι
188. —εσσι ἀνασσων
214. —5οιο ἀνακτος

253. —ειπε ἀναξ
301. —νηα ἀνακτα
453. —κροτεοντες· ἀναξ
l. κροτεοντε· ἀναξ
532. εδωκε ἀναξ

Π.

371. ἁρματ ανακτων
l. ἁρμα ἀνακτων
464. —νε ἀνακτος
507. ἁρματ ανακτων
l. ἁρμα ἀνακτων
514. Κλυθι ἀναξ
523. περ μοι αναξ
l. περ με ἀναξ
304. θωρηκα ἀναξ

P.

160. —μοιο ἀνακτος
308. —δρεσσι ἀνασσων
443. —ληϊ ἀνακτι

Σ.

111. —λωσε ἀναξ
118. —ωνι ἀνακτι
137. —5οιο ἀνακτος
366. —τοισι ἀνασσεις
417. —οντο ἀνακτι
421. —ὑπνωθα ἀνακτος

T.

T.

51. ηλθε ἀναξ
76. ἐιπε ἀναξ
104. —νεσσι ἀναξει
109. —νεσσι ἀναξειν
122. —οισι ἀναξει
124. Vide Not.
146. κυδισε ἀναξ
172. δωρα ἀναξ
177. εσι ἀναξ
184. —ἐιπε ἀναξ
199. κυδισε ἀναξ

Υ.

61. —νερθε ἀναξ
67. Vide Not.
103. —ἐιπε ἀναξ
180. —εσσι ἀναξειν
230. —εσσι ἀνακτα
307. —εσσι ἀναξει
404. αμφι ἀνακτα

Φ.

86. —μοισι ἀνασσει
188. —λοισι ἀνασσων
309. —μοιο ἀνακτος
461. ἐιπε ἀναξ

Ψ.

35. τον γε ἀνακτα
49. οτρυνον αναξ
l. οτρυνε ἀναξ
161. ακυσε ἀναξ
173. τω γε ἀνακτι
288. πρωτος μεν αναξ
l. πρωτος γε ἀναξ
302. —μοιο ἀνακτος
417. ὁι δε ἀνακτος
446. ὁι δε ἀνακτος
471. —οισι ἀνασσει
517. ος ῥα τ ανακτα
l. ος ῥα ἀνακτα
588. Σειο ἀναξ
678. —δαο ἀνακτος
859. —κροιο ἀνακτος
863. —λησε ἀνακτι
895. θησε ἀναξ

Ω.

202. ὁισι ἀνασσεις
449. 452. Vide Not.
536. τω τε ἀνασσε
734. —ων προ ἀνακτος

ΟΔ. Α.

117. ὁισι ἀνασσει
181. —μοισι ἀνασσω
397. οικοιο ἀναξ
462. σοισι ἀνασσοις
419. —μοισι ἀνασσει

B.

B.

234. οἷσι ἄνασσε

Γ.

43. —ωνι ἄνακτι
54. —ωνι ἄνακτι
107. —μοιο ἄνακτος
163. —σῆα ἄνακτα
245. φασι ἀνάξασθαι
380. Αλλα ἄνασσ
388. —τοιο ἄνακτος

Δ.

9. οἷσι ἄνασσεν
87. ουτε ἄναξ
93. —τεσσι ἄνασσω
177. —ουσι ἀνασσονται
602. —οιο ἀνασσεις.

Ε.

12. οἷσι ἄνασσε
445. Κλυθι ἄναξ
450. —αιρε ἄναξ

Ζ.

149. —μαι σε ἄνασσα
175. Αλλα ἄνασσ

Η.

11. —κεσσε ἄνασσε

23 —ποισι ἀνασσει
62. —ηξι ἄνασσε

Θ.

77. εσσι ἄναξ
270. —σοιο ἄνακτος
323. —θεν δε ἄναξ
334. —ειπε ἄναξ
339. —νοιτο ἄναξ

Ι.

412. —ωνι ἄνακτι
440. —γευντο· ἄναξ
452. ἦ συ γ ανακτος
l. η συ ἄνακτος
526. —ωνι ἄνακτι
552. πᾶσι ἀνασσει

Κ.

110. οἷσι ἀνασσει
216. αμφι ἄνακτα

Λ.

71. επειτα ἄναξ
129. —ωνι ἄνακτι
143. —ειπε ἄναξ
150. —αο ἄνακτος
283. ἶφι ἄνασσεν
348. —μοισι ἀνασσω
396. κυδιστε ἄναξ

490. —νοισι ανασσειν
559. —δευεο ἄναξ
569. —ροντο ἄνακτα

M.

176. —δαο ἄνακτος
290. —κηπι ἀνακτων

N.

25. πάσι ἄνασσει
185. —ωνι ἄνακτι
194. παντα ἄνακτι
223. ὁιοι τε ἀνακτων

Ξ.

8. —νοιο ἄνακτος
36. —ειπε ἄνακτα
40. —θευ γαρ ανακτος
l. θευ δε ἄνακτος
60. —ωσι ἄνακτες
63. ὀικηι ἄναξ
67. ωνησι ἄναξ
170. κεδνοιο ἄνακτος
326. κειτο ἄνακτος
366. εμοιο ἄνακτος
376. —νοιο ἄνακτος
395. Vide Not.
398. —ελθησι ἄναξ
431. Vide Not.
450. —νοιο ἄνακτος

O.

230. —λοισι ἀνασσοντ
396. —εσσι ἀνακτοειησι
556. —ωυε ἄνακτεσιν

Π.

14. ηλυθ ἄνακτος
l. ηλθε ἄνακτος
395. —δαο ἄνακτος

P.

186. —τελλε ἄναξ
189. —πω δε τ ανακτων
l. πω δε ἄνακτων
201. ηγε ἄνακτα
255. ἱκανε ἄνακτος
296. —νοιο ἄνακτος
303. ὁιο ἄνακτος
310. —ουσι ἄνακτες
318. —τιπι ἄναξ
320. —ωσι ἄνακτες
378. —δουσι ἄνακτος
443. ἰφι ἄνασσεν

Σ.

298. —δαο ἄνακτος
312. —νοιο ἄνακτος
413. δαο ἄνακτος

T.

T.

110. —μοισι ἀνασσων
181. —νηα ἀνακτα
296. κειτο ἀνακτος
359. σοιο ἀνακτος
392. —κτα ἀνακτα
475. παντα ἀνακτ
523. —θοιο ἀνακτος

Υ.

111. σημα ἀνακτι
112. —ποισι ἀνασσεις
194. —λῆι ἀνακτι
216. —νοιο ἀνακτος

Φ.

9. κειτο ἀνακτος
56. τοξον ἀνακτος
l. τοξα ἀνακτος

62. —τοιο ἀνακτος
83. τοξον ανακτος
l. τοξα ἀνακτος
895. —νοιο ἀνακτος

X.

119. —οντα ἀνακτα

Ψ.

287. —ωνι ἀνακτι

Ω.

26. —μοισι ἀνασσες
30. ἤσπερ ανασσες
l. ἠς εἀνασσες
121. κυδιστε ἀναξ
250. —ης γε ἀναξ
304. —δαο ἀνακτος
377. —νεσσι ἀνασσων

N O T Æ.

ʼΙΛ. A. 44.——οφρ ἱλασσωμεθ ανακτα] Edit. *Florent* teste *Basil.* 1535. repræsentat οφρ ἱλασσωμεθα ανακτα. Recte quidem, quantum vel ad vocis ἀνακτα potestatem vel ad alterius ἱλασσωμεθα prosoediam. Hæc utique primam alibi corripit,

Οφρ ἡμιν ʼΕκάεργον ἵλασσεαι ἱερα ῥεξας

T 2 Verum

Verum *Homeri* aures delicatiores fuiſſe video quam quæ voculam οφρ corripi paterentur. Ejus utique in ſcriptis obſervavi vocem diſyllabam nuſquam ita ſecandam venire, ut prior in vocalem brevem ſequentibus muta et liquida exeat. Nuſquam, inquam, prout hodiernæ etiam habent Editt. ſi unum iſtud excipias IΛ. Z. 479.

Και ποτε τις ειπησι, πατρος δ' ογε πολλον αμεινων

Quem quidem locum hoc ipſo nomine quod unicus ſit inter millia contra conſpirantia, ſi nihil gravius accidiſſet, ειπῃ πατρος vel πατερος legendo mutatum oporteret. Verum altius mendum ſubeſt. Forma utique ſubjunctiva ειπησι ſententiæ parum convenit. Eſt enim hic verſus ſupplicationis Hectoreæ pars, et verbum iſtud altera duo formæ optativæ φεροι et χαρειη excipiunt. Unde forma itidem optativa ειποι ſcribi neceſſe eſt :

Και ποτε τις ʼΕΙΠΟΙ " πατρος δ' ογε πολλον αμεινων"
Εκ πολεμου ανιοντα· ΦΕΡΟΙ δ' εναρα βροτοεντα
Κτεινας δηιον ανδρα, ΧΑΡΕΙΗ δε φρενα μητηρ.

Quæ cum ita ſint, quanquam ipſa lectio *Florent.* non uſquequaque placeat, ex ejus tamen veſtigiis germana, vix dubito, ſic reſtituenda eſt :

Ρεξαι υπερ Δαναων, οφρ ΙΛΑΣΟΜΕΣΘΑ ανακτα.

Sic in loco ſupra laudato habemus Οφρ — ιλασσεαι uti et ΟΔ. Γ. 419,

ΟΦΡ ητοι πρωτιστα θεων ΙΛΑΣΣΟΜ Αθηνην.

Cæterum

Cæterum loci iſtius Z. 479,

> Και ποτε τις ἑιποι "πατρος δ' ὁγε πολλον αμεινων"
> Εκ πολεμȣ ανιοντα——

fefellit omnes, quantum ſciam, ſyntaxis. Nempe interpretantur ac ſi verbum ιδων vel ſimile non incommode ſubaudiri poſſet quo referretur accuſativus ανιοντα: *et olim quis dicet "patre vero hic multo "eſt fortior" ex pugna redeuntem* conſpicatus. Fruſtra. Nam plena atque integra eſt oratio, iſta autem conſtructio: Και ποτε τις εκ πολεμȣ ανιοντα ειποι— *et olim quis* de eo *ex pugna redeunte* [vel *reverſo*] dicat. Cui conſtructioni gemella eſt quæ apud *Pindarum* extat Olymp. XIV. 31.

> ——κλεοδαμον οφρ ιδοισ
> ΥΙΟΝ ΕΙΠΗΙΣ, ὁτι ὁι νεαν &c.

Cleodamum ut conſpicata de filio dicas—Ubi ſi ιδοισα ad ὑιον itidem referendum ſubaudiri contendas, bellam iſtam ſententiam amplectaris neceſſe eſt: *Ut Cleodamum* [in regnis Proſerpinæ verſantem] conſpicata, *filium* [aura ætherea veſcentem] conſpicata *dicas*—Adjiciam et illud *Ariſtophanis*. Nub. 1147.

> Και μοι ΤΟΝ ΥΙΟΝ, ει μεμαθηκε τον λογον
> Εκεινον, ΕΙΦ, ὁν αρτιως εισηγαγες.

Et mihi de filio dic, *utrum didicerit*——Quem ad locum ὑιον eſſe accuſativum more Atticorum pro nominativo poſitum fruſtra monet Cl. *Kuſterus*.

H. 162. Ωρτο πολυ πρωτος μὲν αναξ—] Idem verſus initium occurrit etiam Ψ. 288. Reſcribo utrobique

πρωτος γε ἀναξ vel πρωτιστα ἀναξ, uti, Οφρ ητοι ΠΡΩΤΙΣΤΑ Θεων—h. e. πρωτην Θεων: vel denique πρωτος ρα ἀναξ———

O. 453. ———— ὑπερωησαν δε οἱ ἱπποι
Κειν οχεα κροτεοντες· αναξ δ ενοησε ταχιστα]

Lege—κροτεοντε· ἀναξ—Participium utique duale κροτεοντε cum de duobus equis agatur, loco non minus convenit quam plurale κροτεοντες. Hoc autem correctori alicui acceptum refero, qui hiatum, prout ipsi videbatur, hoc pacto sanatum ivit.

639.———ὁς Ευρυσθηος ανακτος Αγγελιης οιχνεσκε] Reponenda est altera ista lectio, cujus meminit *Eustathius*, Ευρυσθηος ἀεθλων. quam etiam videmus

Θ. 363.

Τειρομενον σωεσκον ὑπ ΕΥΡΥΣΘΗΟΣ ΑΕΘΛΩΝ.

Π. 370.

Πολλοι δ εν ταφρω ἐρυσαρματες ωκεες ἱπποι
Ἀξαντ εν πρωτω ῥυμω λιπον ἁρματ ανακτων]

Plurale illud ἁρματα ad sententiam adeo non necessarium est, ut ni tam singularis quam pluralis notionis esset capax, h. e. ni tam de uno curru quam de pluribus usurpari posset, de sententia plane conclamatum foret. Observavit eruditus *Clarkius* numero duali ἀξαντε binos in singulis curribus equos fuisse indicari. Recte. Locus autem sic interpretandus est: Πολλοι ἱπποι ἀξαντε. *Multi equi bini-cum-fregissent: Many horses having each pair of them broken:* non, *multi equi cum fregissent; many horses having*

having broken: hoc enim vetat numerorum ratio. Age igitur, dicendumne eſt obſecro binos equos, cum bini in ſingulis curribus eſſent, currus fregiſſe plures, an vero ſingulos? Itaque cum ſingularem notionem poſtulet ſententia, formam autem ſive terminationem proſoediæ *Homericæ* ratio; reſcribendum ἁρμα ἀνακτων. Libet autem huic orationi diutius paullo immorari. Neque enim alibi opinor in Græca lingua ſyntaxin æque accuratam reperire eſt. Age enim: muta cæteris manentibus vel ἀξαντε in ἀξαντες, vel λιπον in λιπετην, vel ἁρμα in alterum quodcunque pluralis notionis; et de ſententia illico actum erit. Prima utique efficiet immutatio ut contra communem ſenſum habeamus Πολλοι ἱπποι ἀξαντες ἁρμα, *multi equi cum fregiſſent unicum currum*; cum tamen in ſingulis curribus equi non niſi bini eſſent. Secunda dabit vel Πολλοι λιπετην contra numerorum rationem, vel nullum ad quod πολλοι referatur verbum. Ex tertia denique habebimus ἀξαντε ἁρματα vel ſimile: *bini cum fregiſſent plures currus.*

507. — επει λιπον ἁρματ ανακτων] Hic etiam reſcribendum ἁρμα ἀνακτων. Quippe de unico Sarpedonis curru agitur. Cæterum ἀνακτων *dominorum*, Sarpedonis et aurigæ.

523. Αλλα συ περ μοι αναξ τοδε καρτερον ἑλκος ακεσαι] Lege Αλλα συ περ ΜΕ ἀναξ——At ſyntaxis, inquies, iſta με ἑλκος ακεσαι nuſquam comparet. Non diffiteor. Sed neque uſquam alibi comparet altera μοι

ἑλκος

ἑλκ@ ακεσαι. Proinde ſi ex conſtructionis analogia nihil haberetur quod illam lectionem huic eſſe anteferendam indicaret, rem alioqui ambiguam determinare deberet proſoediæ ratio. Verum hac de re neutiquam ſilet conſtructionis analogia. Nam verba ȣταζω et βαλλω, quæ cum unico perſonæ accuſativo ſæpius conjunguntur, quod itidem verbo ακεομαι uſu venit; cum gemino nonnunquam accuſativo, perſonæ altero, altero vocis ἑλκ@, cum dativo vero nuſquam conſtruuntur. E. 361.

Λίην αχθομαι ΕΛΚΟΣ, Ο ΜΕ βροτος ΟΥΤΑΣΕΝ ἀνηρ.
795. ΕΛΚΟΣ αναψυχοντα, ΤΟ ΜΙΝ ΒΑΛΕ Πανδαρος ιῷ.

Τ. 124.—ȣ ὁι αἐικες ανασσεμεν Αργειὸισι] Repone—ἐν Αργειὸισι ἀνασσειν. Nam et hæc loquendi ratio probe *Homerica* eſt ΟΔ. Η. 62.——

ὃς ΕΝ ΦΑΙΗΞΙ ΑΝΑΣΣΕΝ.

Υ. 66. Ηπι μεν γαρ εναντα Ποσειδαωνος ανακτος] Equidem ſi locum hunc ab *Homero* profectum crederem, levi ſatis negotio reſcribi poſſet,

Ητοι μεν ρα ἀνακτος εναντα Ποσειδὰωνος.

Verum in hac Deorum pugna plura reperiuntur ridicula, ſtolida, abſurda, ac barbara, quam quæ hujus ſint loci.

Ω. 449.—τίω Μυρμιδονες ποιησαν ανακτι, Rurſus 452. Αμφι δε ὁι μεγαλην αυλην ποιησαν ανακτι] Fuerunt inter veteres qui totum hunc librum *Homero* abjudicarent. Atque in eo quidem adeo multa occurrunt,

runt, quorum ſimilia nuſquam alias legantur, ut continere me nequeam quin in eorum ſententiam concedam. Loca tamen, quæ deſcripſimus, ad *Homericam* verbi ἀναξ poteſtatem, ſi res poſtularet, exigi poſſent pro ποιησαν ſcribendo utrobique ποναοντο. Aut etiam in priore non incommode legere poſſes non ita abſimili literarum ductu τὼ Μυρμιδονες ποιησαν αγανοι. in altero autem mutato verborum ordine— ςαυρεσσι ἀνακτα Ποιησαν πυκινοισι. Aliud tamen diſplicet quod habeamus tam οἱ quam ἀνακτι ad unum Achillem referendum. Huic vero incommodo ſubveniret qui Αμφι δε και——legeret.

ΟΔ. Ξ. 438.——κυδαινε δε θυμον ανακτ☉] Verbum κυδαινε interpretatur *Barneſius recreabat*, *Clarkius lætificabat*. Ad ſententiam quidem ſat commode uterque; ſed ad germanam verbi illius notionem non item. Hæc autem ab iiſdem alibi recte exponitur, *honorifice-excipio*, *gloria-inſignio*, *laude-effero*, *honorifice-nomino*. Nec verbo verbum iſtud uſquam alias ad animum refertur, adeoque ſententiæ nihilo magis quam verſui congruit. Reponendum autem cenſeo,

——————— θυμον δ' ΙΑΙΝΕ ἀνακτος,

vel potius ἴηνε. Verbum utique ιαινω, cui æquipollet Romanorum *recreo* vel *lætifico*, ad voces θυμος, φρην, ητορ, κηρ, κραδιη paſſim referri videmus. Τ. 174.— συ δε ΦΡΕΣΙ σῃσιν ΙΑΝΘΗΙΣ. Ψ. 597.——τοιο δε ΘΥΜΟΣ ΙΑΝΘΗ.——600.——μετα φρεσι ΘΥΜΟΣ ΙΑΝΘΗ. ΟΔ. Δ. 548.—ΚΡΑΔΙΗ και ΘΥΜΟΣ—ΙΑΝΘΗ.

840.——φιλον δε οι ΗΤΟΡ ΙΑΝΘΗ. Ζ. 155.——σφισι ΘΥΜΟΣ ——ΙΑΙΝΕΤΑΙ.——Ο. 165.——και πασιν ενι ΦΡΕΣΙ ΘΥΜΟΣ ΙΑΝΘΗ. 378.——ϊα τε ΘΥΜΟΝ αει δμωεσσιν ΙΑΙΝΕΙ. Χ. 59.——εισοκε σον ΚΗΡ ΙΑΝΘΗΙ. ——Cæterum totus exſcribendus eſt locus, quo melius de conjectura noſtra judicium feratur:

Νωτοισιν δ' Οδυσηα διηνεκεεσσι γεραιρεν
Αργιοδοντος ὑος, θυμον δ' ιαινε ανακτος.

Suſpicor utique in codicis alicujus margine ſcriptum fuiſſe κυδαινε vel εκυδαινε tanquam interpretamentum verbi γεραιρεν (ſunt enim hæc verba ſynonyma) per errorem vero tanquam var. pro ιαινε lectionem acceptum in contextum tandem irrepſiſſe. Sed malim, uti partim dixi, γεγηθεν et ιηνε.

Π. 14.—ὁ δ' αυτος ηλυθ' ανακτος] Lege—ηλθε ανακτος. Id quod apud *Dionyſium Halicarn.* habetur adjecto tantum uti fit ν paragogico.

Φ. 56. et 83.——τοξον ανακτος] Reponendum τοξα ανακτος. Neque enim τοξα de unico arcu raro uſurpatur. Ipſo hoc in libro de eodem Ulyſſis arcu iſta legimus. 90.——ΤΟΞΑ λιποντε. 259.——τις δε κε ΤΟΞΑ τιταινοιτ. 359. Αυταρ ὁ ΤΟΞΑ λαβων. 362. ——ΤΟΞΑ φερεις. 369.——φερε ΤΟΞΑ, ταχ. 378. ——τα δε ΤΟΞΑ φερων.

Ω. 30.——ηπερ ανασσες] Monet Scholiaſtes totum hunc librum una cum parte præcedentis ab *Ariſtophane* grammatico et *Ariſtarcho* ſpurium judicatum eſſe. Quorum ſententiæ favet codex quidam a

Tho.

Tho. Bentleio collatus, qui libri ſuperioris verſu 296. poema claudit. Hoc quidem in loco, ſi neceſſe eſſet, ſat commode ſcribi poſſet—ἧς ἐάνασσες. Cæterum *Bentleianæ* de vocibus ἄναξ et ἀνάσσω obſervationi (ad Il Π. 172.) iſta adjicit doctiſſ. *Clarkius*: "Quod "ſi verum eſt, conſequens erit ut vox ηνασσε pronun-"ciatum fuerit εϜανασσε: ideoque (quod notatu dig-"niſſimum eſt) verſiculum a voce ηνασσες, vel ηνασσεν, "vel ηνασσον, inchoatum apud *Homerum* nuſquam "reperias." Imo ulterius obſervare potuiſſet vir doctiſſ. verba ηνασσον, ηνασσες, ηνασσεν, nuſquam ita collocata reperiri, quin eorum ſedem occupare poſſint εϜανασσον, εϜανασσες, εϜανασσεν: cum tamen certiſſimum ſit verſus heroici eam eſſe rationem, ut quatuor in locis præter initium, nempe poſt abſolutos pedes primum, ſecundum, tertium, et quartum ηνασσον, &c. recipiat, ex quibus tamen εϜανασσον, &c. excludat.

FINGE nunc ſecundo vocem a conſonante inchoari cujus prima ſyllaba ſit longa. Exigunt metri heroici leges ut omnis itidem ſyllaba ante hujuſmodi vocem correpta in brevem vocalem exeat, adeoque ut ante eandem producatur omnis ſyllaba in conſonantem exiens quæ ſequente vocali neceſſario corriperetur. Hujuſmodi ſunt ἄστυ, εἰπεῖν, ἔργον, ἴλιος, ἴεις, ἴσος, οἶδα, οἶκος, οἶνος, &c. Similiter vox quælibet a conſonante incipiens, quæ primam et ſecundam brevem habeat, omnem ante ſe ſyllabam

 producit

producit quæ ſequente vocali produci non poſſet. Hac gaudent proprietate ἔπος ἔπεος, ἐρύω, ἰάχω, ἴκελος, &c. Cum autem in ſuperiori indice abunde congeſſerimus exempla brevium vocalium ante verba (liceat ita loqui) Vauata non eliſarum; ne tædio lectori ſimus, a ſimilibus exemplis quorum ante ἄςυ, εἰπεῖν, ἔργον, &c. ampla ſeges habetur, hic nos abſtinebimus; generis alterius nonnulla contenti adduxiſſe, in quibus ſyllabæ breves in conſonantem exeuntes iſtorum verborum familiæ unius ope producuntur.

ΙΛΙΑΔ. Α.

108. εἶπες ἔπος
534. τετληκὼς εἰπεῖν

Β.

109. —σαμενος ἔπεα
271. τις εἴπεσκε
361. τὸν ἔπος

Γ.

249. νος ἔπεεσσιν
297. τις εἴπεσκεν
319. τις εἴπεσκεν

Δ.

18. τις εἴπεσκεν
85. τις εἴπεσκεν
203. νος ἔπεα
233. νος ἔπεεσσιν
241. σιν ἔπεεσσιν

Ε.

871. νος ἔπεα

Ζ.

62. παρειπων
337. παρειπουσα
459. τις εἴπησι
479. τις εἴπησι

Η.

87. τις εἴπησι
121. παρειπων
178. τις εἴπεσκε

201. τις

201. τῖς εἴπεσκε
356. νο̄ς ἔπεα
375. νο̄ν ἔπος

Θ.

6. ἐμο̄ν ἔπος
496. νο̄ς ἔπεα

Κ.

425. νο̄ς ἔπος

Λ.

579. νο̄ς ἔπος
787. νο̄ν ἔπος
792. παρέιπων
814. νο̄ς ἔπεα

Μ.

249. νο̄ς ἐπέεσσιν

Ν.

462. νο̄ς ἔπεα
619. νο̄ς ἔπος

Ξ.

212. τεο̄ν ἔπος
356. νο̄ς ἔπεα
500. νο̄ς ἔπος

Ο.

48. νο̄ς ἔπεα

210. σῖν ἐπέεσσιν
398. παρέιπων

Π.

236. ἐμο̄ν ἔπος
502. μῖν εἴποντα
537. νο̄ς ἔπεα
829. νο̄ς ἔπεα
855. μῖν εἴποντα

Ρ.

119. νο̄ς ἔπος
215. νο̄ς ἐπέεσσιν
414. τῖς εἴπεσκεν
423. τῖς εἴπεσκε
537. νο̄ς ἔπος
701. κακο̄ν ἔπος.

Σ.

324. ἅλιο̄ν ἔπος

Υ.

204. ὀντε̄ς ἔπεα
424. νο̄ς ἔπος

Φ.

73. νο̄ς ἔπεα
98. νο̄ς ἐπέεσσιν
121. νο̄ς ἔπεα

183. νο̄ς

183. νõς ἔπος
368. νõς ἔπεα

X.

106. τῖς εἴπῃσι
329. νõς ἐπέεσσιν
361. μῖν εἰπόντα
372. τῖς εἴπεσκε
375. τῖς εἴπεσκε
377. σῖν ἔπεα

Ψ.

492. ᾠõν ἐπέεσσιν
557. νõς ἔπεα
575. τῖς εἴπῃσιν

Ω.

56. τεõν ἔπος
75. νõν ἔπος
92. õν ἔπος
224. õν ἔπος
744. νõν ἔπος
767. κακõν ἔπος

ΟΔΥΣ. Β.

189. νõς ἐπέεσσιν
323. õν ἐπέεσσιν
324. τῖς εἴπεσκε

Γ.

345. νõς ἐπέεσσιν

Δ.

503. λõν ἔπος
769. τῖς εἴπεσκε
772. τῖς εἴπεσκε

Ζ.

223. ισᾶν εἶπον

Θ.

328. τῖς εἴπεσκε
358. τεõν ἔπος
415. νõς ἐπέεσσιν

Κ.

37. τῖς εἴπεσκε
70. νõς ἐπέεσσιν
265. νõς ἔπεα

Λ.

615. νõς ἔπεα

Ν.

167. τῖς εἴπεσκε
170. τῖς εἴπεσκε

Π.

7. õν ἔπεα

Ρ.

349. νõς ἔπεα
482. τῖς εἴπεσκε
543. õν ἔπεα

552. νõς

552. νο̄ς ἔπεα
591. χο̄ν ἔπεα

Σ.

71. τι̅ς ἐιπεσκε
165. κε̄ν ἐιποιμι
399. τι̅ς ἐιπεσκε

Τ.

3. χο̄ν ἔπεα
98. νο̄ς ἐιπῃ

Υ.

375. τι̅ς ἐιπεσκε

Φ.

324. τι̅ς ἐιπῃσι
361. τι̅ς ἐιπεσκε
396. τι̅ς ἐιπεσκε

Χ.

26. ο̄ν ἐπεεσσιν
100. νο̄ς ἔπεα
150. χο̄ν ἔπεα
225. σι̅ν ἐπεεσσιν
311. νο̄ς ἔπεα
343. νο̄ς ἔπεα
366. νο̄ς ἔπεα
373. ατα̅ρ ἐιπῃσθα
392. επο̄ς ἐιποιμι
426. νο̄ς ἔπεα

Ψ.

112. χο̄ν ἔπεα
148. τι̅ς ἐιπεσκε
110. τι̅ς ἐιπεσκε

Ω.

172. με̄ν ἐπεεσσιν
261. εμο̄ν ἔπος

NEC vero ſolis vocalibus in verborum initio præfici olim ſolebat conſonans Vau, ſed eam etiam ſemivocales liquidæ λ, μ, ν, ρ, ante ſe pronunciari commodiſſimæ patiebantur. Exempli gratia Ιλ. Ε. 358.

Πολλα Ϝλισσομενη, χρυσαμπυκας ητεεν ἵππους.

Ως φατο, κωκυϜσεν δε μαλα Ϝμεγα παιδα Ϝιδουσα.

Δ. 274. Τω δε κορυσσεσθην· ἁμα δε Ϝνεφος ἕιπετο πεζων.

Β. 773. ΑτρεϜιδῃ· λαϜοι δε παρα ϜρΗηγμινι θαλασσης.

Hinc

Hinc collige portentorum iſtorum ελλαβε, ελλιαστο, ελλιτανευε, ἐῤῥαιϑη, ἐῤῥεεν, ἐῤῥεζε, ἐῤῥηξαντο, ἐῤῥεξην, ἐῤῥιγησαν, ἐῤῥιψεν veram poteſtatem eſſe, εWλαβε, εWλιαστο, εWλιτανευε, εWρhαιϑη, εWρhεWεν, εWρhεζε, εWρhηξαντο, εWρhηξεν, εWρhιγησαν, εWρhιψαν. Ac verba quidem non nulla hodie a ῥ inchoata, quorum ex numero ſunt ῥηγνυμι et ῥιπτω, olim a conſonante Vau, non jam ſubinde, uti alia, ſed perpetuo inchoabantur, Sermonis vero Attici eſt proprium omnibus omnino verbis a ῥ prout hodie ſcribuntur incipientibus duplicis conſonantis vim perpetuam conferre. Hinc factum videmus ut in omnibus hujuſmodi verbis poſt vel augmentum vel vocem componentem litera ρ apud ſcriptores Atticos geminetur. Hujuſmodi ſunt ενερριγωσι *Ariſtoph.* Plut. 847. διαρραγειης 893. ερραγη Nub. 583 διεῤῥυηκοσιν 871. ὑπορρεοντος [m. επιῤῥεοντος] 1292. επιρρεοντων 1297. διοκορραφειν 1485. παραρραγεντος Ran. 415. πολυῤῥοδους 451. πορριζος 595. κομπεφακελορρημονα 863. καταῤῥινημενον 931. αναῤῥηγνυς Equ. 623. νευρορραφεις 736. καταῤῥεοντες Acharn. 26. κακορροϑει 576. ὑδρορροας 922. περιῤῥαγεις 932. atque alia innumera. Nempe hæc ſcribendi ratio primo in Poetarum ſcripta metri ſuffulciendi cauſa imperite invecta eſt, atque inde in ſolutam orationem derivata. Imperite inquam: nam obſervari potuiſſet verba non compoſita a ῥ incipientia vires itidem retro ſufficere, ac finales præcedentium ſyllabas natura breves conſtanter producere. Cujus rei exempla libet deſcribere. Nub. 343.

Κυχ

Κουχι γυναιξιν, μα Δι, ουδ' οπουν. αυται δε̃ ῥινας εχουσιν.

415. Μητε̃ ῥιγων αχθει λιαν, μητ' αριστων επιθυμεις.

Equ. 543. Αιρεσθ' αυτω πολυ το̃ ῥοθιον, παραπεμψατ' εφ' ενδεκα κωπαις.

Acharn. 1145. Σοι δε̃ ῥιγωντι προφυλαττειν.

Pac. 698. Κερδους εκατι καν επι̃ ῥιπος πλεοι.

Vesp. 739. Εις τα̃ ῥακια σκωπτοντας αει, και τους φθειρσιν πολεμουντας.

Eurip. Ion. 522.

Παυε, μη ψαυσας τα του θεου στεμματα̃ ῥηξης χερι.

Electr. 772. Ποιω τροπω δη, και τινι̃ ῥυθμω φονου;

Hippol. 459. Συ δ' ουκ ανεξη; χρην σ' επι̃ ῥητοις αρα.

Æschyl. pag. 61. l. 16. edit. *H. Steph.*

Διαρταμησει σωματος μεγα̃ ῥακος.

Horum versuum germanam potestatem assequeris pronunciando wϱhινας, wϱhιγων, wϱhοθιον, wϱhιγωντι, wϱhιπος, wϱhακια, wϱhηξης, wϱhυθμω, wϱhητοις, wϱhακος. Emenda obiter *Aristophanem* Plut. 1066.

Οψει καταδηλα του προσωπου τα̃ ῥακη.

uti et *Euripidem* Taur. 253.

Ακταις επι̃ ῥηγμισιν αξενου πορου.

vel potius Αυταις επι ῥηγμισιν—*Ipsa ad littora.* Utramque enim ακτη et ῥηγμιν unum idemque αιγιαλος exponunt *Hesychius* et *Suidas.* Nec vero vero utravis adjectivi more usquam adhibetur. Vulgo autem legitur apud hunc Ακταισιν επι ῥηγμισιν apud illum του προσωπου γε τα ῥακη. Nempe utrumque versum cor-

rupit officiofa nimis fedulitas. Quod vitium in eum infigniter cadit, quicunque Nub. 415. primus repræfentaverit, quo tamen modo etiam habet Cl. *Kufteri* editio,

Μητε γε ριγων αχθει λιαν, μητε γ αρισαν επιθυμεις.

Vocula utique γε, quam bis inferciendam curavit, metri rationem toties interturbat. Alterum ex jam dictis liquido ni fallor conftat. Alterum exinde conftabit quod verbum αεισαν cum tota familia primam femper producat. Equ. 535.

Ος απο σμικρας δαπανης ὑμας ᾱεισιζων απεπεμπεν.

Vefp. 611.

Εις σε βλεψαι κ) τον ταμιαν ὁποτ ᾱεισον παραθησει.

Pac. 1280.

Ἀεισον προπιθεντο και ἀτῦ ἡδισα μασασθαι.

Av. 660.

Ἀεισισον ευ· την δ' ἡδυμελη συμφωνον αηδονα μυσης.

Loci autem ultimi, ut illud obiter moneam, vitiofa eft fyntaxis: neque enim habetur quo referri poffit genitivus μυσης. Tu vero lege, puncto duntaxat accedente, μυσης ad συμφωνον referendum. Nempe ifta συμφωνον αηδονα μυσης ex poeta nefcio quo Ionico defcripfiffe Comicus videtur. Lectioni quam commendamus refpondet doctiff. *Hemfterhuifii*, quicquid is demum legerit, interpretatio; *at dulce canentem et voce* Mufis *æquiparandam lufciniam* *.

* Ad Græcam loquendi formulam μυσης συμφωνον *Terentiani* verbis fic proprius acceſſeris, *Mufis confonantem. Terentiani*

inquam

Sed utcunque Athenienſibus placuerit adſpiratio Vau literæ ϱ præfixa, eam tamen iidem vocalibus itidem in verborum certe initio præficere uſque adeo reformidabant, ut in verbis non niſi uno et altero, quantum obſervarim, factum hoc videre ſit. Sunt autem ea αμφὶεννυμι et ϖϱοϝελειν. Quorum hoc quidem apud *Ariſtophanem* Ran. 742. Cl. *Kuſtero* crucem fixit. Locus autem ſic præfertur:

Των ϖολιτων ϑ᾽ ὃς μεν ισμεν ευγενεις και σωφϱονας
Ανδϱας οντας, και δικαιους, και καλους τε καγαθους,
Και τϱαφεντας εν παλαιστϱαις και χοϱοις και μουσικῃ
Πϱοϝελουμεν· τοις δε χαλκοις και ξενοις και Πυϱϱιαις &c.

inquam verbis: quanquam enim ea in grammatici ſcriptis, prout hodie repræſentantur, fruſtra quæſieris; at novi tamen locum ubi certo certius olim comparebant. Is autem extat pag. 106. l. 10.

Metrum, quo memorant Anacreonta
Dulces compoſuiſſe cantilenas.
Hoc Petronius invenitur uſus:
Muſicum lyricum refert eundem
Conſonantia verba cantitaſſe.

Cuinam utique ſe adprobare poterunt *Muſicum lyricum eundem*? Cuinam *Conſonantia verba* tam nude poſita? Cuinam denique ασυνδετος iſta oratio, *Petronius invenitur uſus — refert —*? Ne multis morer, *Terentianum* ſic ſcripſiſſe cenſeo:

Hoc Petronius invenitur uſus,
MUSIS CUM *lyricum refert eundem*
Conſonantia *verba cantitaſſe.*

Hæc autem emendatio atque altera qua *Ariſtophanem* jam donavimus mira quadam conſpiratione lucem ſibi mutuo egregiam affundunt.

Ad quem vir Cl. "Lectionem hanc (inquit) exhi-
"bet etiam *Stobæus* loco laudato; itemque *Suidas*,
"qui ad locum hunc Comici procul dubio respexit,
"dum ait, Περστελεμεν. αντι τε προπηλακιζομεν. Est au-
"tem το προστελεμεν a προστελειν, quod secundum Ma-
"gistros Græcos significat, *injuria et contumelia ali-*
"*quem afficere. Hesychius*: Περστελει, (lege προστελει)
"προπηλακιζει. Etymologus V. Περστελημοι: Περστελλειν
"(lege προστελειν) το υβριζειν. His adde Scholiasten
"nostrum. Cæterum, quamvis vox προστελεμεν auc-
"toritatibus suis non destituatur, adversus metrum
"tamen contumax est; neque video quomodo
"cum eo conciliari possit. Quare amplius de loco
"hoc cogitandum censeo." Viro Cl. quodnam suggesserint αι δευτεραι φροντιδες, quæ juxta *Euripiden* σοφωτεραι esse solent, equidem divinare nequeo. Eum vero crediderim a vera loci potestate aberrare perrexisse. Hanc autem constituo ΠερσϜελεμεν· τοις δε χαλκοις — Eadem ejusdem verbi cum prosoedia tum notio apud *Æschylum* occurrit in Prometheo pag. 30. l. 9.

Ορων εμαυτον, ωδε προσϜελεμενον.

Prosoediæ non est ut diutius immoremur. Notionem vero sic colligi velim. Verbum apud Græcos recentiores ελος, apud veteres Ϝελος, paludem denotabat; atque hinc factum est ut palustri cuidam loco nomen *Veliæ* Latini indiderint, uti *Dionysium Helicarnessensem* supra docentem vidimus. Cum autem

tem paludis *coenum* ſit maxime proprium, verbum προσWελειν a Wελος confictum nihil aptius ſignificare potuit quam *coeno conſpergere*; h. e. *modis indigniſſimis excipere.* A propria notione quam minime diſcedit Scholiaſtæ, *Heſychii*, et *Suidæ* interpretamentum περιπηλακιζειν. Tranſlatam exhibet *Etymologi* ὑβριζειν. Apud hunc porro veræ poteſtatis indubitata extant veſtigia in ſcriptura iſta ΠΡΟΣΟΥΛΛΕΙΝ. Scripſit utique vix dubito ΠΡΟΣΟΥΕΛΕΙΝ ut ſonum προσWελειν deſignaret; non ſecus atque *Dionyſius Halicarn.* nomen VELIA, h. e. WELIA forma ΟΥΕΛΙΑ donavit.

Frequentiſſimum conſonantis Vau uſum fuiſſe credendum eſt ut in mediis verbis importunus vocalium concurſus vitaretur. Situs autem is erat rariſſimus, quo conſonantibus δ et ς ſubjungebatur, uti in verbis δWεινος, δWην, σWαινω, σWευω; non ſecus atque Anglice ſcribimus *dwell* et *ſwain.* Horum unam familiam mox exhibendam ſumus curaturi.

ATQUE hæc quidem in præſens dixiſſe ſufficiat de poteſtate proſoediaca conſonanti Vau cum cæteris ſimplicibus communi: Alteram porro ei virtutem ineſſe videmus, quam cæterarum conſonantium nulla itidem ſortitur. Ea autem cujuſmodi ſit, exempla commodiſſime docebunt. Obſervarunt *Homeri* editores, quod et vix quenquam latere potuit, verborum λυω, πω, et ſimilium priorem

rem modo corripi, modo produci; cum tamen in futuris λυσω, et πισω, et quæ hinc fluant temporibus, nulla ſit quantitatis variatio. Hoc inquam obſervarunt editores, ſed in rei obſervatæ ratione proſoediaca inveſtiganda artem ſuam fruſtra exercuere. Nec vero ſine riſu alios aliorum commenta video ſannis excipientes, cum ipſi interim nihil ὑγιεστερον excogitarint. Ridet non ſemel doctiſſ. *Clarkius Barneſii* ineptias vocalem υ in λυω, ι in πιω communem ſtatuentis: cum tamen quæ ipſe comminiſcatur a *Barneſii* ineptiis verbo duntaxat tenus diſcrepent. Nempe vocales υ et ι in dictis ac ſimilibus verbis natura longas eſſe cenſuit; ob poſitionem vero aliquando corripi, quatenus ſcilicet altera ſequatur vocalis. At enim aliane obſecro eſt productarum, alia correptarum poſitio? Num diverſa eſſe poteſt ſyllabarum diſtributio? At ni hoc fieri poſſit, commentum quo ſe tam mirifice extulit vir doctiſſ. ad *Barneſii* ineptias plane recidit. Nos iſtiuſmodi vocales natura breves eſſe ſtatuimus, iis autem ſubjici oportere conſonantem Vau. Hæc utique inter duas vocales intercedens in diverſis pro arbitrio ſyllabis enunciari poterit. Verbi utique λυWω priorem pro lubitu conſtituere licebit vel λυ, vel λυW: Si a vocali claudatur λυ-Wω, non poterit non corripi: ſin a conſonante λυW-ω, eam ſimul ac pronunciaris, ea erit oris figuratio, ut ante ſequentem vocalem altera w neceſſario ſit efferenda. Futurum vero λυWσω in ſyllabas ita ſecari nequit, ut priorem

priorem corripiat. Similis eſt ratio proſoediaca verborum αϝος, δαϝιζω, διϝα, ολοϝος, aliorumque haud paucorum.

Nec vero in mediis duntaxat verbis obtinebat conſonantis Vau virtus quam expoſuimus proſoediaca. Eam porro videmus in verborum itidem initio collocatam vires ac tempus (ut cum *Terentiano* loquar) retro ſufficere ſolitam. Iſtius, verbi gratia, Ιλ. Δ. 86.

Η δ' ανδρι ικελη ———

vera poteſtas eſt Η δ' ανδρι ϝικελη; ſyllabarum autem ratio, unde pendet proſoedia, Η δ' ανδριϝ ικελη—Quo de loco doctiſſ. *Clarkius* ad vers. 81. *Qua* (inquit) *ratione ultima in voce* ανδρι *vers.* 86. *producatur, vide ad* Α. 51, Hoc eſt:

Ito ad dextram: prius quam ad portam venias, apud ipſum lacum
Eſt piſtrilla, et exadvorſum eſt fabrica: *ibi eſt*—

Ego utique ad Α. 51. a viro doctiſſ. adnotata adii, patienſque ac commodus ſatis perlegi: ibi vero nil quidquam repperi ad quod ultima voci ανδρι, cum neque vocalis adſpirata nec diphthongus ſequeretur (nam in his nugis multus eſt vir doctiſſ.) referri poſſet.

Perreptavi uſque omne oppidum, ad portam, ad lacum,
Quo non? neque illic fabrica *ulla erat*———

Hac occaſione vetus illud criticorum opprobrium

Ιλ.

Ιλ. Γ. 172. nefas plane eſſet præterire. Germanam autem ejus poteſtatem ſic concipi volumus,

———— φιλε Wεκυρε δWειvος τε:

proſoediacam autem ſyllabarum rationem,

————φιλεW εκυρεδ Wειvος τε.

Vocis Wεκυρε poteſtas in uno verſu bis conſpicitur Ιλ. Ω. 770.

Η Wεκυρη· Wεκυρος δε————

Alterius δWειvος, uti et ejuſdem familiæ omnium, eandem *Homerus* vim perpetuo ſervavit Ιλ. Α. 515. —επει ȣ τοι επι [l. ενι] δWεος. Ε. 574.—Τω μεν αρα δWειλω. 817. Ουτε τι με δWεος. Κ. 254.——ὁπλοισιν ενι δWειvοισιν. Λ. 10.—μεγα τε δWειvον τε—37.—περι δε δWειμος τε. Ν. 224.—Ουτε τινα δWεος. Ξ. 387.—αλλα δWεος ισχανει. Ρ. 217.—τε ΔWεισηνορα θ. Φ. 25.—ποταμοιο κατα δWειvοιο. Ω. 116.—εμε τε δWειση. Οδ. Γ. 322.—μεγα τε δWειvον τε. Ε. 52.—Οσε κατα δWειvȣς—Ι. 236. Ημεις δε δWεισαντες. Hinc porro liquet pro portentis iſtis plus nimio familiaribus εδδεισεν, περιδδεισας, ὑποδδεισας legi tandem oportere εδWεισεν, περιδWεισας, ὑποδWεισας. Ex iis denique quæ modo diximus in proclivi erit colligere quo tandem ſenſu vera ſint *Priſciani* verba poetam Æolicum in iſto ΝΕΣΤΟΡΑ ΔΕ FΟΥ ΠΑΙΔΟΣ digamma pro duplici conſonante poſuiſſe docentis. Libet tamen in tranſcurſu monere alteram ejuſdem doctrinam, Æoles itidem digamma pro nihilo quandoque accepiſſe, futilem eſſe atque abſurdam.

ſurdam. Quod enim adducit Αμμες δ' Fειρ̣αναν το δε τ' ἀφ θετο μωσα λιγαια, quin corruptum ſit nihil dubii eſſe debet. Quicquid autem de Fειραναν et ſequentibus ſtatuendum ſit, unum illud interim mihi perſuaſum ſedet, pro Αμμες δ', modo vox ſequens a F inchoata fuerit, reſcribi oportere Αμμε δε, vel forte Αμμι δε, nam quo hæc referenda ſint non liquet; uti et alterum, pro λιγαια legendum eſſe λιγεια. Idem non minus fruſtra docet Æoles itidem digamma pro vocali correpta uſus inveniri. Neque enim in iambico dimetro quem ex *Alcmane* laudat,

ΚΑΙ ΧΕΙΜΑ ΠΥΡ ΤΕ ΔΑFΙΟΝ,

vox ΔΑFΙΟΝ quadriſyllaba accipienda eſt ſecunda correpta δαΐιον, ſed triſyllaba, prima juxta ea quæ de λύWω monuimus, producta. Atque illud quidem ad commentum confugiſſe *Priſcianum* non poſſum non mirari, qui τῷ digamma duplicis conſonantis poteſtatem alibi tribuerit. Et profecto ſi apud *Homerum* in voce δήιος recte haberetur vocalis η, poſtularet dialectorum analogia ut in ΔΑFΙΟΝ apud *Alcmanem* prima etiam ante ſimplicem conſonantem produceretur. Sed cum *Priſciano* omnino cenſeo vocalem α in ΔΑFΙΟΝ eſſe natura brevem, adeoque apud *Homerum* pro δήιος, cujus prima modo producitur, modo corripitur; ubique ſcribendum eſſe δάϊος. Cæterum, ut illud obiter perſtringam, de *Horatiana* vocis *ſylüæ* dihæreſi a *Priſciano* laudata Cl. *Bentleius* ad Carm. I. 23. 4. " Similem (inquit)

"sane dalysin in aliis verbis admiserunt non *Ca-*
"*tullus* solum, qui paulo durior est, sed tersissimi
"Poetarum *Tibullus* et *Ovidius:* ille Eleg. I. 7. et
"alibi,

Stamina non ulli dissolüenda *deo*

hic in Epist. Medeæ Jasoni

Debuerant fusos evolüisse *meos*

"et passim. Verum alia ratio horum est, alia, ni
"fallor, *silüæ*. *Solvo* enim et *volvo*, si consonantem
"in vocalem dissolveris, primam brevem habe-
"bunt; ut ex supinis et participiis constat, *solutus*,
"*volutus:* *Silüa* autem, etiam per dihæresin in tres
"syllabas dissoluta, primam tamen longam retine-
"bit; siquidem certum est a Græco ὝΛΗ, vel per
"digamma Æolicum ὝΛϜΗ, Latinum *Silva* pro-
"fluxisse. Nam ὝΛΗ quidem apud Græcos syl-
"labam primam semper productam habet." Ego vero continere me nequeo quin credam contra quam judicavit vir Cl. *Horatianæ* in voce *sylüa* dialyseos eandem plane esse rationem, quæ est *Tibullianæ* in *dissolüenda*, et *Ovidianæ* in *evolüisse*. Velim enim scire undenam colligi possit Æolicum ΥΛϜΗ, vel forte ΥϜΛΗ, vocalem Υ natura brevem non habuisse: An quia ΥΛΗ, prout hodie exhibetur, primam semper habet productam? At aliter fieri non potuit, utcunque τὸ Υ in vetere scriptura ΥΛϜΗ natura breve fuerit; nam ΥΛϜΗ in syllabas ita secari non potest, ut priorem brevem habeat; neque igitur

tur quod ejus locum hodie occupat ΥΑΗ priorem uſpiam potuiſſet non producere. Finge, verbi gratia, ex verbo Latino *ſolvo* deleri ubique literam V. Annon neceſſe erit ut deinceps prius O longæ partes ubique ſuſtineat? At quis tamen exinde legitime intulerit vocalem illam natura longam eſſe? Verum ſi nullo argumento evinci poſſit vocalem Υ in voce ΥΑFΗ non fuiſſe natura longam, ſatis opinor eſt *Horatii* auctoritas cur natura brevem fuiſſe, adeoque eadem plane ratione *ſylvæ* in *ſylüæ*, qua *evolviſſe* in *evolüiſſe*, et *diſſolvenda* in *diſſolüenda* migraſſe concludamus.

HACTENUS in metrica conſonantis Vau auctoritate potiſſimum ſumus verſati. Reliquam hujus Sectionis partem analogicæ ejuſdem virtuti, in ſuperioribus non plane intactæ, uberiori exemplorum delectu illuſtrandæ impendemus. Noli tamen mirari ſi forte in ſequentibus poteſtatis itidem proſoediacæ mentio ſubinde recurrat: Neque enim res tam amice conjurantes penitus disjungere fas videtur.

ΙΛ. Α. 7. Ατρειδης] Germanum hujus verbi ſonum ΑτρεWιδης ſtatuimus. Analogiam autem ſic concipi volumus. Quod hodie repræſentamus Ατρευς veterum Ionum ſermone erat ΑτρεWς. Nempe elementum Υ conſonantis Vau tam ſonum quam locum innumeris in verbis jam olim occupavit. Hujus autem a genitivo ΑτρεWος non ſecus fluit patrony-

 micum

micum ΑτρεWιδης, atque ab Εκτορες et Νεστορες, Εκτορειδης et Νεστορειδης. Simili ratione a genitivis ΑιγεWος, WοινεWος, ΠηλεWος, ΤυδεWος, ΦυλεWος, derivantur ΑιγεWιδης, WοινεWιδης, ΠηλεWιδης, ΤυδεWιδης, ΦυλεWιδης. Quam ad confirmandam analogiam accedit quod quadriſyllabam hanc ſcripturam metricæ itidem leges ubique patiantur: cum tamen certiſſimum ſit eam eſſe verſus heroici rationem ut triſyllaba Ατρειδης, Αιγειδης, &c. variis in locis commodiſſime recipiat, ex quibus tamen omnibus quadriſyllaba ΑτρεWιδης, ΑιγεWιδης, &c. excludat. Cæterum verſum iſtum Γ. 182.

Ω μακαρ Ατρειδη, μοιρηγενες, ολβιοδαιμον

auctor eſt *Euſtathius* laudari ſolitum eo quod vicem monoſyllabam diſyllaba, deinceps triſyllaba, quadriſyllaba, et quinqueſyllaba ordine et κλιμακηδον excipiant. Sed ignoſcet uti confido mihi bonus *Homerus*, ſi forte effecero ut laus iſta quam ipſe ſat ſcio nunquam expectaverit, in poſterum ſit nulla. Atque hanc quidem veniam quo certius conſecuturus videar, facit quod perſuaſum habeam *Ariſtophanem* olim quendam finxiſſe κλιμακι non minus artificioſo deorſum crepantem. Hujus quidem laudem Comico inviderunt librarii atque editores, qui utique locum ita mutilaverint: Nub. 389.

Ατρεμας πρωτον παππαξ· καπειτ επαγει παπαπαππαξ·
Χωταν χεζω κομιδη βροντα παπαπαππαξ ὡσπερ ɛκειναι.

Ad quem Cl. *Kuſterus* " Cum (inquit) integrum
" pedem

" pedem versui huic deesse viderem, conjiciebam " το παππαξ bis scribendum esse: quam conjectu- " ram postea collatio MS. *Vatic.* confirmavit." Fefellit utique virum Cl. uti et correctorem *Vaticanum* alterum illud παπαπαππαξ ineptissime bis scriptum haberi. Hoc opinor videns editor *Londinensis* exhibendum curavit καπειτ επαγει παπαππαξ. quo quidem pacto ad pristinum κλιμακα propius accessit, sed versum adhuc magis contaminavit. Ipsius etiam κλιμακος gradus adhuc primus desideratur. Eum vero in integrum sic tandem restituo:

Ατρεμας πρωτον ΠΑΞ, κατα ΠΑΠΑΞ επαγει, καπειτα
ΠΑΠΑΠΠΑΞ.
Χωταν χεζω κομιδη βροντα ΠΑΠΑΠΑΠΠΑΞ, ωσπερ εκειναι.

Porro autem (ut ad analogiam *Homericam* revertamur) verba nonnulla duplici modo terminabant Iones, modo εWς, modo ηWς adhibentes; uti ex genitivis constat: νηWος verbi gratia et ΠηληWος ad rectos νηWς [vulgo νηυς] et ΠηληWς non secus referenda sunt atque νεWος et ΠηλεWος ad νεWς et ΠηλεWς. A ΠηληWος autem profluit alterum patronymicum ΠηληWιαδης, uti et a ΝηληWος ΝηληWιαλης. Nempe in formandis patronymicis genitivi terminatio ος vel ου post syllabam brevem in ιδης, post longam vero in ιαδης migrabat. Cujus rei exempla sunt Αγχῖσιαδης, Τελαμωνιαδης. Quæ analogia si antehac nota fuisset, motam jam olim de primi Viliadis versus enunciatione

tione litem neceſſario diremiſſet. Eadem etiam aliunde dirimi potuiſſet, modo obſervaſſent eruditi, quod verum eſt, terminationem genitivorum prout hodie repræſentatur εω nuſquam niſi μονοσυλλαϐως efferendam venire. Quod autem doctiſſ. *Clarkius* de Πηλεως, Πηλεῑ, et ſimilibus non ſemel obſervavit, nihili eſt, quod quidem ad *Homerum:* nam ea ſermonis Attici ſunt propria.

A. 409.—και αμφ ἁλα ελσαι Αχαιȣς] "συνελασαι, συγ-"κλεισαι" Brev. Schol auctor. Eo opinor intuitu ut a συνελασαι vocis ελσαι analogia, a συγκλεισαι notio definiatur. Et habent quidem Lexicographi " ελσαι pro ελασαι." At vero primo illud ελσαι ita locatum metri rationem plane peſſundat. Secundo, vox ελασαι neque apud *Homerum*, nec vero uſquam alias, tantundem valet quod συγκλεισαι; quem tamen ſignificatum poſtulat ſententia. Hem vero tibi germanam lectionem:

———— και αμφ ἁλα WΕΙΛΑΙ ΑχαιWȣς.

Annon jam vides accuratam tam ſententiam quam proſoediam? At mihi (inquies) unus ſcrupulus etiam reſtat de analogia vocis Wειλαι. Sic igitur collige: a verbo *Homerico* Wειλω, vulgo ειλω, fluit aoriſtus primus εWειλα, non ſecus atque a σπειρω, εσπειρα. Ab eodem verbo formata occurrunt εWαλην, Wαλεις, Wαληναι, ac pro eo Wαλημεναι, eadem plane analogia, qua a σπειρω formantur εσπαρην, σπαρεις, σπαρηναι:

ρηναι: quæ quidem vocabula vulgo exhibentur εαλην, αλεις, αλnναι, αλημϑαι; de quibus ineptiunt admodum Lexicographi. Libet hic in transcursu observare quam foedissime dehonestata sit ab eodem fonte deducta vox WεWελμϑοι Vil. XVIII. 287.

Η ϐπω κεκορηϑε εελμενοι ενδοθι πυργων;

-ε-ε-ελ? Hiccine quæso audis rotundo ore loquentem *Homerum*, an balbum potius syllabam ελ vix vi exprimentem? Tu vero pristinam loci potestatem instaura:

HW ϐπω κεκορεϑε WεWελμενοι ενδοθι πυργων;

Istud autem κεκορεϑε recte se habere, vulgatum vero κεκορηϑε perperam; argumento sunt, quæ apud eundem *Homerum* occurrunt, κορεσαι, κορεσαϑαι, κορεσαιατο, κορεσοντει.

Ιλ. Α. 529.

Αμϐρϛσιαι δ' αρα χαιται επερρωσαντο ἀνακτος
Κρατος απ αθανατοιο, μεγαν δ' ελελιξεν Ολυμπον]

ΕΠερρωσαντο ΑΠΟ κρατος? Congruitne obsecro præpositionum usus? Profecto si quod in oratione haberetur quo referri posset istud επι, nil quidquam improbarem. Cum vero nihil istiusmodi occurrat, locus soloecismi manifestus tenetur. Tu vero lege εWερρωσαντο. *Sed adversatur quod extat* Vil. XXIV. 616.

——— ἀιτ αμφ Αχελωιον ερρωσαντο·

quippe ibi neque εWερρωσαντο, *nec vero absque augmento* Wερρωσαντο *salvis metri legibus scribi potest.* At quid obstat

obſtat quo minus utrumlibet ſcribi poſſit? Nempe Αχελωιον ſi diis placet. Verum id ipſum abſurde ſcribitur. Neque enim fluvii nomen erat Αχελωιος ſed Αχελωὸς; uti ex ſexcentis apud poetas Græcos locis conſtat. Quibus ubique adſtipulantur poetæ Latini. Αχελωῖος vero eſt adjectivum a fluvii nomine formatum, non ſecus atque *Acheloïus* apud *Virgilium*,

Poculaque inventis Acheloïa *miſcuit uvis.*

Cum autem ΑχελωWὸν reſtitueris, εWερρωσαντο itidem, vel certe Wερρωσαντο ſubjungas neceſſe erit. *At enim fluvii nomen* Αχελωιος *videmus in altero apud Homerum exemplo*, Vil. XXI. 194.

——————— ΑΧΕΛΩΙΟΣ ισοφαειζει·

atque inſuper apud Heſiodum,

Φασιν τε, Ρησον τ, ΑΧΕΛΙΩΙΟΝ αργυροδινην.

At enim quæ vox vulgo enunciatur ισος ſermone *Homerico* eſt Wισος. Proinde vera poteſtas verbi Wισοφαειζει verum itidem fluvii nomen ΑχελωWος poſtulat. Idem apud *Heſiodum* exigit copularum ratio:

Φασιν ΤΕ, Wρhησον Τ, ΑχελωWον Τ αργυροδινην.

Sed alter porro extat locus ubi metro flagitante ερρωσαντο *legitur* Οδ. XXIII. 3.

Γȣνατα δ' ΕΡΡΩΣΑΝΤΟ ———————

Atqui ibi ſcribendum eſt, Γȣνα δε Wερρωσαντο——vel Γȣνα δ' εWερρωσαντο. Sic Wιλ. Ζ. 511.

Ριμφα ἑ ΓΟΥΝΑ φερει μετα ἠθεα και νομον ἱππων.

Ibidem ελελιξεν] Veram hujus verbi poteſtatem atque

atque analogiam ſupra exhibuimus. Conſimili porro forma pro Στητ ελελιχθεντες Wιλ. Λ. 587. efferendum eſt, Στητε Wελιχθεντες; ſicuti M. 74.

Αϕορρον ϖοτι Wαϛυ Wελιχθεντων υπ ΑχαιWων.

Hic utique ελελιχθεντων ſcribi non poteſt: neque enim vocalis υ unquam eliditur. Pari ratione pro Τὴν δ' ελελιξαμενος πτερυγος λαβεν· Wιλ. B. 316. modo locus iſte non ſit ſpurius; lege Τὴν δὲ Wελιξαμενος· atque interpretare: *Hanc autem* ſubito-ſe-impetu contorquens *ala prehendit*—Quod vero ſequitur in eodem verſu αμφιαχυιαν plane portentum eſt. Principio enim verbum *Homericum* eſt WιWαχω, non ιαχω. Deinde ut ιαχω itidem fuerit, habebimus participium non jam ιαχυιαν ſed ιαχουσαν. *At præſens-perfectum exinde formatur* ιαχα *atque hinc participium* ιαχυιαν. At prima ſyllaba non niſi producta; nam hoc poſtulat augmenti ratio. Eam vero hic corripi videmus. Quid autem ſi legamus — λαβε WεWιWαχυιWαν? Proferat ſaltem cui υγιεστερον quidquam ſuppetit. Porro pro ειλισσετο lege εWελισσετο. Illud denique Σμερδαλεος ελελικτο δρακων Λ. 39. contra proſoediæ leges repræſentatur. Sin Σμερδαλεος WεWελικτο legeris, *Homericæ* cum analogiæ tum verſui ſat conſulueris.

Ιλ. Β. 765. Οτριχας οιετεας—] Repone οWετεας, vocem eadem plane analogia compoſitam, qua præcedens οτριχας, et οπατρος Λ. 257. M. 371. Verbum utique unde deducitur, vulgo ετος, ſermone *Home-*

rico eſt Ϝετος. Cæterum hic ſeſe ultro offert refingendum *Heſiodi* locus Oper. 696.

Μητε τϱιηκοντων ετεων μαλα πολλ απολειπων.

Ubi hæc habet Cl. *Grævius.* "In MS. II. pro va-"ria lectione notatum erat: τϱιηκοντα, quam lectio-"nem *Tzetzes* probat invitis Muſis." At Muſis, inquam ego, neutiquam invitis probari poteſt; quanquam nullus tamen dubitem quin *Tzetzen* fefellerit vera ſequentis Ϝετεων poteſtas. Nempe ultimo vocis τϱιηκοντα ope ſubjecti Vau non ſecus producitur atque ſupra factum vidimus in Η δ᾽ ανδϱει Ϝικελη. Cujus etiam ſimilia extant exempla Σμεϱδαλεα ϜιϜαχων — θυγατεϱ Ϝην — ουδε Ϝος atque alia haud pauca. Contra vero τϱιηκοντων Muſis invitis in codd. MSS. editiſque repræſentari confirmare auſim. Neque enim Muſis Græcis magis adridere crediderim τϱιηκοντων quam *trigintorum* Latinis. Proinde ſi pergant editores τϱιηκοντων ετεων exhibere; at refingant certe velim interpretationem ut deinceps habeatur *trigintis annis:* ut, non dico Græcis Latina, ſed barbaris barbara reſpondeant.

Ιλ. Γ. 389. Τη μιν εεισαμενη πϱοσεφωνεε δι Αφϱοδιτη] Bellum iſtud verbum εεισαμενη metri fulciendi cauſa effictum eſt. Dum vero metro ſemel conſuleret, cuicunque hoc acceptum referendum ſit, adverſus analogiam non uno interim nomine peccavit. Primum autem eſt quod verbo a vocali inchoato augmentum quod vocant ſyllabicum tribuerit. Accedit,

cedit quod ſi verbum ipſum εεισαμλυ recte haberet, participio tamen augmentum perperam præficeretur. Tu vero deinceps me fidejuſſore legere aude, Τη μιν Ϝεισαμενη—a verbo utique Ϝειδομαι. hæc enim poteſtas apud *Homerum* perpetua eſt. Cujus quidem verbi, ut illud etiam moneam, ea eſt notio ut cum accuſativo conſtrui non poſſit. Neque igitur erat ut doctiſſ. *Clarkio* voculæ μιν collocatio moram injiceret, vel ut prope eſſet ut crederet Poetam ſcripſiſſe Τη MEN εισαμενη. Neque enim quidquam in oratione extat præter προσεφωνεε, quo vocula iſta legitime referri poſſit. Cæterum pro εισατο, εισαϑλυ, enuncianda curabis εϜεισατο, εϜεισαϑλυ.

Ιλ. Δ. 3. εῳνοχοει] Verbum hoc duplici augmento librariis viſum eſt donare. Ii vero ſua tandem ſecum habeant portenta, ut verbis deinceps *Homericis* jam nimium diu exulantibus propriæ ſedis copia fiat. Horum autem in numero venit εϜοινοχοϜει, uti et iſta formæ non ita diſſimilis, ϜεϜοικει, ϜεϜολπει, ϜεϜοργει; ſive præcedente vocali eliſa, εϜεϜοικει, εϜεϜολπει, εϜεϜοργει: quorum in loco hodie præferuntur εῳκει, εωλπει, εωργει.. His denique adjicias εϜοιδεις a Ϝοιδα, vulgo ηειδεις.

Ιλ. Ι. 116. Ααασαμλυ] "Verbum hoc fictitium et ab-
"norme, α in primis ſyllabis utramque habet *anci-*
"*pitem*. Quod in hoc verbo (credo) eſt *ſingulare*.
"Forte tamen hujus rei ratio ex eâ petenda erit
"analogia, quâ analogiâ dicitur Κρονῐονος et Κρονῐωνος,

 " πεθνηοτος

" τεθνηοτος et τεθνεωτος, μετηορος et μετεωρος, λαος et λεως;
" βασιληος et βασιλεως, βασιληα et βασιλεα; Αχιλληα et
" Αχιλλεα &c." *Clarkius.* At enim quam in proclivi fuiſſet juxta eam quam alibi commentus eſt vir doctiſſ. proſoediæ rationem ſtatuiſſe primam α natura longam eſſe, aliquando vero ob poſitionem corripi! Secunda autem omnium verborum in ζω deſinentium analogiam ſequitur: quorum utique aoriſti penultimam vel ante ſimplex σ corripiunt, vel geminati ope producunt. Fruſtra autem eſt vir doctiſſimus præterquam quod Attica cum Ionicis confundat, cum verbum hoc iſtorum βασιληος, βασιλεως, &c. rationem ſervare cenſeat. Nam hujus et prima et ſecunda nonnunquam ſimul producuntur, uti Λ. 340.

Εγδυς εσαν προφυγειν· αασατο δε μεγα θυμω

Scriptura autem quam exhibuimus germanam verbi poteſtatem αϝασσατο deſignat. Similiter concipias velim αϝασαμην. Quorum proſoedia ei ſimilis eſt, quam in verbis λυϝω et πϝω ſupra declaravimus. Fontem autem unde derivantur αϝαζω ſtatuimus, cujus certiſſima veſtigia apud *Heſychium* agnoſco: Αγαζεις. βλαπτεις. hic utique elementum γ conſonantis Vau locum occupat, non ſecus atque in ΓΑΔΕΙΝ, ΓΑΔΕΣΘΑΙ, ΓΑΔΕΤΑΙ, ΓΑΔΟΝΤΑΙ, ΓΑΚΑ, ΓΑΛΛΟΙ, ΓΕΑΡ, ΓΕΓΚΑΛΟΝ, ΓΕΚΑΘΑ, ΓΕΛΕΑ, ΓΕΛΙΚΗ. Hæc utique ſermone Æolico erant ϜΑΔΕΙΝ, ϜΑΔΕΣΘΑΙ, ϜΑΔΕΤΑΙ, ϜΑΔΟΝΤΑΙ, ϜΑΚΑ,

ΚΑ, ϜΑΛΟΙ, ϜΕΑΡ, ϜΕΚΑΛΟΝ, ϜΕΚΟΙΣΑ, [Dorice WΕΚΩΣΑ, Laconice WΕΚΩWΑ] ϜΕΛΕΑ, ϜΕΛΙΞ. ab *Hesychio* autem exponuntur χαειραδης, ηδεως, ηδεται, ευφραινονται, ηδεως, ηλοι, εαρ, ησυχον, εκουσα, τελεια, [lege ελεα] ελιξ. Eadem dicebant Iones Wαδειν, Wηδεσθαι, Wηδεται, Wηδονται, Wηκα, Wηλοι, Wεαρ, Wεκηλον, Wεκουσα, Wελεα, Wελιξ. Similiter apud eundem legimus αγαπασθαι, βλαπτεσθαι· αγατημαι, βεβλαμμαι. Concipe αWαπασθαι, αWατημαι; ab altero fonte αWαταω. Hinc porro collige quod hodie ατη scribitur sermone Ionico valuisse αWατη. Quod et exinde firmatur quod illud ατη apud *Homerum* nusquam ita positum occurrat, quin πεισυλλαβως αWατη efferri possit, cum tamen ατη disyllabum sex diversis metri heroici in locis stare possit, quæ trisyllabum αWατη non itidem recipient. Cum autem *nusquam* dicimus, duos locos excipi volumus quorum spurius est alter, alter ex variis lectt. refingendus. Eadem porro exinde stabilitur potestas, quod apud *Pindarum* bis scriptum legatur vocabulum αυαταν prima correpta:

Pyth. B. 52. et Γ. 42.

> Αλλα νιν υβρεις εις ᾰῠᾰτᾱν υπερφανον:
>
> Εσχε τοιαυταν μεγαλαν ᾰῠᾰτᾱν.

Nempe anapæstum utrobique constituit; uti cuiquam ad reliquas strophas et antistrophas animum attendenti liquebit. Ibi utique sedem consonantis Vau vocalis Υ non secus atque alias passim occupat. Restat ut de portento isto αααατος dicamus. atque hoc quidem ter conspiciendum sese exhibet:

Ιλ.

Ιλ. Ξ. 271. Αγρει νυν μοι ομοσσον ααατον Στυγος ὑδωρ
Οδ. Φ. 91. Μνηστηρεσσιν ἀεθλον ααατον· ου γαρ οΐω
— Χ. 5. Ουτος μεν δη ἀεθλος ααατος εκτετελεσται.

Quorum locorum uti vides in primo penultima producitur, in altero et tertio corripitur. Qua de re doctiss. *Clarkius* ne unum quidem verbum fecit: filius eruditus, qua erat erga patrem pietate atque observantia, tantundem. Ne multis autem moremur, pro ααᾱτον scribendum statuimus αναάστον sive αναWαστον. id quod non nisi *inviolabile*, quod et habent interpretes, vel quod tantundem sit valere potest, utpote ex particula στερητικη et verbo αWαζω, *lædo*, sive *violo*, compositum. Alterum autem cujus potestas est αναWᾰτος *innocuus* denotat, utpote ex eadem particula et substantivo αWᾰτη *damnum*, *noxa*, formatum.

ΙΛ. Ι. 173.

Ως φατο, τοισι δε πασιν ἑαδοτα μυθον εειπεν]

Vocis ἑαδοτα analogiam exponat qui poterit, ita ut ejus prosoedia huic versui conveniat. Tu interim mecum scribe:

Ως φατο· τοισι δε πάσι ἑάνδοτα μυθον ἐειπεν.

effer autem παWσι, WεWανδοτα—εWειπεν. A verbo utique Wανδανω formatur WεWανδοτα eadem plane analogia qua a χανδανω, κεχανδοτα. Hæc autem vox occurrit Wιλ. Ψ. 268. et Οδ. Δ. 96. Pari ratione pro ηνδανε et ἑηνδανε uti et εφηνδανε enunciabis Wανδανε et εWανδανε.

εϜανδανε. Ad παϜσι quod attinet, ejus analogiam ſic colligas velim: τυπτοντες, τυπτοντων, τυπτοϜσι, παντες, παντων, παϜσι. Similiter τυπτομεν, τυπτετε, τυπτοϜσι; ἱσαμεν, ἱσατε, ἱσαϜσι; τετυφαμεν, τετυφατε, τετυφαϜσι; Sic quoque concipienda ſunt, παϜς, ἱσαϜς, τυψαϜς. Nempe hæ terminationes Græcorum auribis magis placuere quam πανς, ἱσανς, τυψανς; vel potius παντς, ἱσαντς, τυψαντς. uti et διδοϜς magis quam διδοντς, τιθεις, quam τιθεντς. Latinis contra arriſere terminationes *ans*, et *ens*, antiquitus forte *ants*, et *ents*.

Ιλ. Ν. 41. Αϐρομοι, αυιαχοι] Reſcribo αϊαχοι h. e. αϜιϜαχοι, vel potius ΑϜϐρομοι, αϜϜιϜαχοι; Neque enim credendum videtur nudum α quod στερητικον eſſe ſolet tam diſſimili notione (nam diſſimillima eſt quæ huic loco congruit) unquam adhibitum fuiſſe. Sentis autem vocem utramque a fonte ſuo (ſunt enim fontes βρομος et ϜιϜαχη, vulgo ιαχη) pari ratione derivari. Porro pro vulgato επαχον lege ubique εϜιϜαχον.

—Ψ. 850.—τιθει ιοεντα σιδηρον] Vertunt interpretes "*Spiculis-conficiendis-aptum ferrum*" ac ſi ιοεντα eſſet ab ιος, cum tamen nihil minus: nam principio vox ιος priorem ſexcenties apud *Homerum* producit, corripit ne ſemel quidem. Deinde a vocali ſemper inchoatur, unde fiet ut præcedens τιθει poſteriorem producere non poſſit, neque adeo verſui ſuſtentando par eſſe. Tu vero lege ϜιοϜεντα, atque eodem ſenſu accipe quo paſſim adhibetur ϜιοϜειδεα, *violacei-coloris, ſubfuſcum.*

subfuscum. Nam ab eodem fonte Wιον *viola* profluit utrumque.

ΟΔ. Λ. 605. νυκτι εοικως] Cl. *Bentleius* in notis ad *Miltonum* scribit νυκτι Fεοικως. Mihi vero vox Fεοικως nihilo honestiori facie videtur quam δεοικως, λεοιπως, πεοιθως. Sensit nimirum *criticorum omnium longe longeque princeps, bonarum omnium artium stator et vindex*, ad versus integritatem desiderari consonantem Vau semel pronunciandam, ad analogiam vero eandem repeti oportere nihilo magis subodoratus est quam quilibet e trivio grammaticus. Tu deinceps scribe ἐοικως, h. e. WεWοικως, ad normam των δεδοικως, λελοιπως, πεποιθως.

Οδ. Ξ. 289.—ὁς δη πολλα κακ ανθρωποισιν εωργει] Unica quam sciam editio *Basil.* 1558. repræsentat ανθρωπους εεωργει. Nimirum cæteri editores portentosam istius εεωργει faciem reformidarunt, alterum vero εωργει nihil odiosi in se habuit; quod tamen revera ipsum est portentum atque aliud insuper non minus horrendum secum trahit. Quod utique editores quosque fugit, vitiosa est hujus lectionis syntaxis. Nam verbum WεWοργα, uti et ῥεζω eadem notione, apud *Homerum* ne semel quidem cum dativo sive personæ seu rei conjungitur, sed vel cum unico accusativo rei; vel cum gemino, rei altero, altero personæ.

Ιλ. Β. 272.

Ω ποποι η δη μυρι Οδυσσευς εσθλα WεWοργε.

E. 175.

E. 175. ——και δη κακα πολλα WεWοργε ΤρωWας——
Γ. 355. Ξεινοδοκον κακα ρεξαι ὁ κεν φιλοτητα παρασχη.

Eandem itidem conſtructionem perpetuo ſequuntur apud ſcriptores Atticos ποιω, εργαζομαι et δρω. Proinde omnino reponendum ex alterius lectionis veſtigiis.

Τρωκτης, ὁς δη πολλα κακ ανθρωπυς εWεWοργει.

illud autem εWεWοργει eandem habere proportionem ad WεWοργα, quam habet ετετυφει ad τετυφα, nemo non videt.

Οδ. Ο. 459.—ηλεκτροισιν εερτο] Ad verum propius accedit quod ſcribi teſtatur *Euſtathius* εερκτο. Huic utique ſcripturæ deeſt duntaxat ſemel atque iterum conſonans Vau. Eam tu ſic reſtitues, WεWερκτο; ſive ηλεκτροις εWεWερκτο. Similiter pro εεργμενον Σ. 295. repones WεWεργμενον. Fluit autem utrumque a verbo Wεργνυμι. Eodem fonte derivata primitus habebantur εWεργνυ, Wερχαται, Wερχατο; quorum hodie locum occupant εεργνυ, ερχαται, ερχατο. Iſta autem Wερχαται, et Wερχατο augmentis non ſecus deſtituuntur atque βλημενος, βλητο; uti et Wεσμεν⊗, Wεσαι, Wεσο; vulgo ειμενος, ειται, εσο. Hinc porro fluunt αποWερξε ſive απεWερξε, αποWερξη, αποWερξειε; vulgo αποερσε, αποερσει, αποερσειε. Iſta utique Ιλ. Φ. 283. et 329. ſic enuncianda ſunt:

* Ον ρα κ [v. Ον κεν] εναυλος αποWερξη——
Μη μιν αποWερξειε——

A a quorum

quorum de prosoedia hic dicere supersedeo. Soloeca autem est quæ vulgo circumfertur oratio, Ον ρα τ ενανλος—ob defectum voculæ κε, κεν, vel αν. Nec vero desunt sexcenta alia loca in quibus pro vocula ista altera τε contra sermonis indolem habeatur. Και ταυτα μεν δη ταυτα.

* "Lege potius

Ον ρα τ ενανλος απoWερξεν ———

Quem torrens obrutum-perdidit. Altera utique sententia, *Quemcunque torrens obrutum-perdident*, minus apta est.

SECT. V.

EMENDATIONES

IN

ARISTOPHANEM:

EURIPIDEM, SOPHOCLEM,

ÆSCHYLUM.

SECT. V.

Ictuum sive accentuum ratio a poetis Atticis servata. Emendationes selectæ in singulas Aristophanis fabulas. Emendantur in transcursu Euripides, Sophocles, Æschylus.

CUM in subjecto emendationum delectu ictuum sive accentuum mentio subinde occurrat, eorum rationem in metris præcipuis, iambica dico, trochaica, et anapæstica, a poetis Atticis servatam libet hic prævie exponere. Metra iambica notum est præter iambum, uti et trochaica præter trochæum, pedes recipere tribrachyn, spondeum, dactylum, et anapæstum. In ipsis iambo et trochæo, cum illum syllabæ brevi longa, hunc longæ brevis subjecta constitueret; postulabat rei musicæ necessitas ut accentum longæ sedes determinaret. Spondeus autem cum ex duabus longis constaret, adeoque ad ictus sedem per se plane esset indifferens, ei autem pes uterque de certis sedibus summa cum comitate cederet; haud levis profecto contumaciæ arguendus veniret, ni in versu iambico iambi, in trochaico trochæi rationem commodus vicissim ac patiens sequeretur. Tribrachys similiter pedi utrique morem gerebat. In metro utique iambico in secundam, in trochaico in primam ictum cadere patiebatur.

patiebatur. Dactylus denique et anapæstus in utroque metro spondei, utpote cui æquipollerent, ingenio sese accommodabant. Haud dissimiliter in metro anapæstico, cum in ipsius anapæsti ultimam ictus necessario caderet, hujus itidem indoli spondeus, dactylus, et proceleusmaticus obtemperabant. Hinc adeo canon exsurgit: In metris iambicis iambi, spondei, et anapæsti in ultimam, tribrachi et dactyli in mediam; in trochaicis pedis cujusque in primam: in anapæsticis anapæsti et spondei in ultimam, dactyli et proceleusmatici in penultimam, ictus cadit. Quod autem in tribrachi, dactyli, et proceleusmatici penultima potius quam ultima locum habeat, nihil est ut quisquam miretur; nam in horum cujuslibet ultima nescio quid importuni atque absoni efficeret.

Iambici dimetri.

Τȣθ ἕτερον ἀυ μειζόν κακόν.
Τι δ' ἡν τον ἡττω γώγ εγών
Λογόν σε νίκησώ λεγών,
Την μήτερ ώς τυπτέιν χρεών;
Τι δ' άλλο γ; ἡν τȣτί ποιής,
Ουδέν σε κώλυσέι σεάυ-
τον έμβαλείν εις τό βαραθρόν
Μετα, Σώκρατȣς
Και τύν λογόν τον ἡττω;

Iambici

Iambici trimetri.

Ως ἀργαλεόν πραγμ ἐςιν, ώ Ζευ κάι Θεοί
Δυλόν γενέσθαι παραφρονοῦντος δέσποτου.
Ην γάρ τα βέλτισθ ὁ θεράπων λεξάς τυχη,
Δοξῄ δε μή δραν τάυτα τῷ κεκτημενῳ·
Μετεχείν ανάγκη τόν θεράπόντα τῶν κακων.
Τυ σώματός γαρ ὐκ εᾳ τον κύριον
Κρατείν ὁ δάιμων, άλλα τόν ωνήμενον.

Ηκώ, νεκρών κευθμώνα καί σκοτυ πυλας
Λιπών, ἳν ᾳδης χώεις ῳκισάι θεων,
Πολυδώρος, έκαβης πάις γεγώς της Κισσεως
Πριαμυ τε πάτρος· ὅς μ, επεί Φρυγών πολιν
Κινδύνος έχε δοει πεσείν Ελλήνικῳ,
Δεισάς, ὑπέξεπέμψε Τρώϊκής χθονος,
Πολυμήστορός προς δώμα Θρηκιόυ ξενυ,
Ος τήν αείςην Χέρρονήσιάν πλακα
Σπειρέι, φιλίππον λάον έυθυνών δοει.

Iambici tetrametri catalectici.

Ω πόλλα δή τῷ δέσποτῃ ταυτόν θυμόν φαγόντες,
Ανδρές φιλόι, και δήμοτάι, και τυ πονείν εράςαι·
Ιτ, έγκονείτε, σπέυδεθ, ώς ὁ κάιρος ὐχι μέλλειν,
Αλλ ές επ άυτης τής ακμής, ἢ δεί παρόντ αμύνειν.
Ουκύν ὁράς ὁρμώμενυς ἡμάς παλάι προθύμως,
Ως είκος ἐςιν, άσθενείς γερόντας άνδρας ήδη;
Συ δ άξιοίς ισώς μεθείν· πριν ταύτα καί φρασάι μοι,
Οτυ χαρίν γ ὁ δέσποτής ὁ σος κεχλήκεν ήμας.

Tro-

Trochaici dimetri.

Μάλλον εἰρηνὴν ἀγέσιν
ἡμιν. ὥστε τὴν χυτρὰν τε
Τῷ τε τρύβλιῳ καθίει,
Καί το δόρυ χρη τὸν οβελίσκον
Πέριπαλεῖν εχόντας ἡμὰς
Τῶν ὅπλων εντὸς, παρ αὐτην
Τὴν χύτρὰν ακρὰν ὁρῶντας
ἐγγὺς. ὡς ϰ φευκτεόν νῷν.
ἐτεον. ἡν δ' αρ ἀποθανῶμεν,
Κάτορυγήσομέσθα πϰ γης;
ὁ Κεραμεῖκος δεξεταί νῷ.
Δήμοσία γαρ ἵνα ταφῶμεν,
Φήσομέν πρὸς τϰς στρατήγϰς
Μάχομενώ τοισίν πολέμιοις
  ἀποθανεῖν εν ὄρνεαις.

Trochaici tetrametri catalectici.

ὦ σοφώτατοί θεάται, δεῦρο τὸν νϰν προσέχετε.
ἠδικήμεναί γαρ ὔμιν μέμφομέσθ ἐνάντιον.
Πλεῖστα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελϰσαις τὴν πολιν,
Δαίμονῶν ἡμίν μονάις ϰ θύετ ϰδε σπένδετε,
αἵτινές τηρϰμεν ὔμας. ἡν γαρ ἠ τις ἔξοδος
Μήδενί ξυν νῷ, τοτ ἡ βροντῶμεν, ἠ ψεκάζομεν.
Εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρον βύρσοδέψην Παφλαγονα
ἡνιχ ᾑρεισθέ στρατήγον, τὰς οφρύς συνήγομεν,
Κάποιϰμεν δεῖνα. βρόντη δ' ἐρράγη δι' ἀστραπης.

Στρέψιος ήλασέν μ απ όικων φύγαδα θύμωθείς πάλιν.
ίδιον, ή κοινόν πολίταις έπιφερών εγκλήμα τι;
ότι συνήργαμήν φονόν σοι μήτρος, άνόσιόν λεγων.
ώ ταλάς, εόικε κάι σε τάμα λύπησειν κακα.
ουχι Μένελεώ προπόισι χρώμεθ, όισεόν ταδε.

Anapæſtici dimetri.

Αλλ ίθι χαιρών, και πράξειάς
Κατα νόυν τον εμόν· και σέ φυλαττοί
Ζευς άγοραιός κάι νίκητάς,
Αυθίς εκειθέν παλιν ώς ήμάς
Ελθόις στεφανόις καταπάστος.
Υμείς δ ήμίν προσεχέτε τον νόυν,
Τοις άναπαιστόις, ω πάντοιάς
Ηδή μουσής
Πειράθεντές κάθ εαύτους.

Anapæſtici tetrametri catalectici ſive *Ariſtophanei.*

Λεξώ τοινύν την άρχαιάν παιδείαν ώς διεκείτο,
Οτ εγώ ταδικάια λεγών ηνθόν, και σώφροσυνή νενομίστο.
Πρωτόν μεν εδεί φωνήν παιδός γρυξάντος μήδεν ακόυσαι.
Ειτά βαδιζείν εν τάισιν όδόις ευτάκτως είς καθαείστου
Τους κώμητάς γυμνούς αθρόός, κ ει κείμνωδή καταγίφοι.

Αρχάια γε κάι Διϊπόλιωδή, και τέττιγών αναμέσα,
Και Κήκειδόυ και Βόυφονιών. Αλλ όν ταυτ' έστιν εκείνα,
Εξ ών ανδράς Μαραθώνομαχόυς ή μή παιδεύσις εθρέψεν,

Eaſdem accentuum leges Latini itidem poetæ violare reformidabant. Atque in *Bentleiana* quidem

Terentii editione verſuum iambicorum et trochaicorum pedes alternos accentibus notatos videre eſt. Quæ quanquam res a viro Cl. ita adminiſtrata ſit, ut adverſus canonem a nobis jam primo traditum vix unquam peccet; attamen ni vir Cl. aurem unice magiſtram, non artem ſecutus eſſet; regulam opinor, uti nos, inculcaſſe paucisque exemplis illuſtraſſe contentus immenſo ſuo in depingendis accentibus labori peperciſſet, atque a typographo inſuper gratiam haud levem iniiſſet. Quin etiam ipſi diſcentium commodo, quod in animo habuiſſe ſe profitetur, efficacius conſuluiſſet; quippe hoc pacto effeciſſet ut ne iis pedes quique alterni a ſe prætermiſſi moram injicerent. Eſt quidem ubi vir Cl. tam auris quam artis monita neglexiſſe videtur, cum utique illud *Plautinum*,

Piſcíbus in álto crédo praébent pábulum,

ita efferri voluerit, ut verbi *piſcibus* in prima ictus vim obtineret.

Unum porro diſcentium in commodum libet adjicere. Caveant utique, ſedulo caveant velim in legendis verſibus ſenariis, ne importunam atque odioſam ſyllabarum diſtributionem imitentur, quam Galli hodierni in ſuis perpetuam ſervant; hoc eſt, ne pedes magis dimetiantur quam numerorum harmoniæ gratiæque conſulant. Id quod in eos cadere dicendum eſt qui efferre ſolent

Ηκώ|νεκρών|κευθμώ|να κάι|σκοτȣ́|πυλάς
Λιπών|ἵν ᾁ|δης χώ|εις ώ|κιςάι|θεών

Aut

Aut etiam per dipodiam

> Ηκώ νεκρών|κευθμώνα καὶ|σκοτὲ πυλάς
> Λιπών ἐν ᾁ|δης χώεις ώ|κισαί θεών.

Nempe utrovis modo cæſuræ venuſtas et gratia tota perit. Hoc incommodum evitaturus aliam ſibi ſcandendi rationem inſtituit Cl. *Bentleius*. Ipſum autem audias. "Quare ego jam ab ipſa adoleſcen-"tia in omnibus iambicis præter tetrametrum ca-"talecticum, de quo poſtea dicam, aliam mihi "ſcanſionis rationem inſtitui, per διποδίαν ſcilicet "τροχαικὴν, hoc modo,

> " *Po|eta dederit|quæ ſunt adoleſcentium:*

"primo ſemipede quaſi ſubducto et abciſo, verſu "autem in dactylum vel creticum exeunte." Fateor equidem hanc rationem ubi cæſura ſit πενθημιμερης ſatis commodam venire. In cæſura vero ἑφθημιμερει ſecus ſe res habet. Verbi gratia, ſi ſenarium ſupra deſcriptum ita dimetiaris,

> Η|κω νεκρων κευ|θμωνα και σκο|τὲ πυλάς

ubinam obſecro eſt decantata cæſuræ virtus? Abiit, exceſſit, evaſit. Tu vero, ſi me ſatis audies, eam legendi rationem ſervabis, ut per ſeriem iambicam aſcendas, uſque dum ad cæſuram ſive πενθημιμερη ſeu ἑφθημιμερη perveneris; ſyllabam autem quæ cæſuram conſtituit tanquam pedis præcedentis jam majoris facti partem enuncies: deinde autem per trochaicam, quam ſyllaba catalectica claudet, ita deſcen-

 das;

das; ut ultimus trochæus cum ſyllaba ſequente tanquam pes unus, creticus ſcilicet, efferatur:

> Ἥκω|νεκρῶν|κευθμῶνα|καὶ σκό|τε πύλας
> Λιπὼν|ἵν ᾅδης|χωρὶς|ᾤκι|σαι θεῶν
> Πολύδω|ρος ἑκάβης|παῖς γε|γὼς τῆς|Κισσέως.

Obſervabis autem in verſu altero et tertio haberi etiam cæſuram τριημιμερῆ. Proinde ſi in his ſtatim poſt pedem primum cæſura adauctum ſeriem trochaicam inchoaveris, nihilo minor evadet numerorum venuſtas:

> Λιπὼν ἵν|ᾅδης|χωρὶς|ᾤκι|σαι θεῶν
> Πολυδώρος|ἑκάβης|παῖς γε|γὼς τῆς|Κισσέως.

Similiter perinde erit ad verſus concinnitatem, ſi vel inciſione ἑφθημιμερεῖ obſervata legeris,

> Πρὸς οἱ|κον εὐ|θυνόντας|ἐναλι|αν πλάτην,

vel τριημιμερεῖ,

> Πρὸς οἶκον|εὐθυ|νόντας|ἐναλι|άν πλάτην.

Ubi perperam habent editiones εἰναλιαν, hanc enim vocem Attici non agnoſcunt.

Emendationes in PLUTUM.

V. 166. Ὁ δὲ κναφεύει τις, ὁ δὲ πλύνει κώδια.] Aperienda hic venit, quam doctiſſimos juxta cum indoctiſſimis video fefelliſſe, proſoediæ a Comicis ſervatæ ratio; cujus tamen exemplum aliquod in binis fere quibuſque verſibus conſpiciendum ſeſe exhibet. Eam autem duæ complectentur regulæ:

I. *Vocalis*

I. *Vocalis brevis ante vel tenues, quas vocant, consonantes* π, κ, τ, *vel adspiratas* φ, χ, θ, *sequente quavis liquida; uti et ante medias* β, γ, δ, *sequente* ρ; *syllabam brevem perpetuo claudit,*

II. *Vocalis brevis ante consonantes medias* β, γ, δ, *sequente quavis liquida præter unicam* ρ, *syllabam brevem nunquam terminat, sed sequentium consonarum ope longam semper constituit.*

Neutiquam ſane diffiteor non deeſſe apud *Ariſtophanem* loca utrique canoni prout hodie leguntur adverſantia. Ea vero, quæ quidem obſervarim, omnia non ſunt numero triginta. Atque horum quidem partem aliquam ex diverſa eaſdem voces ſcribendi ratione ad regularum alterutram exigere nullius eſt negotii. Hujuſmodi ſunt

(1) Ποιοισιν ōπλοις η δυναμει πεποιθοτε;

(2) Και πως συ φιλεις, ὃς τουτον ὁρων οικουντ' εν ταισι πιθάκναις.

(3) Φευγειν αδεως· νυν δε συν ōπλοις.

Reſcribo utique 1. Ποιοις ŏπλοισιν - 2 - ταις πιθάκναισιν. 3. - νυν δε ξυν ŏπλοις. Quorum in numero recenſendus eſt locus in quo verſamur. Legendum ſcilicet, ο δε γναφευει - quo pacto in regulam II. cadet. Nec vero alteram hujus verbi ſcripturam κναφευει temere alibi reperies. Hinc tandem collige fruſtra eſſe *Suidam* et Scholiaſten priorem, qui γναφευει communium Græcorum, κναφευει vero Atticorum proprium ſtatuant. Priorem inquam Scholiaſten: nam verba

(1) Plut. 459. (2) Equ. 789. (3) Veſp. 358.

iſta,

ista, Ατlικον μεν το δια τε κ. Κοινον δε, το δια τε γ. Οι παλαιοι δε Ατlικοὶ δια τε κ, κναφος. εςι δε ακανθωδες τι, ῳ ξυεσι τα ἱματια. Οι δε νεωτεροι δια τε γ, παρα την γναψιν, ab uno eodemque proficisci non potuere. Prioris vero observationem clauserunt ista δια τε γ. Alter sic exorsus est, Οι παλαιοι Ατlικοι—Quod ad hunc attinet, equidem haud scio κναφευειne, an vero γναφευει legerit; neque enim constat interne παλαιες Atticos, an vero νεωτερες *Aristophanem* recenseri voluerit. Apud illum fortasse immutatæ sunt sedes elementorum γ, et κ, quo melius depravato contextui quadrarent. Integrum autem versum codicis *Orvil.* ope sic constituimus:

Ο δε γναφευει γ. ὁ δε γε πλυνει κωδια.

Altera enim lectio eo vitiosa est, quod in voculam τις non jam interrogantem accentus cadat. Hoc utique in totis Comici scriptis ne semel quidem alias factum reperire est.

Altera pars ex variis lectionibus refingenda est. Hujusmodi autem sunt

(1) Μιμησομαι παντᾱ τροπον.

(2) Ουδεις κατα σπεδας μετᾱγραφησεται.

(3) Οσος εδεποτ ηλθεν ᾱθρως εις την Πνυκα.

(4) Οτι βελομεναι την ᾱκροπολιν ἡμων αποκλεισατε μοχλοις.

1. Lectio vulgata altero itidem nomine improbanda est, quod iambicum dimetrum syllaba brevis a versu sequente nequaquam adjuta terminet. U-

(1) Pl. 306. (2) Eq. 1367. (3) Eccles. 384. (4) Lys. 488.

trumque

trumque mendum uno negotio tollit quod optime exhibent editt. *Ald. Wechel. Basil.* 1532. et *Plantin.* παντας τροπους. 2. Repono ex *Suida*, cui etiam adstipulatur MS. *Vatic. Pal.* μετεγγραφησεται. quod et exinde firmatur quod in sequente versu habeatur εγγεγραψεται. 3. Editt. *Ald.* et *Wechel.* repræsentant Οσος ουδεπωποτ ηλθεν αθρεως——Atque hinc natum videtur quod vulgo præfertur. Nempe corrector nescio quis metrum hoc pacto laborare sentiens pro ουδεπωποτ imperite scripsit ουδεποτ, cum vocem istam neutiquam sollicitatam, sed ηλθεν in ηλθ immutatum oporteret:

Οσος ουδεπωποτ ηλθ ἄθρεως εις την Πνυκα.

4. Versus hic non solum adversus reg. I. bis peccat, sed et alio etiam nomine mendosa est, quod vocis ακροπολιν ultima sequente vocali producatur. Omnibus his incommodis uno simul negotio subveniendum est ex editionis *Wechel.* partim clara scriptura, partim certissimis vestigiis. Ibi utique legitur:

Οτι βουλομεναι την πολιν ἡμων αποκλεισατε τοις μοχλοις

Cui adstipulatur etiam Scholiastæ auctoritas: Την πολιν] Την ακροπολιν. Hinc inquam certo certius rescribendum constat:

Οτι βουλομεναι την πολιν ἡμων αποκλεισατε τοισι μοχλοισιν.

Hac in classe non immerito recenseri poterit Plut. 816.

Ο δ᾽ ιπνος ἡμιν εξαπινης ελεφαντινος.

Apud

Apud *Athenæum* utique pro ἡμιν habetur γεγονεν. Atqui vix credendum eſt eum legum metricarum uſque adeo imperitum fuiſſe, ut Comici verſum hoc modo repræſentare voluerit. Ad fidem multo pronius videtur ab eo profectum eſſe,

Ο δ' ιπνος γεγον ἡμιν ἐξαπινης ἐλεφαντινος.

Atque hanc quidem ſcripturam in regulam primam cadentem germanam crediderim. Cl. *Bentleio* placuit Ο δ' ιπος ἡμιν—Hujus etiam in ſententiam pedibus ivit Cl. *Kuſterus*. Atque in eandem propendere video doctiſſ. *Hemſterhuiſium*. *Bentleium* partim adduxit *Julii Pollucis* auctoritas vocem ιπος in *Ariſtophanis* Pluto *muſcipulam* denotare teſtantis. Verum cum alterum Plutum, hodie quidem nullum, ab *Ariſtophane* ſcriptum fuiſſe notum ſit; quidni obſecro (quod et alii merito quæſiverunt) ad alterum iſtum Plutum Onomaſtici ſcriptor reſpexerit? Porro ſi eum conſtaret ipſum hunc Pluti hodie ſolius locum deſignaſſe; quid tantum exinde liceret inferre? Nihil mehercule aliud, præterquam quod exemplar ab eo uſurpatum ιπος exhiberet. At enim quidni huic uni tria, ut alia univerſa mittam, opponamus quibus uſi ſunt Scholiaſtes, *Suidas*, *Athenæus*? Hæc utique ιπνος præferebant. Sed addit vir Cl. perire omnino uſum τȣ ιπνȣ ſi ſit ελεφαντινος, cum ebur ignem ferre nequeat ſed cum teterrimo nidore comburatur. Nempe cum hoc ſcriberet ιπνον exiſtimabat non niſi vel *furnum* vel *caminum* vel

vel forte *culinam* denotare. Atqui vocem iſtam *laternam* hic ſignificare ſtatuimus, non ſecus atque in Pace verſ. 839.

——————— Απο δειπνου τινες
Των πλουσιων ουτοι βαδιζουσ αστερων,
ΙΠΝΟΥΣ εχοντες, εν δε τοις ΙΠΝΟΙΣΙ πυρ.

h. e. *Florente Chriſtiano* interprete:

A lautiorum ſiderum convivio
Redeunt, et ignem nocte laternis *ferunt.*

Huc pertinent Scholiaſtæ verba—η ὁ φανος, ὡς το, Εν δε τοις ιπνοισι πυρ. In *eburneum* autem migraſſe quid tandem aptius dici potuit, quam quæ *cornea* ſoleret eſſe laterna? Geminæ ſomni portæ *cornea* et *eburnea* cui non perinde atque *Hylas* dictæ? Atque ex hac quidem viri Cl. de *muſcipula eburnea* inſomnium evolaſſe crediderim. Quam in ſententiam ut lector etiam eruditus concedat, faciet opinor quod jam dictis adjecturus ſum. Viri utique Cl. commento perquam incommode accidit, quod vox ιπος, quacum conjungi voluerit articulum maſculinum uti et adjectivum ελεφαντινος, generis revera ſit foeminini. Cujus rei idoneum tibi teſtem *Pindarum* citabo Olymp. IV. 10.

——————— ὁς Αιτναν εχεις
ΙΠΟΝ ΗΝΕΜΟΕΣΣΑΝ ἑκατογ-
κεφαλα Τυφωνος οβειμου.

Neque enim hæc verba fas eſt ita divellere, ut ηνεμοεσσαν non jam ad ιπον ſed ad Αιτναν referatur.

Tertiæ claſſis ejuſmodi eſt indoles, ut in ea refingenda conjecturæ potiſſimum ope nitendum ſit:

1 Πολλου γαρ αυτους ουχ εωρακα χρονου.
2 Ο δρακων γαρ εστι μακρον, αλλας τ᾽ αυ μακρον.
3 Νυνι δε πεντηκοντα δραχμων εμπολω.
4 Υδωρ ὑδωρ εν χυτριω θερμαινετε.

Argumento quidem noſtro gratulandum videtur quod horum locorum nullus non ſit altero itidem nomine improbandus. Nempe primus eo inſuper laborat, quod verbum ἑωρακα quadriſyllabum præferat. Mirabuntur fortaſſe plerique omnes quod hoc eſſe vitium dixerim. Sed utcunque hoc ſit, vel ex quacunque demum cauſa provenerit ut ſcriptura iſta ubique fere obtineat; illud interim compertum habeo, verbi illius poteſtatem apud poetas Atticos non niſi triſyllabam eſſe. Nec proinde dubitaverim quin triſyllaba itidem ſcribi ſemper ſoleret. Exempla, ſi vacat, iſta perlege:

5 Εοικε δια πολλου χρονου σ᾽ ΩΡΑΚΕΝΑΙ.
6 ΩΡΑΚΑ παντων βαρβαρωτατον θεων.
7 Εμπροσθεν ουχ ΩΡΑΚΑ τοιαυτην χαριν.
8 ΩΡΑΚΕΝΑΙ. Β. Λεγ᾽ αυτο. Α. Τον νουν προσεχε δη.
9 ΩΡΑΚΑΣ ηνυστρον ποτ᾽ εσκευασμενον.
10 Ο μη πεπλευκως ουδεν ΩΡΑΚΕΝ κακον.
11 ΩΡΑΚΑΣ ουν φιλοσοφον, ειπε μοι, τινα;

1 Pl. 98. 2 Eq. 207. 3 Pac. 1200. 4 Ach. 1174. 5 Pl. 1046. 6 Av. 1572. 7 Apud Athen. pag. 15. 8 9 pag. 29. 10 154. 11 279.

Emen-

Emendationis autem anſam non incommodam præbet MS. *Baroc.* ubi exarata ſunt—ουχ εωρακα πυ χρονυ. Nempe ſi vel εωρων vel οπωπα in locum τυ εωρακα (quod ſcholion primitus fuiſſe cenſeo) ſufficiendum curaveris, ſarta tecta evaſerint omnia. Aut etiam pro πυ legi poterit πω. Nec vero diſplicuerit τυ χρονυ, ut πολλυ τυ χρονυ perinde dici capiatur atque alibi πολλην της γης, πολλυς των λιθων, et ſimilia. Sed impenſiſſime probaverim,

Πολλυ γαρ αυτυς ΟΥΚ ΟΠΩΠ ΕΓΩ χρονυ,

propterea quod apud *Sophoclem* in Antigone verſ. 5. eandem locutionem videre ſit,

——————— ὁποιον υ
Των σων τε καμων ΟΥΚ ΟΠΩΠ ΕΓΩ κακων.

In ſecundo poſtulat ſermonis ratio ut τῳ αλλας articulus non ſecus atque τῳ δρακων comes adjungatur:

Ο δρακων γαρ εςι μακρον, Ο Τ ΑΛΛΑΣ αυ μακρον

ſicuti in verſu proxime ſequente,

Ειθ αυμαλοπωλης εςθ Ο Τ ΑΛΛΑΣ χω δρακων.

3. Ecce contextum prout emendari oportet:

——————— ὡς προτυ
ΟΥΔΕΙΣ επριατ αν δρεπανον υδε κολλυβυ·
Νυνι δε πεντηκοντα δραχμων ΕΓΩ μπολω,
ΟΔΙ δε τετραχμυς τυς καδυς εις τυς αγρυς.

Iſtud εγω inter Ουδεις et Οδι neceſſarium eſſe, ſi vel orationem duntaxat ſpectes, procliviter opinor fateberis.

beris. Eadem verba non minus commode digeri poterunt

Νυνι δε πεντηκοντ εγω μ' πολω δραχμων.

4. Lege Υδωρ ὑδωρ εν ΧΥΤΡΙΔΙΩΙ θερμαινετε.

Quod enim ibi vulgo exhibetur χυτειῳ non ſolum primam contra vocis χυτρα quantitatem producit, ſed illud inſuper incommodi in ſe habet quod vox ſit nihili. At χυτειδιον ſæpius legitur:

1 Δος μοι ΧΥΤΡΙΔΙΟΝ σπογγιῳ βεβυσμενον.

2 ΧΥΤΡΙΔΙΑ, και σανιδια, καμφοειδια.

Lege καμφορειδια.

3 Τα ΧΥΤΡΙΔΙ ηδη και τον οχλον αφιετε.

Regulæ II. quæ poetis etiam Tragicis cum Comœdiæ ſcriptoribus communis eſt, in tota *Ariſtophanis* ſupellectile duo duntaxat loca adverſantur, Eorum prior Equ. 764. ſic repræſentatur:

Ει δε σε μισω και μη περι σου μαχομαι μονος αντιβεβληκως.

Percommode quidem accidit quod verbi αντιβεβληκως tam nude abſque accuſativo poſiti ſenſus nullus eſſe poſſit. Fruſtra profecto nos in re critica verſati videmur, ni certa ſit quam commendaturi ſumus emendatio:

— και μη περι σου μαχομαι μονος ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΩΣ.

4 Ος περι του δημου πολλοις κωνωψι μαχειται,

Ωστε ΠΕΡΙ σκυμνοισι ΒΕΒΗΚΩΣ———

1 Ach. 462. 2 Pac. 201. 3 Eccl. 740. 4 Infra. 1035.

Ως

1 Ως δε κυων αμαλῃσι ΠΕΡΙ σκυλακεσσι ΒΕΒΩΣΑ.

2 Κλυθι μευ αργυροτοξ᾽, ὁς Χρυσην ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΑΣ.

3 Ἱρευς Απ᾽ολλωνος ὁς Ισμαρον ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΕΙ.

4 Δηλε φιλη, τοιος σε βοηθοος ΑΜΦΙΒΕΒΗΚΕΝ.

Alter locus extat Av. 460.

Αλλ εφ ὁλῳ περ αν ἡκεις την σην πραγματι γνωμην αναπειτας.

Atqui manu leviſſima mutari poterit verborum ordo—πραγματι την σην—Sed ne ſic quidem recte habebunt omnia. Quippe vocula αν in oratione contra Atticiſmi indolem otioſa eſt. Ea vero eliminata reſcribo:

Αλλ εφ ὁλῳ περ πραγματι την σην ἡκεις γνωμην αναπειτας.

V. 196. Καν ταυτ ανυσῃ, τετταρακοντα βελτιαι] Vidit Cl. *Kuſterus* ad verſus integritatem ſyllabam deſiderari, huic autem incommodo ſubveniendum judicavit legendo ανυσῃ γε. Alterum vero illud, verbum ſcilicet activum ανυσῃ hujus orationis indoli parum convenire, virum doctiſſimum fefellit. Ea utique aliquod poſtulat cujus notio ſit *conquiſierit*, *conſecutus fuerit*, vel ſimile. Hæc autem vis in formam hujus verbi activam, cum accuſativo certe conjunctam, non cadit; ſed mediæ eſt propria: uti docebit illud *Æſchyli* pag. 43.

Την πριν γε χρειαν ΗΝΥΣΑΣΘ εμου παρα

1 *Hom.* Od. Υ. 14. 2 Il. Α. 451. 3 Od. Ι. 98. 4 *Callim.* Hymn. in Del. 27.

Quod

Quod primo petiiſtis a me conſecuti eſtis. Proinde nullus mihi reſtat ſcrupulus quin et ſermonis et verſus rationi uno negotio ſic conſulendum ſit:

Καν ταυτ ΑΝΥΣΗΤΑΙ, τετταρακοντα βουλεται.

Syllaba utique ται ante alteram ſimilis ſoni τε (nam αι et ε in pronunciando perperam aliquando confundi ſolebant,) exemplo perquam ſolemni intercidit. Video quidem *Tib. Hemſterhuiſium* qui nuper hanc fabulam edidit vulgatam lectionem exhibuiſſe. Sed minus recte judicavit vir doctiſſimus verbum ανυτη mediam legitime producere. Sexcentorum iſtius ſyllabæ correptæ exemplorum in numero venit quod ex *Æſchylo* jam deſcripſimus. Fraudi videtur fuiſſe viro doctiſſimo, quod in hujuſmodi verbis Iones elementum σ pro arbitrio geminarent. Hæc vero licentia poetis Atticis ne in Tragœdia quidem, nedum in Comœdia unquam permiſſa eſt. Cæterum monere libet activam hujus verbi formam, quod non ſemel miratus ſum, apud *Sophoclem* cum genitivo bis conjungi, notionemque, quæ mediæ accuſativo comite tribuitur, vel certe non ita diſſimilem, utrobique ſortiri:

1 Ενδον· φιλης γαρ ΠΡΟΞΕΝΟΥ ΚΑΤΗΝΥΣΑΝ.
2 Τινος ω παιδες ΧΡΕΙΑΣ ΑΝΥΣΑΙ;

V. 438. *Αναξ Απολλον και θεοι, ποι τις φυγοι;*] Locutionem iſtam ποι τις φυγοι; quanquam nemini for-

1 *Soph.* Electr. 1478. 2 Oed. Col. 1828.

taſſe

taſſe moram injecerit, ſoloecam tamen eſſe eruditorum pace confirmare liceat. Præſtandum utique in me recipio ſermonis Attici rationem poſtulare vel ποι τις φυγῃ, vel ποι τις αν φυγοι. Verbum utique optativum cum ποι, ποθεν, πȣ, πως, vel qualibet alia interrogandi particula conjunctum alteram itidem αν comitem exigit; ſubjunctivum vero reſpuit. Utriuſque conſtructionis aliquot exempla accipe:

1 Τȣτ εκεινο. ΠΟΙ ΦΥΓΩ δυϛηνος; Ουτος, ȣ μενεις;

2 ΠΟΙ ΤΡΑΠΩΜΑΙ, ΠΟΙ ΠΟΡΕΥΘΩ;

3 ΠΟΙ δητα ΦΕΥΓΩ; τινα πολιν; τινα ξενων;

4 Οιμοι τι δρασω; ΠΟΙ [m. ΠΕ] ΦΥΓΩ μητρος χερας;

5 ΠΩΣ ȣν σε κρινας μ αδικειν ΦΥΓΩ ψογον;

6 ———————— φερε, ΠΟΙ τις ΑΝ ΤΡΑΠΟΙΤΟ; ταληθες γαρ ȣκ εθελεις φρασαι.

7 ΠΩΣ ȣν τις ΑΝ ΣΩΣΕΙΕ τοιαυτην πολιν;

8 ΠΩΣ ΑΝ ΚΑΛΕΣΕΙΑΣ εντυχων Αμυνια;

9 Και τοι συ θνητος ων θεȣ ΠΩΣ μειζον ΑΝ ΔΥΝΑΙΟ;

10 ΠΟΘΕΝ ȣν ΑΝ ετι ΓΕΝΟΙΤΟ πωλης εις μονος;

11 ΠΟΘΕΝ ΑΝ ΛΑΒΟΙΜΙ ῥῆμα μυειαμφορον;

His in exemplis ſi vel forma optativa φυγοιμι, πορευθειην, φευγοιμι; vel ſubjunctiva τραπηται, σωσῃ, καλεσης, δυνῃ, γενηται, λαβω ſcribere ſuſtinueris: de ſermonis non minus quam metri integritate conclamatum

1 *Ariſt.* Av. 353. 2 *Eurip.* Hec. 1106. 3 Phoen. 994. 4 Med. 1271. 5 Hec. 1256. 6 *Ariſt.* Plut. 375. 7 Ran. 1506. 8 Nub. 689. 9 1078. 10 Equ. 140. 11 Pac. 520.

erit.

erit. Locus autem in quo versamur utramvis syntaxin non incommode recipiet: ποι τις φυγῃ; vel π αν τις φυγοι; h. e. ποι αν, non secus atque pro μεντοι αν solemniter scriptum legimus μεντ αν. Illam vero mutationem utpote simpliciorem prætulerim. Cæterum ad Plut. 374, doctissimus *Hemsterhuisius* "C. D'O.—Ηρακλεις φερε ποι τις γε ουν Τραποιτο—Nimi- "rum versui succurrendum fuit inserto γε, post- "quam omissum erat ω· quamvis γε sequente "diphthongo elisionis expers rarioribus exemplis "defendi possit, repudianda tamen non videbatur "lectio vulgata: in qua quid *Kusterum* impulerit, "ut pro ουν exhiberet αν, haud equidem adsequor." Codicis *Orvil.* lectio, præterquam quod γε sequente vocali elisionem non patiatur, altero nomine depravata est quod Ηρακλεις mediam producat; atque insuper tertio quod quartam senarii sedem dactylus occupet; et quarto denique quod verbum τραποιτο vocula αν destituatur. Equidem Cl. *Kusterum* quid impulerit ut αν potius quam ουν exhiberet, mihi cum viro doctissimo juxta ignotum est. Sermonis vero Græci peritiam non impulisse argumento est inter alia ipse in quo versamur locus. Nam si ποι τις φυγοι absque αν recte dici posset, recte itidem diceretur ποι τις τραποιτο. At quid impulisse debuerit, id vero mihi videor assecutus. Hoc autem quid sit, non est ut pluribus exponam.

V. 707. Μετα ταυτα γ ευθυς εγω μεν συνεκαλυψαμην.] Fefellit in hoc versu cum editores tum etiam *Scali-*

gerum

gerum et *Bentleium* dactylus in quarta ſede collocatus. Alterum porro in lectione recepta reprehendendum venit, quod verbum συγκαλυπτεσθαι ſimilem uſum nuſquam alias apud poetas Atticos ſortiatur. Tu vero mecum ni fallor deinceps legendum cenſebis,

Μετα ταυτα γ ευθυς εγω μεν ΕΝΕΚΑΛΥΨΑΜΗΝ.

Hoc utique pacto non ſolum in integrum reſtituetur metri ratio, ſed et inſtaurabitur locutio Atticorum genti ſolemnis:

1 Ος ΕΓΚΕΚΑΛΥΦΘΑΙ φης; Δια τυ τελωνυ.

2 Αλλ ει δοκει ῥεγκωμεν ΕΓΚΕΚΑΛΥΜΜΕΝΟΙ.

3 Ουκ ΕΓΚΑΛΥΨΑΜΕΝΟΣ ταχεως τι φροντιεις;

4 Πρωτιστα μεν γαρ δη γ ενα τιν εκαθισεν ΕΓΚΑΛΥΨΑΣ.

Ubi legendum vel γαρ δηνα τινα καθισεν—h. e. δη ενα —vel γαρ ενα γε τινα καθισεν———

5 Υπ αυγας, οιον εστιν ΕΓΚΕΚΑΛΥΜΜΕΝΟΝ.

Nec vero nihili eſt quod iſta

Και πως εωρας, ω κακως απολυμενε,
Ος ΕΓΚΕΚΑΛΥΦΘΑΙ φης;

verba ſint mulieris Carioni reſpondentis, cui altera iſta oratio

Μετα ταυτα γ ευθυς εγω μεν ΕΝΕΚΑΛΥΨΑΜΗΝ

a poeta tribuatur. Legimus quidem Av. 1496.

Τις ὁ ΣΥΓΚΑΛΥΜΜΟΣ; Των θεων ορας τινα;

1 Plut. 714. 2 Nub. 11. 3 v. 733. 4 Ran. 942. 5 Th. 507.

Sed neque quidquam dubito quin is etiam locus ad ſuperiorum normam, dempta una literula, ſit exigendus: Τις ΟΥΓΚΑΛΥΜΜΟΣ h. e. Τις ὁ ἐγκαλυμμος;

V. 860. —— ην μη λιπωσιν αἱ δικαι] "Non ſollicito "hanc lectionem: ſed tamen videndum annon "ſcripſerit forte *Ariſtophanes* μη 'κλιπωσιν (i. e. μη εκλι-"πωσιν.) Nam εκλειπειν pro *deficere* apud ſcriptores "Atticos multo frequentius occurrit, quam ſim-"plex λειπειν." *Kuſterus.* Immo vero neque λειπειν neque εκλειπειν apud ſcriptores Atticos uſquam ſignificat *to be deficient:* quam tamen notionem hujus loci ſententia poſtulat. Hoc autem Græce dicitur ελλειπειν. Proinde reſcribo, quod ad vulgatæ lectionis ſonum proxime adeo accedit, ut ab eo vix diſtingui poſſit;

———————— ην μη ΛΛΙΠΩΣΙΝ αἱ δικαι.

V. 884. Ουδεν προτιμω σε· φορω γαρ πριαμενος
Τον δακτυλιον τονδι παρ Ευδαμε δραχμης.
ΚΑΡ. Αλλ εκ ενεστι συκοφαντε δηγματος.]

Operam plane ludunt qui verſus ultimi vel ſenſum vel rationem grammaticam exponere ſatagunt. Quod quidem interpretamenti loco affert Scholiaſtes: Αλλ εκ ισχυει ετος ὁ δακτυλιος προς το δηγμα τε συκοφαντε· ſententiam ſatis commodam in ſe habet. Id quod etiam de Latina *Friſchlini* verſione prædicari poteſt: *Sed contra ſycophantæ morſum non ineſt* reme-

remedium: uti et de altera iſta editoris *Londinenſis:* At *non* valet contra *ſycophantæ morſum.* At verbo ενεςι cum ισχυει quidquam commune eſſe, aut verbum illud cum genitivo rite conjungi, quis tandem confirmabit? Ecce vero germanam, ſi quid ego judico, loci ſcripturam:

Αλλ᾽ ȣ ΠΕΡΙΕΣΤΑΙ συκοφαντȣ δηγματος.

Sed non ſuperabit *ſive non* valebit contra *ſycophantæ morſum.* Hæc utique notio verbi περιειμι, uti et germani περιγινομαι, cum genitivo conjuncti perpetua eſt. Exempla autem vel in Lexicis videre eſt.

V. 965. Φερε νύν εγώ των ένδοθί καλεσώ τινα] Severiores Muſas coluiſſe video poetas Atticos quam quæ in vocis hyperdiſyllabæ ultimam correptam accentum cadere paterentur, ac proinde iſtud ενδοθι perperam hic haberi. Conjeceram των ενδοθ εκκαλεσω. Poſtea vero comperi nihil opus eſſe cur ad conjecturam confugerem: quippe in codice MS. *Baroc.* lectionem optimam haberi των ενδοθεν καλεσω. quæ etiam in altero codice, cujus meminit doctiſſ. *Hemſterhuiſius*, exhibetur; niſi quod pro των per incuriam ſcriptum ſit τον. Supra V. 227.

——————— τȣτο δε το κρεαδιον
ΤΩΝ ΕΝΔΟΘΕΝ ΤΙΣ εισενεγκατω λαβων.

Similiter Av. 1168.

Αλλ᾽ ώδε φυλαξ ΤΙΣ ΤΩΝ ΕΚΕΙΘΕΝ αγγελος
Εισθει προς ἡμας δευρο, πυρριχην βλεπων.

Immo hodie pene pronunciare aufim των ενδοθι καλεσω τινα ne Attice quidem dici.

Nec vero in accentuum ratione vel Comicis Latinis majorem permitti licentiam mihi perfuafum eft. Nullus autem dubito quin pauca admodum, quæ hodie apud *Terentium* contra repræfentantur, ad ακριβειαν a Græcis fervatam fint exigenda; præfertim cum levi ubique manu fieri poffit. Hujufmodi funt And. Prol. 23.

Maledíceré, *malefácta né nofcánt fua.*

Eun. II. II. 33.

Vocábulá, *parasíti item út Gnathónicí vocéntur.*

Refcribo autem:

Máledícere, út *malefacta ne nofcant fua.*
Vocábula, út *parasíti itém Gnathónici vocéntur.*

Poteris etiam, Maledícere, quó—vel denique

Maledícere, né *malefacta* cognofcant *fua.*

Atque hoc quidem prætulerim.

V. 986. Και ταις αδελφαις αδοργ.σαι χλωνιον
Εκελευσεν αν, τη μητει τε θοιματιδιον]

Ignorarunt editores vel θοιματιδιον tantundem effe quod το ἱματιδιον, vel quid intereffet inter ἱματιδιον et το ἱματιδιον; vel forte utrumque. Alterum quo ne in alios itidem deinceps cadat, monere libet, quod ante me opinor nemo, idem plane intereffe quod inter locutiones Anglicas, *a gown* et *the gown*, vel Gallicas

Gallicas *une robe* et *la robe.* Quæ cum ita ſint, omnino reſcribendum,

——————— τῃ μητει Θ ΙΜΑΤΙΔΙΟΝ.

non ſecus atque in proxime præcedentibus abſque articulo habentur ἱματιον, ὑποδηματα, et χιτωνιον. Mendo autem quod correximus aliqua ex parte ortum dediſſe crediderim imperitam de metro ſollicitudinem, quod utique ἱματιδιον primam minus recte producere videretur. Eidem etiam cauſæ acceptum refero, quod ſupra intra verſum ſecundum τῳ ἱματιον ſubjecta fuerit vocula γε. Fruſtra utrumque. Nam neque vox iſta aliam quantitatem uſquam ſortitur.

1 Προς δε γε τυλοις ανθ ῑματιυ μεν εχειν ϱακος, αντι δε κλινης.
2 Υμιν δη ετους των ῑματιων.
3 Αυτος γε μεντ ου φασκεν ῑματιον εχειν.
4 Περι δ' ῑματιων τις πορος εσαι; και γαρ τουτ εϛιν ερεσθαι.
5 Εν τοισιν ῑματιδιοις, και ταυτ ανευ κονιας.

Quæri autem poterit qua ratione ἱματιδιον, αργυριδιον, et ſimilia ante-penultimam longam habeant, cum tamen γνωμιδιον, νοιδιον, αδελφιδιον, χυτειδιον, Σωκρατιδιον, aliaque haud pauca ſyllabam iſtam ubique corripiant. Sic igitur collige: qua analogia a γνωμη, νοος, αδελφος, χυτρα, Σωκρατης, fluunt diminutiva γνωμῐδιον, &c. eadem plane ab ἱματιον, αργυρειον, derivantur ἱματῐῐδιον, αργυρῐῐδιον. Hæc autem craſi Attica ἱματῑδιον, αργυρεῖδιον, efferuntur. Conſimili plane ratione apud

1 Plut. 540. 2 Veſp. 1053. 3 Eccl. 410.
4 p. 629. 5 Lyſ. 471.

Latinos

Latinos a *tuba*, *fides*, *tibia*, formantur *tubĭcen*, *fidĭcen*, *tibīcen*; nam hoc æquipollet τῳ *tibĭĭcen*. Nec absimiliter ab αμφορευς, βοτρυς, ιχθυς, vel potius αμφορεως, βοτρυος, ιχθυος (nam genitivorum habenda est ratio syllabica) deducuntur αμφορειδιον, βοτρυιδιον, ιχθυιδιον. Hinc liquet, ut illud obiter perstringam, quam frustra fuerit Cl. *Bentleius* in Emend. in *Menand.* pag. 71. "In longa inquit illa ex Athenæo "ῥησει paucula nobis emendanda sunt, quæ viris summis *Casaubono Grotioque* minus feliciter cecide-"runt. Versu quarto.

" Εν προσφατοις ιχθυδιοις τεθραμμενα,

" quem uterque intactum reliquit, repone propter "metrum (ιχθυδιοις enim secundam corripit)

" Εν προσφατοισιν ιχθυδιοις τεθραμμενα."

Immo vero vir Cl. emendatio tua ex simplici menda duplicem procudit. Viris quidem summis minus feliciter cessisse dicendum est, quod non viderint analogiam postulare ut ιχθῃδιοις scriberetur. At tu in temporum ratione insuper errasti, quam ii tamen inviolatam servarunt.

1 ΙΧΘΥΙΔΙ οπτ̣αν. Τι συ λεγεις ΙΧΘΥΙΔΙΑ;

2 Τελων δ' απολυθεις κειμενων ΙΧΘΥΙΔΙΩΝ,

3 Επεξαπατα με· τους μεν ιχθυς μοι καλει

ΙΧΘΥΙΔΙ· οψον δ' ἠν λεγῃς ἑτερον καλει.

4 Τα πετραια των ΙΧΘΥΙΔΙΩΝ αποδης.

1 Apud Athen. p. 95. 2 p. 109. 3 p. 359. 4 p. 468.

Vulgo,

Vulgo, ιχθυδι, *&c.* Quod autem in tertio exemplo legitur, Ιχθυδιον, cujus in locum Ιχθυδια substituimus, soloecam reddit orationem. Quando autem harum viri Cl. emendationum mentio incidit, libet porro observare causam non satis idoneam fuisse cur de *Clerico*, utcunque harum rerum imperito ignaroque omnium, tam mirifice triumpharet. Quod enim in me præstandum recipio, centum ut minimum *Clerici* errores intactos præteriit, centumque insuper ipse erravit. Sed neque erga *Clericum* viri ingenui officio functus videtur. Eum utique ridet tanquam omnia ad eruditos digitos exigentem adversus metri rationem utcunque peccantia; cum is tamen in Præfatione hæc habeat: *cave credas omnia a nobis pro bonis et integris versibus proponi. Clericum* quidem incepti, cui maxime impar erat, pœnas dedisse neutiquam mihi dolet. Qui enim Poetæ cujusvis vel integra scripta vel fragmenta in se edenda recipit, cum tamen in metrorum ratione et syllabica verborum quantitate plane sit hospes; summæ, ut nequid gravius dicam, temeritatis venit arguendus.

V. 1141. Και μην οποτε τι σκευαριον του διαποτου
Υφειλου, εγω σε λανθανειν εποιουν αει.]

Poeseos Atticæ ratio istiusmodi hiatum, qualis in altero versu conspicitur, in versibus iambicis et trochaicis omnimodo vetat. Deinde ipsam orationem οπότε υφειλου—εποιουν αει soloecam esse assevero; sermonis

ſermonis autem indolem poſtulare ὁπόλε ὑφέλοιο. Itaque utraque re conſpirante reſcribo ΥΦΕΛΟΙ, ἐγὼ— Quod in MS. *Baroc.* habetur Υφελου veræ lectionis veſtigia quodammodo præfert. Similis autem conſtructio paſſim obvia eſt. Plut. 1019. ἔφη Ὁπόλε πφολειποιεν. 1145. μέλειχες—Ὁπόλε—ληφθείην. Equ. 1337. ὁποτ ειποι—ὁπόλε χρηστάλο—Ανωξλαλιζες—Veſp. 279. ὁποτ αντιβολοιη—ελεγεν. Av. 505. Χωπόλε—ειποι—εθειξον. 512. ελαμβανε—Οποτ εξελθοι. Eccl. 62. ὁποτ ανηρ [l. ὁποθ ανηρ, h. e. ὁποτε ὁ ανηρ.] οιχοιλο—Εχλιανεμλω. Reprehendendum obiter ſeſe offert eruditus *Joannes King*, qui Hecubæ *Euripideæ* verſum 565. ſic ediderit:

> Τεμνει σιδηρῳ ΑΙΜΑΤΟΣ διαρροας,
> Κρȣνοι δ' εχωρȣν————————

Ubi vulgo præfertur metro integerrimo,

> Τεμνει σιδηρῳ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ διαρροας.

Sed vide, ſi vacat, virum eruditum quid impulerit. " Αιματος (inquit) διαρροας ex MSto *Baroc.* 74. repo- " ſui; cui ſuffragatur etiam Scholiaſtes, et *venas* " *jugulares* intelligit; quod aptius quidem videtur, " quam *ſpiritus canales*, cum unica ſit *aſpera arte-* " *ria*, cumque *fontes ſanguinis* ſtatim effluxerint." Levia ſunt hæc, perquam levia, ſi vel per ſe ſpectentur; cum autem perpetuæ poetarum Atticorum conſuetudini opponantur, nullum plane momentum obtinere poterunt. Verum hac de re nil quidquam ſuſpicatus eſt vir eruditus. Nec vero ei ſuboluit verbum αἱμάλος a gloſſographo profectum eſſe pro

ſua

ſua προεργια indicare volente plenam ſententiam eſſe χρονοι δε αἱματος εχωρεν. Nimirum dum *venas jugulares*, *ſpiritus canales*, *aſperam arteriam*, et *fontes ſanguinis* medicus creparet, criticus interim nuſquam comparuit.

Emendationes in NUBES.

V. 87. Ω πυι πιθϰ. Τι ϰν πιθϰμαι δητα σοι;] Nempe iſtud πιθϰμαι, quod tinnientibus librarii auribus acceptum refero, qui utique πιθϰ jam recens a dictante audiiſſet; mirum ni venditent grammatici tanquam futuri ſecundi medii exemplum, de me fortaſſis, qui iſtiuſmodi futura nulla eſſe docuerim, ſerio triumphaturi. Hi quidem quin ſuo ſe judicio beare pergant, nullam hic libet operam inſumere. Interim vero humaniores quoſque *Ariſtophanis* manum ſic potius agnituros confido:

Ω πυι πιθϰ. Τι ϰν ΠΙΘΩΜΑΙ δητα σοι;

Av. 162. Η μεγ ενορω βϰλευμ εν ορνιθων γενει.
Και δυναμιν, ἡ γενοιτ αν, ει ΠΙΘΟΙΣΘΕ μοι,
ΕΠ. ΤΙ ΣΟΙ ΠΙΘΩΜΕΘ; ΠΕΙ. Οτι ΠΙΘΗΣΘΕ;
πρωτα μεν.

Ubi vulgo pro πιθοισθε, renitente ſermonis indole legitur πειθεσθε; uti et pro πιθησθε nihilo melius πιθοισθε. Similem autem aoriſti ſubjunctivi uſum jam ſatis opinor exemplis adſtruximus.

V. 329. Μα δι αλλ ομιχλην και δροσον αυτας ἡγεμην και σκιαν ειναι] Silent ad hunc locum viri eruditi, ac ſi ſarta tecta ſint omnia. Atqui vocem σκιαν poſteriore correpta perperam hic haberi ſubjecta monſtrabunt exempla:

1 Αρηξον, ελθε, και σκιᾱ φανηθι μοι.

2 Μορφης σποδον τε και σκιᾱν ανωφελη.

3 Σκιᾱν ὑπερτεινασα Σειεις κυνος.

Reſcribendum vero pronunciare auſim:

Μα Δι αλλ ομιχλην και δροσον αυλας ἡγεμην ΔΑΣΚΙΟΝ ειναι.

nebulam et rorem opacum.

4 Μελαμφυλλα τ ορη ΔΑΣΚΙΑ και ναπαι.

5 ———————— εν δε ΔΑΣΚΙΟΙΣ
Ορεσι θοαζειν ————————

6 ———————— εκ δε ΔΑΣΚΙΟΥ γενειαδος
Κρενοι διερραινοντο κρηναιε ποτε.

Cæterum hanc porro occaſionem libet arripere de adfecto quodam poetæ neſcio cujus apud *Plutarchum* loco quid ſentiam exponendi; Is autem de Iſide et Oſir. pag. 173. edit. *Cant.* verbis iſtis continetur: φωνης γαρ ὁ θειος λογος απροσδεης εςι, και δι αψοφε βαινων κελευθε και δικης τα θνητα αγει κατα δικην. Quem ad locum editor eruditus " Ex veteri Poeta de-" ſumpta eſſe hæc ipſe ſtylus planiſſime indicat. " Metro itaque ſuo ſic reſtituas:

1 *Eurip.* Herc. 494. 2 *Soph.* Electr. 1165. 3 Aeſchyl. pag. 206. l. 5. 4 *Ariſtoph.* Theſm. 1006. 5 *Eurip.* Bacc. 218. 6 *Soph.* Trach. 13.

" —δι

" ———— ———— δι αψοφυ
" Βαινων κελευθυ κατ δικην τα θνητ αγει.

" Quid enim sibi volunt ΚΑΙ ΔΙΚΗΣ? Sensum " haud dubie et Constructionem simul perturbant " prorsus et officiunt. quæ sine eis optime proce- " dunt. Hoc vero ratum fixumque sit, ΚΑΙ ΔΙ- " ΚΗΣ, et ΚΑΤ' ΔΙΚΗΝ utrumque simul non posse " consistere; alterum verbo ab altero, nescio quo- " modo, natum esse arbitror." Doctissimus autem *Marklandus* " ibid. αγλωσσος ων] Distingue — αγλωσσος " ων, (φωνης γαρ — και ΣΙΓΗΣ τα θνητα αγει κατα δικην) " μονυ δε φασιν &c. Ista ΚΑΙ ΔΙ ΑΨΟΦΟΥ &c. sunt " ex aliquo Tragico, opinor *Sophocle*, et ad nu- " meros ita reduci possunt,

" ———— ———— και δι αψοφυ
" Βαινων κελευθυ και δικης τα θνητ' αγει.

" κατα δικην. Sensus respuit ΔΙΚΗΣ ΚΑΤΑ ΔΙΚΗΝ. " Puto ΣΙΓΗΣ verum esse, et *Auctorem* prosaice " hæc protulisse, simul alludens [l. *alludentem*] ad " istum Poetæ locum." Mihi neque κατα δικην, nec vero και δικης congruenter hic haberi videtur. Neutrum certe ad argumentum in quo versatur *Plutarchus* quidquam spectat. Docet utique philosophus Crocodilum numinis supremi duabus de causis μιμημα esse; primo utique eo quod sit αγλωσσος sive αφωνος; deinde quod per membranam perlucidam oculis obductam cernat, dum ipse interim non cernatur. Sed neque placet quod voluit doctiss. *Marklandus*

landus σιγης; quippe quod, δι αψοφυ κελευθυ και σιγης, δυ τωυτον plus nimio ſapiant. Nullus vero dubito quin poetæ, Ionici puta, locus ſic conſtituendus ſit:

—— —— δι αψοφυ
Βαινων κελευθου και ΣΚΙΗΣ τα θνητ αγει.

Efficiet certe hæc mutatio ut ſententiæ egregium aliquod accedat, idque philoſophi doctrinæ appoſitum adeo ut nihil ſupra. His utique verbis declararur τὴν αψοφον κελευθον facere quo minus a quopiam Deus *audiatur*, τὴν σκιαν autem, *Homero* νεφ., *Virgilio aera*, *nebulam*, et *nubem*, quo minus ulli *cernatur*. *Soph.* Trach. 931.

Καγω ΛΑΘΡΑΙΟΝ ομμ ΕΠΕΣΚΙΑΣΜΕΝΗ
Φρουρουν· ΟΡΩ δε—— ——

Et ego clam *oculum* tenebris abdita *Vigilem intendebam:* cerno *autem*—Unum illud adjiciam ex *Æſchyli* Supplicibus pag. 311. ubi inter alia de hominum ac Deorum rege perquam magnifice dicta iſta itidem habentur:

Δαυλοι γαρ πραπιδων ΔΑΣΚΙΟΙ
Τε τεινουσι ΠΟΡΟΙ
ΚΑΤΙΔΕΙΝ ΑΦΡΑΣΤΟΙ—— ——

Inſignem autem ni fallor ſimilitudinem facile agnoſces. Apud incertum de quo agimus poetam dicitur numen ſupremum βαινειν δια σκιης, *per tenebras incedere:* apud *Æſchylum* των Διος πραπιδων divinæ mentis δασκιοι πoροι *tenebris abditi ſunt calles:* adeoque

juxta

juxta ea quæ modo diximus καπδειν αφερασοι, *oculorum aciem fugiunt*. Caſu opinor vox σκιης tranſpoſitis duabus literis in σικης migravit. Quo pacto cum haberetur vox nihili, corrector poſtea elemento σ in ſimillimam figuram δ mutato, δικης exhibuit. Hinc porro natum eſt alterum iſtud κατα δικην.

V. 366. Ποιος Ζευς; ου μη ληρησεις—] Exigit ſermonis ratio ut voculæ ου μη vel cum futuro indicativo vel cum aoriſto altero formæ ſubjunctivæ conſtruantur: Utriuſque ſyntaxeos exempla accipe: *Ariſtoph.* Ran. 512.

——— ΟΥ ΜΗ σ εγω
ΠΕΡΙΟΨΟΜ απελθοντ———

Eurip. Med. 1151.

——— ΟΥ ΜΗ δυσμενης ΕΣΗΙ φιλοις.

Soph. Electr. 1058.

——— ΟΥ σοι ΜΗ ΜΕΘΕΨΟΜΑΙ ποτε.

Ariſtoph. Av. 461.

Λεγε θαρρησας· ὡς τας σπονδας ΟΥ ΜΗ προτερον ΠΑΡΑΒΩΜΕΝ.

— Lyſ. 493.

το γαρ αργυριον τουτ ΟΥΚΕΤΙ ΜΗ ΚΑΘΕΛΩΣΙΝ.

Soph. Electr. 1035.

Αλλ ΟΥΠΟΤ εξ εμου γε ΜΗ ΜΑΘΗΙΣ τοδε.

Noli jam deinceps dubitare quin locus de quo agitur ad priorum exemplorum normam exigendus ſit,

ſit, Ου μη ΛΗΡΗΣΕΙΣ. Ex iiſdem conſtat fruſtra fuiſſe *τον πανυ Scaligerum* qui verſum 505. ſic refingi voluerit:

Ου μη λαλησης, αλλ ακολυθησης εμοι.

Ubi vulgo leguntur λαλησεις et ακολυθησης. Nec vero vir ſummus ſinceram duntaxat partem ſollicitavit, ſed et verum ulcus incuratum præteriit. Reſcriptum vero oportuit,

Ου μη ΛΑΛΗΣΕΙΣ, αλλ ΑΚΟΛΟΥΘΗΣΕΙΣ εμοι.

Quo minus autem mireris aoriſtum ſubjunctivum pro futuro indicativo librarios aliquando exaraſſe, ubi de vera lectione metri ratio ſilet; faciet quod apud *Sophoclem* contra certiſſimas verſus anapæſtici leges idem factum reperiatur:

Ου μη ΞΕΓΕΙΡΗΙΣ τον ὑπνῳ κατοχον,
Κακκινησης, κανασησης.

Prioris utique verſus pedem ſecundum hoc pacto vides eſſe bacchium anapæſto temporibus imparem. Legent vero deinceps niſi qui tam ſermonis quam metri indolem ſuſque deque habent,

Ου μη ΞΕΓΕΡΕΙΣ τον ὑπνῳ κατοχον,
ΚΑΚΚΙΝΗΣΕΙΣ, ΚΑΝΑΣΤΗΣΕΙΣ.

Hos autem qui excipiunt verſus ſic diſpertiendi ſunt:

Φοιταδα δεινην νοσον ω τεκνον. ΥΛ. Αλλ
Επι τοι μελεω
Βαρυς απλετον εμμεμονε φρην.

Libet

Libet hanc porro occaſionem amplecti de verſibus primum apud *Sophoclem* in Ajace anapæſticum ſyſtema claudentibus quid ſentiam aperiendi. Ii autem ſic vulgo feruntur:

> Χ ἡμεις ȣδεν σθενομεν προς ταυ-
> τ απαλεξασθαι, σȣ χωεις.
> Αλλ ὁτε γαρ δη το σον ομμ απεδραν,
> Παταγȣσιν, ἁτε πτηνων αγελαι
> Μεγαν αιγυπιον ὑποδεισαντες·
> Ταχ αν εξαιφνης ει συ φανειης,
> Σιγῃ πτηξειαν αφωνοι.

Verſus ſecundus adjecto in fine αναξ complendus eſt non ſine MSS. *Bodl. Laud. Baroc.* utriuſque et *Suidæ* auctoritate,

> Απαλεξασθαι σȣ χωεις, ΑΝΑΞ.

At quidni inquiet nonnemo vulgatum,

> Απαλεξασθαι σȣ χωεις,

verſus paroemiacus haberi poſſit, cum alteri iſti,

> Σιγῇ πτηξειαν αφωνοι,

temporum ratione æquipolleat? Nempe hæc videtur feciſſe opinio ut locum nemo antehac quod ſciam ſollicitaverit. At enim illud ratum fixumque ſedere velim in verſu paroemiaco ſyllabam catalecticam ſoli anapæſto ſubjici oportere. Ad verſum quintum editor eruditus hæc habet " Ὑποδεισ] " Hic aoriſtus indicat *timoris ceſſationem*; adeoque " recte

" recte *Scaliger* explicat, *defuncti metu.*" Mira profecto editoris doctrina, uti et summi viri interpretatio. Idem aoristus, qui alias ubique *metu perculsi* valet, hic tamen contraria plane notione denotat *timoris cessationem. Idem etiam* (nam ita pergere potuisset vir eruditus) *facit ut syllaba praecedens, quae alias ubique ante vocalem corripitur, hic tamen contra sequente vocali producatur. Idem denique facit ut participium masculinum* ὑποδεισαντες *ad substantivum foemininum* αγελαι *non incommode referatur.* En virtutem vere ἀοριστον! Qualis profecto si admittatur, nulla deinceps vel metri vel orationis violatio moram cuivis injicere poterit. Nunc vero, si vacat, contemplare vicissim unius literulae adjectio quanta virtute, si apta accedat distinctio, gaudere possit;

Αλλ ὁτε γαρ δη το σον ομμ απεδραν,
Παταγευσιν, ἁτε πτηνων αγελαι·
Μεγαν αιγυπιον Δ ὑποδεισαντες
Ταχ αν, εξαιφνης ει συ φανειης,
Σιγῃ πτηξειαν αφωνοι.

Sed enim cum jam tuum aspectum effugerint, perstrepunt, velut [absente vulture] *avium greges: magnum* vero [ut hi] *vulturem* [ita illi te] *reformidantes, illico, ex improviso si in conspectum te dares, silentio muti se occultarent.* Vides opinor tam levi manu suam aoristo notionem restitutam metrumque simul et syntaxin solido locatam.

V. 371.

V. 371. Νη τον Απολλω τȣτῳ γε τοι τῳ νυνι λογῳ εν
προσπεφυσας]

Verſus pedem vel tertium bacchium, vel quartum antibacchium hæc lectio repræſentat. Deinde vel τȣτῳ τῳ λογῳ, vel τῳ νυνι λογῳ recte dixeris: at τȣτῳ τῳ νυνι λογῳ, importunum prorſus videtur. Denique προσπεφυσας τῳ λογῳ neque quod voluere interpretes, nec quidquam aliud valet; ſed purus putus eſt ſoloeciſmus. Quorum nihil ſubodoratus eſt Cl. vel *Scaliger*, vel *Kuſterus*, vel *Bentleius*. Atque his quidem omnibus ortum dedit una litera vel a dictante librario parum accurate enunciata, vel a ſcribente minus diſtincte audita. Hinc utique factum eſt ut pro τȣτο ſcriptum fuerit τȣτῳ. Tu vero repone:

Νη τον Απολλω, ΤΟΥΤΟ γε τοι τῳ λογῳ εν προσπεφυσας.

Valet autem τȣτο προσπεφυσας tantundem quod τȣτο αποδειξας, *hoc demonſtratum dediſti*. *Æſchyl.* Suppl. pag. 317. l. 8. Edit. *H. Steph.*

Και ταυτ αληθη ταυτα ΠΡΟΣΦΥΣΩ λογῳ.

Ubi Scholiaſtes: Προσφυσω] Αποδειξω

V. 422. Αλλο τι δητ ȣ νομιεις ειναι θεον ȣδενα, πλην απερ
ἡμεις,
Το Χαος τȣτι, και τας Νεφελας, και την Γλωτταν,
τρια ταυτι;

Ita locum repræſentat editor *Londinenſis*, ſic autem interpretatur: *Aliud nempe quicquam non putabis deum*

 ullum,

ullum, præter ea quæ nos: Hoc Chaos ſcilicet, atque Nubes, & Linguam: hæcce tria? Fidus profecto ſatis interpres. Atqui verbo *deum* alterum iſtud *ullum* importune ne dicam inepte ſubjici quis non videt? Sed neque minus vel importunum eſt vel ineptum quod in contextu inveteravit ουδενα. Alii legunt Αλλα τι, uti et ου νομιεις. Verum ex his quodcunque demum elegeris, orationem habebis proletario magis ſcriptore quam Comico noſtro dignam. Hunc autem ſic ſcripſiſſe crediderim:

ΑΛΛ ΕΤΙ δητ ου νομιεις ειναι θεον ΟΥΔΕΝ, πλην απερ ημεις,

Το Χαος τουτι, και τας Νεφελας, και την Γλωτ]αν, τρια ταυτι.

Nihil igitur aliud deinceps exiſtimabis deum eſſe, præterquam — Solemnis autem eſt locutio iſta, ουδην αλλο πλιω: Acharn. 375.

ΟΥΔΕΝ βλεπουσιν ΑΛΛΟ, ΠΛΗΝ ψηφω δακειν.

Veſp. 1498.

Μα τον Δι, ΟΥΔΕΝ γ ΑΛΛΟ, ΠΛΗΝ γε καρκινους.

Pac. 504.

ΟΥΔΕΝ γαρ ΑΛΛΟ δρατε ΠΛΗΝ δικαζετε.

ſimiliter Av. 19. 902. *Soph.* Aj. 125. Col. 597. *Eurip.* Hec. 594. And. 746. Cyc. 590. Sin etiam ουδεν αλλο ετι conjuncta videre geſtias, hujus etiam rei tibi copiam faciam. *Eurip.* Bacch. 772.

Οινου δε μηκετ οντος ουκ εστιν Κυπρις,

Ουδ᾽ ΑΛΛΟ τερπνον ΟΥΔΕΝ ανθρωποις ΕΤΙ.

V. 822.

V. 822. Ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα] Mirum opinor quod dicturus ſum pleriſque omnibus videbitur. Sed nihilo tamen idcirco minus verum eſt. Confirmo autem atque in me præſtandum recipio ὅπως μὴ διδάξῃς ſoloecam eſſe loquendi rationem; quippe Græci ſermonis ingenium exigere ὅπως μὴ διδάξεις. *Nunquamque igitur voculæ* ὅπως μὴ *cum formæ ſubjunctivæ verbo conſtruuntur?* Cum aoriſto primo ſubjunctivo vocis vel activæ vel mediæ nunquam, ſi errores excipias. *At quibus tandem* τεκμηρίοις *dignoſci poteſt recte ne perhibeantur, quos tu autumas, errores?* Exinde vero quod nuſquam conſpiciatur aoriſtus ille ad dictas voculas referendus, præterquam ubi metri ratio futurum indicativum recipiat; cum contra tamen futurum indicativum ſexcentis in locis extet cum voculis iſtis conjunctum, quorum in nullum ſalvis metri legibus aoriſtus ille invehi poſſit. Idem dictum puta de altero vocularum pari οὐ μὴ, cujus conſtructionem ſupra pag. 221. exhibuimus. Hujuſmodi autem pauca deſcribemus:

1 Ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ΟΠΩΣ ΜΗ ΘΥΣΕΤΕ.
2 Δέδοιχ' ΟΠΩΣ ΜΗ ΤΕΥΞΟΜΑΙ κακοδαίμονος.
3 Καὶ τῆς πυέλου τὸ τρῆμ' ΟΠΩΣ ΜΗ ΚΔΥΣΕΤΑΙ.
4 Φυλάττε θ' ΟΠΩΣ ΜΗ τὴν βάλανον ΕΚΤΡΩΞΕΤΑΙ.
5 Ἀλλὰ τηρώμεσθ' ΟΠΩΣ ΜΗ Βδελυκλέων ΑΙΣΘΗΣΕΤΑΙ.
6 Οἴμοι τάλας γ' ὁ Ζεὺς ΟΠΩΣ ΜΗ μ' ΟΨΕΤΑΙ.

1 Nub. 256. 2 Equ. 112. 3 Veſp. 141. 4 v. 155. 5 v. 371. 6 Av. 1494.

7 Αλλ απε ΟΠΩΣ ΜΗ σ επι θυρᾳσιν ΟΨΕΤΑΙ.
8 Ει σωφρονειτε θοιματια [l. θαιματια] ληψεσθ', ΟΠΩΣ Των Ερμοκοπιδων ΜΗ τις ὑμας ΟΨΕΤΑΙ.

Legitime quidem conſtruitur vocula ὁπως, altera μη vel comite vel abſente, cum aoriſto ſecundo formæ vel activæ vel mediæ, uti et cum aoriſto primo paſſivæ. Nempe hi aoriſti notione gaudent ad futuri indicativi ſignificatum quam proxime accedente, uti in iſtis ποι φυγω; *whither muſt I fly?* ποι τραπωμαι; *whither muſt I turn myſelf?* ποι πορευθω; *whither muſt I go?* Quæ eodem fere recidunt atque: *whither ſhall I fly? whither ſhall I turn myſelf? whither ſhall I go?* Nec vero in eadem cum futuris indicativis oratione raro inveniuntur; uti apud *Sophoclem:*

Τι ΠΑΘΩ, τι δε ΜΗΣΟΜΑΙ; οιμοι.

Hujuſmodi vero uſum aoriſtus primus vel activus vel medius nuſquam recte ſortitur.

V. 992. Μηδ' εις ορχηστριδος εισιεναι, ἱνα μη προς ταυτα κεχηνως.]

" Locum hunc citat *Suidas* V. Αποθρανθης, V. Αχρηστα,
" et V. Εισατλειν; ubi pro εισιεναι legitur εισατλειν:
" quæ diverſitas notanda eſt. Forte το εισιεναι eſt
" Scholium τȣ εισατλειν, ut vocis minus notæ, nec
" æque frequentis: quod poſtea, ut ſæpe fieri ſolet,

7 Eccl. 989. 8 Lyſ. 1094.

" ex

" ex margine in textum irrepſerit. Apud eundem " tamen *Suidam* V. Μηλῳ βληθεις, ubi itidem locus " hic citatur, habetur εισιεναι : quod tamen conjec- " turam ante dictam evertere nequit." *Kuſterus.* Virum ut videtur doctiſſimum fefellit vulgatum εισπεναι Muſis invitis circumferri, quippe cujus ultima ſequente vocali (quicquid demum nugarum de diphthongis nonnulli comminiſcantur) produci nequeat. Alterum a *Suida* ter laudatum εισαττειν metro quidem quam aptiſſime congruit, ſed illud in ſe habet incommodi quod non tam ſit *vox minus nota, neque æque frequens*, quam plane nihili. Atqui bene tamen ſit *Suidæ* qui hanc utcunque nihili vocem ad noſtra uſque tempora propagaverit. Abſque eo utique eſſet, germanæ hujus loci ſcripturæ inſtaurandæ ne ſpes quidem relinqueretur. Ea vero ex verbi εισαττειν veſtigiis certiſſima emendatione colligenda eſt, idque unius duntaxat vel literulæ additamento, εισαυττειν, vel etiam lineolæ ſive puncti, quæ et uſitatior eſt ſcribendi ratio, εισᾳττειν. Hoc autem verbum apud Atticos juxta analogiam quam maxime ſolemnem tantundem valeret neceſſe eſt, quod apud Ionas quadriſyllabum εισαΐσσειν. Ad αι ſive ᾳ quod attinet, Atticos ſimili plane craſi χᾳδιον pro Ionico χαΐδιον ſive χηΐδιον dixiſſe conſtat. Eoſdem itidem ττ pro Ionico σσ adhibere ſolitos nemo niſi puer admodum ignorat. Valet autem ſi ſenſum ſpectes εισαΐσσειν, εισαυσσειν, εισαυττειν, ſeu denique εισᾳττειν, *irruere*; vel ſi ita vis, juxta *Suidæ* interpre-

interpretamentum, εισπηδησαι, *insilire*. Quod autem Scholion contextum jamdudum occupat εισιεναι tantundem est quod alterum istud *Suidæ* εισελθειν.

V. 1350. Ως ὅτος, ει μη τῳ πεποιθειν, ουκ αν ην
Ουτως ακολαστος]

Verbum istud πεποιθειν, cum sequantur ουκ αν ην, respuit Græci sermonis indoles. Oportet vero ει μη τῳ ΠΕΠΟΙΘΕΙΝ, ουκ αν ην—hoc est επεποιθειν. At enim dicet nonnemo, quid sibi vult prima singularis, cum ὅτος tertiam postulet? Age igitur, attento paulisper ac patiente fac sis animo,

Dum veteres avias tibi de pulmone revellam.

Itaque tandem discas temporis præteriti perfecti terminationem Atticam ειν non jam primæ singularis, uti omnes didicimus, sed tertiæ; primæ vero alteram istam η esse propriam. Id quod ex poetarum Atticorum scriptis ad examen revocatis fidenter assevero. Solutæ autem orationis scriptores nihil moror. Nam in his quidem Grammaticorum recentiorum insomnia constanter conspicienda sese exhibent. Immo in poetis etiam non raro, sed nusquam nisi ubi veram scripturam versus recipiat. Nec vero deest exemplum in quo terminatio ειν etiam contra metri leges primæ personæ tribuitur. Nempe *Aristoph.* Av. 511. repræsentat Editt. Vulgg.

Τουτ τοινυν γ ουκ ΗΙΔΕΙΝ 'γω' και δηλα μ ελαμβανε θαυμα.

Pro

Pro portento autem isto, ηδειν 'γω, recte reposuit Cl. *Kusterus* ex MS. *Vatic.* ηδη 'γω. Quod autem de his terminationibus modo asseverare sustinui exinde collegi, quod ubicunque versus ratio terminationem ειν, ibi itidem sententia personam tertiam: ubi vero illa terminationem η; ibi hæc primam personam postulet. Accedit quod craseos Atticæ analogia hoc ipsum flagitet. Nempe primæ personæ terminatio Ionica non est nisi εα, tertiæ εε, et sequente vocali, εεν. Atqui notissima est crasis Attica, qua εα in η; εε et εεν in ει et ειν migrare solent. Video quidem *Florentem Christianum* verbum ηδειν, quod recte scribitur Vesp. 632. ita interpretatum esse ac si primæ esset personæ:

> Ουκ: αλλ' ερημας ωεθ' ȣτω ραδιως τρυγησειν,
> Καλως γαρ ΗΙΔΕΙΝ ὡς εγω ταυτη κρατιςος ειμι.
> *Verum est: sed hic sperabat uvas absque vindice ullo*
> *Secassere omnes: me tamen* noram *quid hic valerem.*

Verum eruditum virum fefellit cum germana loci scriptura tum sententia. Quippe primo pro otiosa ac plane inepta vocula ȣτω legendum est ȣτος; sicuti V. 335. Ειπε, ὃ μη γενοιτο νυν. ΟΥΤΟΣ εθελει κρατησαι· et V. 640. Ωδ' ΟΥΤΟΣ ηδη σκορδιναται. Atque hujus quidem vocis notionem in versione *Florens* ipse exhibuit sola sententiæ vi adductus: *sed* hic *sperabat.* Mox vero eo usque angustiarum redactus est, ut γαρ exposuerit *tamen*, prorsus contra notum istius voculæ sensum. Est autem loci sententia: *Non: verum*

verum desertas [vineas] *sperabat iste se vindemiaturum*; [h. e. *nullam sibi mecum litem intercessuram*;] *Probe enim* norat *me hac arte plurimum valere*. Scholiastes ad locum: Αλλ ερημας] Παροιμια· Ουκ ερημας τρυγησεις. επι των αδεως τι πραττοντων, ως μηδενος αυτοις αντιπραττοντος. Similiter legimus Eccles. 880.

> Ωιου δ ΕΡΗΜΑΣ, ου παρουσης ενθαδε
> Εμου, ΤΡΥΓΗΣΕΙΝ, και προσαξεσθαι τινα
> Αιδων· εγω δ, ην τουτο δρας, ανταισομαι.

h. e. *Fabro* interprete: *Putabas autem, me non præsente, vineas Relictas vindemiaturam, et allecturam quempiam Cantando: Ego vero, si id facies, contra canam.*

Emendationes in RANAS.

V. 3. Νη τον Δι, ὁτι βουλει γε, πλην πιεζομαι,
Τουτο δε φυλαξαι· πανυ γαρ εστ᾽ ηδη χολη.]

Scholiastes ad locum: Πανυ γαρ εστ ηδη χολη] Αντι του πολυ. το δε πολυ, και η γλυκυ, πονηρον εστιν. Ain vero πολυ γαρ εστ ηδη χολη? Adeste quoquot ubique estis Oedipi, atque hoc non tam interpretamentum quam ænigma explicate. *Frischlinus*, qua erat prudentia, verba jam descripta in versione penitus neglexit. Atque ea profecto ejusmodi sunt ut ad nullum aliud exemplum in quo reperiatur vox χολη ita exigi posse videantur, ut vel ferenda exoriatur sententia. Ecquis

quis unquam tam nude et jejune dixit ἐστι σχολη? Nunc vide annon rem acu tetigiſſe cenſendi ſimus:

> Νη τον Δι, ὁτι βουλει γε, πλην πιεζομαι·
> Τουτο δε φυλαξαι· πανυ γαρ εστ᾽ ηδη ΣΧΟΛΗ.

Dicamne, o here, eorum qaidquam quæ riſum ſpectatoribus excitare ſolent? BACCH. *Immo quidquid tibi lubet, (præterquam* premor; *ab hoc autem temperes velim?) omnino enim jam* vacat.

1 Αλλ᾽ ου ΣΧΟΛΗ.

2 Αλλ᾽ εκκυκλησομαι· καταβαινειν δ᾽ ου ΣΧΟΛΗ.

3 Εκκλησιαν ποιειν ἑωθεν τῃ μεσῃ
Των Θεσμοφοριων, ειγ᾽ ἁλις ΕΣΘ᾽ ημιν ΣΧΟΛΗ.

4 ΣΧΟΛΗ δε πλειων η θελω ΠΑΡΕΣΤΙ μοι.

5 Ουτοι θυραιαν τηνδ᾽ εμοι ΣΧΟΛΗ παρα
Τριβειν———

6 Οι πολλα μοχθησαντες, ουκ ΟΥΣΗΣ ΣΧΟΛΗΣ, προθυμως
Δευρ᾽ ηλθομεν———

V. 349. Αποσειεται δε λυπας
Χρονιων τ᾽ ετων
Παλαιους τ᾽ ενιαυτους]

Principio prioris τε collocatio poſtulat ad conſtructionis integritatem alterum genitivum, qui tamen nullus hic habetur. Deinde iſta λυπας χρονιων τ᾽ ετων, ſive quod legi monet Scholiaſtes χρονους τ᾽ ετων, et

1 Acharn. 406. 2 v. 408. 3 Theſm 383.
4 *Æſchyl.* p. 50. l. 4. 5 p. 208. l. 8. 6 Plut. 282.

παλαιῦς τ ἐνιαυτῦς, δὶς ταυτον plane ſonant. Tertio, verſus in ſtrophe cui ſecundus reſpondere debet,

Στεφανον μυρτων.

ex anapæſto et ſpondeo conficitur; cum in hoc tamen anapæſto ſubjungatur iambus. Omnibus his incommodis levi manu ſic ſubveniendum cenſeo,

Χερνιων ΑΤΩΝ.

Excutit autem dolores diuturnarum noxarum *ſenileſque annos.* Ex eadem familia laboranti cuidam apud *Æſchylum* loco petendum eſt auxilium. In Agamemnone utique pag. 213. ſic ſcriptum invenire eſt:

Πως δητ ανακτος ηδα Λοξιυ κοτῳ;

Πως δητα ηδα κοτῳ? Videſne hic obſecro ullam conſtructionis volam aut veſtigium? Qui videre ſe exiſtimat, is commodus expediat velim. Interim vero a nonnullis hujuſmodi arcanorum mecum juxta imperitis gratiam quodammodo initurus mihi videor, ſi lectionem, cujus ſententia non ſit uſque adeo recondita, ſuggeſſero. Eam autem ſic conſtituerim:

Πως δητ ΑΝΑΤΟΣ ηδα Λοξιυ κοτῳ;

Quomodo igitur Apollinis ab ira indemnis *evaſiſti?* *Soph.* Oed. Colon. 818.

——————— πολις δε σοι
Κακων ΑΝΑΤΟΣ τωνδ απαλλαχθῃ χθονος.

V. 440.

V. 440. Αιρεις αν αυθις συ γε, παι, τα στρωματα] Verbo activo αιρειν notio hic tribuitur quæ medii αιρεσθαι est propria; uti ex subjectis exemplis constabit:

1 Εν τω μερει συ τον ονον ΑΙΡΑΜΕΝΟΣ φερε.

2 Φερε νυν, εγω ΤΑ ΣΤΡΩΜΑΤ ΑΙΡΩΜΑΙ παλ.

Vulgo minus recte ΑΙΡΟΜΑΙ.

3 Αλλ ΑΙΡΑΜΕΝΟΣ οισεις παλιν ΤΑ ΣΤΡΩΜΑΤΑ.

4 Αυθις ΑΙΡΕΣΘΑΙ σ αναγκη σοι παλιν ΤΑ ΣΤΡΩ-ΜΑΤΑ.

Vulgo renitente cum metri tum sermonis ingenio σι παλιν———

5 Παι, παι, το κανουν ΑΙΡΕΣΘΕ και την χερνιβα.

6 Αλλ ΑΙΡΑΜΕΝΟΣ οισω σε. Τι ποιεις; Ο τι ποιω;

7 Ης ουκ αν ΑΙΡΑΙΤ αχθος ανθρωπου φυσις,

8 Ως καν ἁμαξων ἑκατον ΑΙΡΑΙΜΗΝ βαρος.

9 ΑΙΡΕΣΘ, οπαδοι, τωνδ εσω τευχη δομων.

Omnino igitur rescribendum, quod et certior factus sum in MS. *Baroc.* extare;

ΑΙΡΟΙ αν αυθις———

V. 633. Στρεβλων, επι τε τας ρινας οξος εγχεων] Soloeca est oratio επι τας ρινας εγχεων. Apud *Suidam* vero optime legitur:

1 Ran. 32. 2 v. 505. 3 v. 528. 4 v. 607. 5 Av. 851. 6 Vesp. 1434. 7 *Eurip.* Orest. 3. 8 Cycl. 471. 9 Electr. 360.

Στρεβλων, ΕΤΙ Δ ΕΙΣ τας ῥινας οξος εγχεων.

Cujus conſtructionis en tibi exempla:

1 Ιν οινον ΕΓΧΕΩ λαβων ΕΙΣ τους χοας. l. χοης.

2 Μολιβδον ΕΙΣ τουτι το κοιλον ΕΓΧΕΑΣ. l. εγχεων.

3 Τοις τε κοψικοισιν ΕΙΣ ΤΑΣ ΡΙΝΑΣ ΕΓΧΕΙ τα πτερα.

4 ΕΙΣ τον καλαμισκον ΕΝΣΤΑΛΑΞΟΝ τουτονι.

V. 854. Ουκ αν μεθειω του θρονου, μη νουθετει] Qui vel verbum activum μεθιημι cum genitivo, vel medium μεθιεμαι cum accuſativo rite conjungi exiſtimat, quod in Comici editores cadere video, loquendi conſuetudinem ab Atticis ſervatam ignorat. Veram utriuſque conſtructionem ſubjecta docebunt exempla:

1 Και μη ΜΕΘΗΙΣ ΤΟΝ ΑΝΔΡ, επειδη σοι λαβειν δεδωκεν.

2 ΜΕΘΕΣ Μ. ερημος παις ὑπασπιστου σεθεν.

3 Μενεις ασυλος, κου ΣΕ μη ΜΕΘΩ ποτε.

4 Ουκ εστιν· αλλα ΤΑΥΤΑ μεν ΜΕΘΕΣ· συ δε.

5 —ΜΕΘΕΣ χεροιν ΤΗΝ ΠΑΙΔΑ θασσον——

6 ΜΕΘΕΣ ΜΕ προς θεων χειρα φιλτατον τεκνον.

7 Ως ΤΗΣΔ ἑκουσα ΠΑΙΔΟΣ ου ΜΕΘΗΣΟΜΑΙ.

8 Και ΣΩΝ γε ΓΟΝΑΤΩΝ ου ΜΕΘΗΣΟΜΑΙ ποτε.

9 Τρεμω δε παυσαι· και ΜΕΘΕΣΘ ΕΜΩΝ ΠΕΠΛΩΝ.

1 Ach. 1067. 2 Pac. 1241. 3 Av. 1081. 4 Ach. 1033.

1 Equ. 837. 2 *Eurip.* Phoen. 1228. 3 Med. 728. 4 *Soph.* Electr. 450. 5 Oed. Col. 830. 6 Phil. 1294. 7 *Eurip.* Hec. 399. 8 Hipp. 326. 9 Herc. 627

Vix

Vix opus eſt ut plura adducam, quibus cuiquam perſuadeam locum in quo verſamur ſic refingendum eſſe:

Ουκ αν ΜΕΘΕΙΜΗΝ τȣ θρονȣ—

V. 890. Εϐȣλομην μεν ȣκ εριζειν ενθαδε.
Ουκ εξ ισȣ γαρ εστιν αγων νωϊν. ΔΙ. Τιη;
ΑΙ. Οτι η ποιησις ȣχι συντεθνηκε μοι,
Τȣτῳ δε συντεθνηκεν· ὡσθ' εξει λεγειν.]

Εϐȣλομην μεν—*Volebam quidem?* Parum congruenter. Laudandus profecto aliquatenus venit *Friſchlinus*, quod non tam Græcorum notioni quam ſententiæ ingenio morem geſſerit. Is utique ſic interpretatur: *Ego hic quidem* nolim *certare tragœdiis.* Editoris vero munere idem cum cæteris juxta functus eſt, qui non viderit reſcribi oportuiſſe:

Εϐȣλομην ΑΝ ȣκ εριζειν ενθαδε.

Vellem *hic loci non certare:* vel Εϐȣλομην μεν αν ȣκ—Vellem quidem——

1 Ορθως λεγεις· ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ δ' ΑΝ τȣτο σε
Πρoτερον ποιησαι——
2 Εγω δ' ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ ΑΝ ȣδε γραμματα.
3 ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ μεν ἑτερον ΑΝ των ηθαδων
Λεγειν τα βελτιω——
4 ΕΒΟΥΛΟΜΗΝ δ' ΑΝ, ει——

1 Ran. 684. 2 Veſp. 954. 3 Eccl. 151.
4 *Eurip.* El. 387.

5 Ουδ'

5 Ουδ' ΑΝ σε Φωκον ΗΘΕΛΟΝ κατακτανειν.
6 Οιμοι, ποσῳ σφιν συνθανειν ΑΝ ΗΘΕΛΟΝ.

Hoc primum: Deinde autem verſus ſecundus non uno nomine reprehendendus venit. Alterum eſt, quod vox αγων articulo perperam deſtituatur; alterum quod νωϊν diſyllabum contra poetarum Atticorum conſuetudinem adhibeatur. Reſcribi vero oportet:

Ουκ ιξ ισυ γαρ εστιν ἀγων νων. ΔΙ. Τιη;

ἀγων inquam h. e. ὁ αγων; non ſecus atque in inſcriptione Sigea exarata leguntur ΗΑΙΣΟΠΟΣ et ΗΑΔΕΛΦΟΙ pro ὁ Αισωπος et ὁι αδελφοι. Tertio in verſu ποιησις itidem articulum comitem deſiderat. Legendum vero,

Οθ' ἡ ποιησις ———

Denotat autem ἡ ποιησις, non jam, uti cepit *Friſchlinus*, *artem poeticam*; ſed τα δραματα, *fabulas* ſive *poemata*, non ſecus atque infra V. 1413.

Οσπερ γ' ελεγξει ΤΗΝ ΠΟΙΗΣΙΝ νων μονος.

Verſus ultimi ſcriptura quidem recte ſe habet; ſenſum vero ejus neutiquam aſſecutus eſt interpres: Iſta utique ὡδ' εξει λεγειν vertit, *ſicut ipſe fatebitur.* Tu deinceps loci ſententiam ſic collige: Dixerat Æſchylus *inter ſe et Euripiden inique comparatam eſſe in Orco concertationem.* Quæſivit Bacchus: *Quid ita tandem?* Reſpondet Æſchylus: *Propterea quod*

5 And. 687. 6 Sup. 769.

poemata

poemata mea non ſunt mecum una mortua, neque adeo ad Orcum devenere; proinde mihi in recitando ſola memoriæ vi nitendum erit. Iſtius contra ſcripta mortuum dominum ſimul mortua ad Orcum comitata ſunt: unde ei *cum præſto ſint ad manum* in promptu erit recitare. Hæc autem mihi in mentem revocant quendam apud *Sophoclem* locum perperam hodie repræſentatum: is autem extat in Philoctete verſ. 1497.

Ως ταλλα παντα δευτερ' ἡγειται πατηρ
Ζευς. ἡ γαρ ευσεβεια συνθνησκει βροτοις·
Καν ζωσι, καν θανωσιν, ουκ απολλυται.

Hoc eſt cum interprete: *Quia alia omnia poſteriora ducit Jupiter: Pietas enim ſimul moritur cum hominibus, et ſeu vivant, ſeu moriantur, nunquam interit.* Ehem! *ſimul moritur cum hominibus, et — nunquam interit!* Nempe interiret credo ſi cum hominibus non ſimul moreretur. Hæccine obſecro tam ſtolida, tam abſurda, tam ſecum pugnantia ut a *Sophocle* profecta credamus? Immo ocyus reſcribendum cura:

Ζευς· ΟΥ γαρ ΗΥΣΕΒΕΙΑ συνθνησκει βροτοις·

NON *enim pietas ſimul moritur cum hominibus.*

V. 920. Ω ξυνεσις, και μυκτηρες οσφραντηριοι] Secundam ſenarii ſedem ſpondeus Muſis et Apolline invitis occupat. Tu vero dubitare noli quin a Comici manu fuerit,

Ω ΞΥΝΕΣΙ, και———

V. 1137.

V. 1137. Οτι περ ουν εχετον ερειζειν,
Λεγετον, επιτον, αναδαιρετον.]

Dimetri alterius pes tertius eſt anapæſtus, quartus (nam ſequens a conſonante verſus incipit) iambus. Utrumque reclamantibus metri trochaici legibus. Deinde qui ex verbo αναδαιρετον ſenſum huic loco congruentem elicere ſataget, ne dicam eſſe plane nihili, operam luſurus eſt. In hac quidem ſcriptura agnoſco vel germanæ lectionis vel certe probi interpretamenti veſtigia. Si utique αναδιαιρετε a poetæ manu profectum ſit, facile fieri potuit ut aliquis in ejus locum ſufficeret αναδιαιρετον ut cum dualibus εχετον, λεγετον, επιτον accuratius quadraret; neſcius interim pedem ultimum hoc pacto creticum effici: nam uti ſupra monuimus, ultimis dimetrorum ſyllabis nulla apud Græcos permiſſa eſt licentia. Hoc autem poſtea per librarii oſcitantis incuriam in corruptum αναδαιρετον qui migraverit conceptu facillimum eſt. Sin ſcripſerit Comicus vel αναδιελετον, vel αναδασασθον; quorum utrumvis tam metro quam ſententiæ aptiſſime convenit: αναδιαιρετον interpretamentum primo fuiſſe cenſendum eſt, temporis autem progreſſu in contextum receptum; forma denique altera quæ hodie obtinet dehoneſtatum. Erit autem loci ſenſus, ſive αναδιαιρετε, ſeu αναδιελετον; ſeu denique αναδασασθον legeris: *accurate diſpertite. Heſychius* et *Suidas:* Αναδασασθαι] Αναμερισασθαι. Uterque fortaſſis ex aliquo hujus loci interprete revera deſcripſit: Αναδασασθον] Αναμερισασθον.

V. 1266.

V. 1266. Ορας; προσηψεν αυθις αυ την ληκυθον.
Αλλ, ω γαθ, επι και νυν ΑΠΟΔΟΣ παση τεχνη.
Ληψει γαρ οβολε πανυ καλην γε καγαθην.]

Vertit *Frischlinus* ipso loci ingenio adductus: *Vides? iterum ille accommodavit lecythum; Age, mi vir Æschyle*, vende *hanc omni modo; Namque uno obolo emes aliam tibi pulchram et probam.* Nempe supra *Euripiden* hortatur Bacchus ut ab *Æschylo* lecythum importunam emat; hic autem *Æschylum* istis compellat:

Αλλ, ω γαθ, επι και νυν ΑΠΟΔΟΣ παση τεχνη.

Atqui verbi activi αποδιδοναι ea non est vis ut *vendere* significet, hanc vero notionem medii αποδιδοσθαι propriam esse confirmo; ac proinde rescribi oportere:

——————— ΑΠΟΔΟΥ παση τεχνη.

1 Νυν δε τες σαχυς εκεινες, ες εκειθεν ηγαγεν
Εν ξυλω δησας αφανει, ΚΑΠΟΔΟΣΘΑΙ βελεται.

Schol. Αποδοσθαι] Πωλησαι.

2 Ερμη μπολαιε, ταν γυναικα ταν εμαν
Ουτω μ ΑΠΟΔΟΣΘΑΙ, ταν τ εμαυτε ματερα.

3 Θαρρει Μεγαρικ᾽ αλλ ης τα χοιριδι ΑΠΕΔΟΥ
Τιμης————

4 Μα τον Δι ε δητ, αλλ ΑΠΟΔΟΣΘΑΙ βελομαι
Τον ονον αγων————

1 Equ. 393. 2 Ach. 817. 3 v. 830.
4 Vesp. 169.

Rursus Schol. Αποδοσθαι] Πωλησαι.

5 Αφ ων γαρ ΑΠΕΔΟΜΕΘΑ κακερδαινομεν.

Ubi obiter monere libet versum neutiquam sincerum haberi. Nec vero ipsa oratio recte procedit. Qui versui unice consulet, ei απεδομεσθα placebit; qui vero utrique, is non nisi απεδιδομεθα comprobabit: hoc enim postulat quod sequitur εκερδαινομεν.

6 ——————— οιει γαρ αν
Τον περφηκτον ΑΠΟΔΟΣΘΑΙ με χιλιων δραχμων.
7 Αμεινον η νυν αυτ ΑΠΟΔΩΣΕΤΑΙ πολυ.
8 ΚΑΠΕΔΟΤΟ τον μεν Θαρρελειδου τουτονι
Κολοιον οβολου———

Alterum vero αποδος sensu longe diverso valet vel *solve*, ut Ran. 272.

Εκβαιν, ΑΠΟΔΟΣ τον ναυλον———

vel *redde, restitue:*

1 Αλλ ΑΠΟΔΟΣ αυτο———
2 Α δ' ελαβες ΑΠΟΔΟΣ, πατρος εμου λαβων παρα.
3 ΑΠΟΔΟΣ το σωμα πατρι· μη συνθνησκε μοι.
4 ΑΠΟΔΟΣ δαμαρτος νεκυν, ὁπως χωσω ταφω.
5 ———ΑΠΟΔΟΣ ὡς ταχος τα τοξα μοι.
6 Απεστερηκας τον βιον τα τοξ' ἑλων·
ΑΠΟΔΟΣ ἱκνουμαι σ', ΑΠΟΔΟΣ ἱκετευω τεκνον.

5 Pac. 1204. 6 v. 1236. 7 v. 1258. 8 Av. 17. 1 Thesm. 755. 2 *Eur.* Or. 642. 3 v. 1080. 4 v. 1623. 5 *Soph.* Phil. 922. 6 v. 930.

Porro

Porro in verſu ultimo pro καλλω γε καγαθω malim καλλω ΤΕ καγαθω. Nam hanc locutionem Atticis ſcriptoribus eſſe ſolemnem video.

1 Μεειμνοφεοντισται, ΚΑΛΟΙ ΤΕ ΚΑΓΑΘΟΙ.
2 Αλλ εις εμοιγ ὑιος ΚΑΛΟΣ ΤΕ ΚΑΓΑΘΟΣ.
3 —των πολιτων τους ΚΑΛΟΥΣ ΤΕ ΚΑΓΑΘΟΥΣ.
4 Και των πολιτων ὁι ΚΑΛΟΙ ΤΕ ΚΑΓΑΘΟΙ.
5 Αλλοι τε πολλοι και ΚΑΛΟΙ ΤΕ ΚΑΓΑΘΟΙ.
6 Τους μεν ΚΑΛΟΥΣ ΤΕ ΚΑΓΑΘΟΥΣ ου προσλεγει.
7 Ουκ ην ξυνης ανδρασι ΚΑΛΟΙΣ ΤΕ ΚΑΓΑΘΟΙΣ ;

V. 1496.—ισως σωθωμεν αν] Ut evitetur deinceps ſoloeciſmus, legendum ſtatuo ;

——— ισως ΣΩΘΕΙΜΕΝ αν.

Librarius opinor qui iſta Grammaticorum inſomnia τυφθειητον, τυφθειητην, τυφθειημεν, τυφθειητε, τυφθειησαν, imberbis didicerat, vera quam ignorabat ſcriptura offenſus in ejus locum alterum iſtud ſuffecit ; neſcius interim primo terminationes optativas ειητον, ειητην &c. αιητον &c. οιητον &c. ſcriptoribus vere Græcis ignotas fuiſſe ; ac deinde voculam αν cum forma ſubjunctiva niſi cum certis itidem comitibus nunquam conſtrui. Analogiæ a Græcis γονιμοις perpetuo ſervatæ, uti et voculæ αν conſtructionis ſimul exempla accipe :

1 Nub. 101. 2 v. 795. 3 Ran. 731.
4 Equ. 227. 5 v. 732. 6 v. 735. 7 Veſp. 1248.

1 Αρα γ ΑΝ προς των θεων υμεις ΑΠΑΛΛΑΧΘΕΙΤΕ μοι;
2 Τουτων χαιρειν ΑΝΤΙΔΟΙΤΗΝ.
3 Ημεις ΑΝ ΕΙΜΕΝ θατερω κεχρημεναι.
4 Ως δη σκοτος λαβοντες ΕΚΣΩΘΕΙΜΕΝ ΑΝ.
5 Οι μοι διεφθαρμεθα· πως ΣΩΘΕΙΜΕΝ ΑΝ;
6 Εν ῷ ΔΙΕΡΓΑΣΘΕΙΤ ΑΝ· αλλ εμοι πιθου.
7 Παρων τ εκαμνον. δις δε ΛΥΠΗΘΕΙΜΕΝ ΑΝ.
8 Μι εστιν ελπις, ἥ μονη ΣΩΘΕΙΜΕΝ ΑΝ.
9 Αλλ ουδε μην ναυς εστιν, ἥ ΣΩΘΕΙΜΕΝ ΑΝ.
10 ΩΣ ουτε γαιας ὅρι ΑΝ ΕΚΒΑΙΜΕΝ λαθρα.
11 Παθοντες ΑΝ ΞΥΓΓΝΟΙΜΕΝ ἡμαρτηκοτες.

Legi quidem video apud *Euripiden* in Cyclope Verſ. 132.

Ουκ οιδ Οδυσσευ· παν δε σοι ΔΡΩΙΗΜΕΝ αν.

Verum ibi reſcribendum eſt:

———— παν δε σοι ΞΥΝΔΡΩΙΜΕΝ αν.

Hoc utique poſtulat non ſolum quam ſtatuimus analogia, ſed et ipſa, uti conſulenti patebit, loci indoles.

1 Veſp. 482. 2 Theſm. ult. 3 *Eurip.* Hipp. 349. 4 Taur. 1025. 5 v. 1028. 6 Heracl. 175. 7 Hel. 777. 8 v. 821. 9 v. 1053. 10 Herc. 82. 11 *Soph.* Ant. 938.

Emendationes

Emendationes in EQUITES.

V. 159. Ω των Αθηναιων ταγε των ευδαιμονων] Huic lectioni ortum dedit ignorata vocis ταγος prosoedia. Eam autem subjecta docebunt loca:

1 Τᾱγος ὡς φιλος φιλῳ.

Huic utique in strophe respondet,

Χρῦσεον δρακοντ εχων.

2 Αρ οισθα τᾱγους οντας, ἀν λεγῃς, λεγων;

3 Τᾱγος μακαρων εξευρ επ εμοι

4 Πυλων επ εξόδοισι τᾱγησαι ταχος.

5 Τᾱγοι Περσων.

6 Ναων δε τᾱγοι των λελειμμενων συδην.

Horum ad normam Comici versum sic exigendum censeo:

Ω των ΑΘΗΝΩΝ τᾱγε των ευδαιμονων.

Aut etiam retineri poterit Αθηναιων, si ταγε in αγε mutaveris.

V. 428. Εξειμι γαρ σοι λαμπρος ηδη και μεγας καθιεις,
Ομου ταρατ]ων την τε γην και την θαλατ]αν εικη]

Scholiastes vel potius Scholiastæ ad locum: Καθιεις] Παρεσκευασμενος. Καθιειν [oportuit καθιεναι] δε κυριως το

1 *Eur.* Iph. in Aul. 269. 2 *Soph.* Ant. 1069.
3 *Æsch.* p. 11. l. 6. 4 p. 71. l. 8. 5 p. 126. l. 6.
6 p. 147. l. 17.

χαλαν

χαλαν τα των νεων ἱϛια· ταυτα δε προσφορως ειρηκεν ὁ Κλεων. ην γαρ σφοδρος εν τοις λογοις. Καθιεις ουν. αντι του καθειμενως πνεων. ἡ δε μεταφορα απο των ανεμων. Ain vero, o bone, καθιεις idem valere atque παρεσκευασμενος? Surdo profecto mihi fabulam narras. Neque enim aliud quidquam est quod non æque denotare possit. Alter (nam vix eundem fuisse credendum est) vocem καθιεις Cleoni convenire docet propterea quod primo καθιεναι proprie *vela demittere* significet: deinde quod Cleo in dicendo *vehemens fuerit*. Hæc qui intelligit ita expediat velim, ut cum sequente versu congruant Ομου ταραττων &c; Pergit autem homo festivus, vel forte incipit tertius monendo καθιεις æquipollere τῳ καθειμενως πνεων *demisse spirans*. Nempe hoc credo in Cleonem aptissime cadit qui ibidem dicitur *terram ac mare conturbare*. Missis autem hominum delirantium nugis, videamus an germanam Comici scripturam revocare possimus:

Εξειμι γαρ σοι λαμπρος ηδη, και μεγας ΚΑΤΑΕΙΣ.

μεγας καταεις, non jam *demisse*, sed *vehementer flans*. Ad locutionem μεγας καταεις quod attinet, gemella plane extat in *Euripidæ*, uti volunt, fabula quæ Rhesus inscribitur, V. 322.

———————— ηνικ' εξωσης Αρης
Εφαυσε λαιφη τησδε γης ΜΕΓΑΣ ΠΝΕΩΝ.

Idem *Euripides* in Bacchis V. 640.

Ραδιως γαρ αυτον οισω, καν ΠΝΕΩΝ ελθη ΜΕΓΑ.

Ubi

Ubi itidem malim ΜΕΓΑΣ. De verbo εφαυσε libet ampliare. Unum tantum moneo ex variis quæ propositæ sunt conjecturis *Barnesianam* εφυσε (quod verbum homo festivus pro εφυσα adhiberi statuit) longe ineptissimam esse. Si prosoediam spectes, eadem servatur analogia inter Atticorum ᾱημι et Ionum αwημι, quæ inter illorum ᾱιω et horum αwιω.

V. 435. Ως ετος ηδη γε κακιας και συκοφαντιας πνει] Neutiquam ferendus est accentus in voculam γε correptam cadens. Lege vero,

Ως ἑτος ηδη ΚΑΙΚΙΑΣ ———

Nempe adludens hic Chorus ad ea quæ jam supra dixit Cleo—και μεγας καταιξ, Ομε ταρατ]ων την τε γην *&c. venti* nomine eum impertit. Atque ita quidem vix dubito quin legerit Scholiastes.

V. 712. Επισαμαι γαρ αυτον οις ψωμιζεται.
ΑΛ. Καθωσπερ αι τιτθαι δε σιτιζεις κακως]

Principio καθωσπερ sive καθως non est nisi recentioris farinæ, *Aristophanis* autem temporibus non magis Attice dici potuit quam vel quod ridet Comicus ab homine barbaro usurpatum χαιρησμαι, vel quod hodie apud *Æschylum* legitur ηδοιμι. Deinde magis ασυνδετος est oratio quam quæ in Comœdia ferri possit. Tu vero, si sapis, totidem literas puncto duntaxat subjecto, sic dispertiendas curabis, Καθ ωσπερ—*Æschyli*

chyli autem ad quem reſpexi locus extat in Prometheo pag. 46. l. antep.

ΙΩ. Η γαρ ποτ εϛιν εκπεσειν αρχης Δια;
ΗΔΟΙΜ αν, οιμαι, τηνδ ιδεσα συμφοραν.
Πως δ εκ αν, ητις εκ Διος πασχω κακως;

At enim quo tandem pacto ηδοιμην *recipiet ſenarii hujus ratio?* At enim bono ſis animo. Nam neque iſtud neceſſe eſt. Et profecto ni veram hujus loci ſcripturam inſtauravero, vel *Barneſio* deinceps ineptior vocari patiar. Ecce autem:

ΙΩ. Η γαρ ποτ εϛιν εκπεσειν αρχης Δια;
ΠΡΟ. ΗΔΟΙ αν, οιμαι, τηνδ ιδεσα συμφοραν.
ΙΩ. Πως δ εκ αν, ητις εκ Διος πασχω κακως;

Monere autem ſuperſedeo quam convenienter iſtud οιμαι Prometheo tribuatur, quod luis injuriarum jam memoris ab ore languidule proveniret. Cum Prometheus dixit Ηδοιο αν οιμαι—*Lætareris opinor ſi iſtud tibi videre contingeret*; ea continuo accenſa regerit, Πως δ εκ αν; *Quî enim fieri poſſet ut non lætarer, quæ a Jove tam male habear?*

V. 886. Αλλ εχ υπερβαλεις με θωπειαις——]
Verbo activo υπερβαλλειν notio hic tribuitur quæ ex Attici ſermonis ingenio non niſi in medium υπερβαλλεσθαι cadit: *Sed non* ſuperabis *me*—Repone,

Αλλ εχ ΥΠΕΡΒΑΛΕΙ με———

1 Ειπης

1 Ειπε̣ τον ανδ̣ρ ΥΠΕΡΒΑΛΕΙ, και μη γελωτ οφλησεις.
vulgo perperam οφλησης.

2 Ουτοι μ ΥΠΕΡΒΑΛΕΙΣΘ αναιδεια, μα τον Ποσειδω.

3 ΥΠΕΡΒΑΛΕΙΣΘΑΙ σ ειομαι τοτοισιν———

4 Οτοισι τονδ ΥΠΕΡΒΑΛΕΙ· ποικιλος γαρ ανηρ.
non ανηρ cum vulgo.

5 Μαχῃ μεν εν αν εχ ΥΠΕΡΒΑΛΟΙΜΕΘΑ
Πελασγον Αργος———

6 Φιλτροις δ εαν πως τηνδ ΥΠΕΡΒΑΛΩΜΕΘΑ.

V. 1308.

Ει δ αρεσκοι ταυτ Αθηναιοισι, καθησθαι μοι δοκω.
Εις το Θησειον πλευσαις, η πι των σεμνων θεων]

Operam plane lusurus videtur, qui horum vel sententiam vel rationem grammaticam exponere aggredietur. Ipsum etiam metrum eo laborat, quod sedem prioris trochaici quintam dactylus occupet. Comici vero manum sic opinor agnosces:

Ει δ αρεσκοι ταυτ Αθηναιοις, ΚΑΘΗΣΘ ΑΝ μοι δοκω
Εις το Θησειον ΠΛΕΟΥΣ ΑΝ, ΗΙΣ ΤΟ των σεμνων θεων.

Quod si hæc Atheniensibus placuerint, videor mihi ad Theseum vel ad Eumenidum templum *confugitura, ibique sedem locatura.* Quod ad constructionem καθησθαι αν μοι δοκω attinet, adi sis pag. 82. Locutio autem η επι των &c. præsertim cum præcedat εις το Θησειον,

1 Nub. 1031. 2 Equ. 407. 3 v. 411. 4 v. 755.
5 *Eurip.* Orest. 690. 6 *Soph.* Trach. 593.

minus recte haberi videtur cum mutatæ præpositionis tum articuli non jam repetiti nomine. Firmatur autem lectio quam reposuimus *η εις το των* &c. ex Thesm. 231.

ΕΥ. Ουτος συ ποι θεις; ΜΝ. ΕΙΣ ΤΟ ΤΩΝ ΣΕΜΝΩΝ ΘΕΩΝ.

Emendationes in ACHARNENSES.

V. 144. *Και δητα φιλαθηναιος ην υπερφυως,*
Υμων τ' εραστης ην αληθως, ὡστε και
Εν τοισι τοιχοις εγραφον, Αθηναιοι καλοι]

Φιλαθηναιος ην, ὑμων τε εραστης ην, ὡστε ΕΓΡΑΦΟΝ—Unquamne obsecro atrociorem soloecismum vidisti? Hoc primum. Deinde alterum in versu ultimo improbandum venit, quod dactylo anapæstus subjiciatur. Hoc genus utique tam pauca in universis Comici scriptis reperiuntur, eaque tam levi manu ad normam alibi servatam exigenda, ut nullus dubitem quin ab hac pedum in metris iambicis distributione poetæ Attici summa cum religione temperarent. Idem dictum puta de anapæsto tribrachyn excipiente. Quam rem mihi videor non solum primus observasse, sed ejusdem itidem rationem assecutus esse. Ea autem ex accentuum quam supra tradidimus indole atque ingenio petenda est. Nempe hoc pacto efficitur ut proximi duo accentus quatuor

sylla-

ſyllabarum intervallo ab invicem diſtent, non ſine gravi aurium offenſione :

Εν τοισι τοιχοις ἐγραφον Αθήναιοι καλοι.

Reſcribo vero conſpirante et ſyntaxeos et accentuum ratione,

Εν τοίσι τοίχοις ἔγραφ, Αθήναιοί καλοι.

V. 270. Πολλων γαρ εστιν ἡδιον, ω Φαλης, Φαλης.]

Πολλων ἡδιον—Quis unquam ita locutus eſt? Reſcribe vero cum *Scaligero* Πολλῳ. Sed ne ita quidem ſarta tecta evadent omnia. Quod enim virum ſummum fefellit, comparativa in ιων exeuntia in ſermone Attico penultimam ſemper producunt. Singulorum autem apud Comicum occurrentium ſingula deſcribam exempla :

1 Ζητων ετ ανδρα τους τροπους βελτῑονα.
2 Πολυ της πενιας πραγμ αισχῑον ζητεις αυτῳ προσαψαι.
3 Επειτα του καλλῑον ανατεθησεται;
4 Ουδε χαιρω βαπτων, ουδ εγχελυσιν, αλλ ἡδῑον αν.
6 Κακῑον απολοιμην αν η συ. Πως; Οπως;

Qui plura vult, adeat Plut. 558, 576, 595. Ran. 1041. Equ. 857. Acharn. 650, 1077, 1115. Pac. 1447. Eccl. 71, 473, 621. Theſm. 539, 807, 817.

1 Plut. 105. 2 v. 590. 3 v. 939. 4 Veſp. 508. 5 Theſm. 210.

Lyſ. 1160. Horum autem ad normam locus in quo verſamur ſic exigendus eſt:

Πολλῳ γαρ ΕΣΘ ηδιον, ω Φαλης, Φαλης.

V. 487. Επηνεσ' αγε νυν ω ταλαινα καρδια,
Απελθ εκεισε, κατα την κεφαλην εκει
Παρασχες, ειπεσ ἁττ' αν αυτη σοι δοκει.
Τολμησον, ιθι, χωρησον, αγαμαι καρδιας.]

Laudo te, age nunc, ærumnoſum cor, illo abi. Præbe caput illic et dic quæ lubent tibi: Aude, i, contende in hoſtem: hunc ego admiror animum. Ita habet *Friſchlini* interpretatio in Edit. *Kuſteriana*; in *Amſtel.* vero, *hoc ego oblector animo.* Hujus expoſitionis ut veneres appareant, muta *animo* in ſynonymum *corde: ô ærumnoſum cor,—hoc ego oblector corde.* Nec vero αγαμαι unquam *oblector* valet: Altera etiam *o ærumnoſum cor—hoc ego miror cor* (huc enim recidunt *hunc ego admiror animum*) quanquam non æque ſtolida atque abſurda ſit, proximum tamen occupavit ineptiarum gradum. Nec vero minores ineptias, quoquo te verteris, ſuppeditare poterit lectio iſta αγαμαι καρδιας. Immo potius nullius plane ſententiæ eſt capax. Nec vero verbi αγαμαι cum ſolo genitivo conjuncti exempla in Lexicis allata certæ ſatis fidei videntur. Καρδιας autem plurale quo ſenſu obſecro accipi poterit? Tu tandem inſulſam ſcripturam deceptis librarii auribus acceptam refer, ac veram Comici manum agnoſce:

Τολμησον,

Τολμησον, ιθι, χωρησον, ΑΓ ΕΜΗ ΚΑΡΔΙΑ.

ſicuti ΑΓΕ νυν ω ταλαινα ΚΑΡΔΙΑ. Nempe αγε εμη καρδια non ſecus hic repetitur ac ſupra ω θυμε:

Ω ΘΥΜ, ανευ σκανδικος εκπορευεται;
Αρ οισθ᾽ ὁσον τον αγων αγωνιει ταχα,
Μελλων ὑπερ Λακεδαιμονιων ανδρων λεγειν;
Περβαινε νυν Ω ΘΥΜΕ————

Cæterum pro δοκει in verſu proxime præcedente poſtulat Græci ſermonis indoles δοκῃ, quippe quod ad ἁτ] αν referendum ſit.

V. 519. Κειπε σικυον ειδεν η λαγωδιον] Quod editorum nemo hujus loci ſyntaxin improbaverit, equidem nihil miror. At non ita egregiæ ſagacitatis fuiſſet perſpectum habuiſſe vocem σικυον mediam minus recte longam hic habere. Utrique ſimul incommodo ſubveneris reponendo ex *Suida*,

Κειπε σικυον ΙΔΟΙΕΝ η λαγωδιον.

Ecce autem eandem apud *Sophoclem* conſtructionem Electr. 924.

Αλλη δε καλλη δωματων στρωφωμενη,
ΕΙΠΟΥ φιλων ΒΛΕΨΕΙΕΝ οικετων δεμας,
ΕΚΛΑΙΕΝ ἡ δυστηνος————

Ubi ſi εβλεψεν ſcripſeris ſyntaxeos rationem violaveris. Noli autem de numero verbi mutato ſollicitus eſſe; refertur enim ad nominativum ανδραεια.

V. 633.

V. 633.

Φησιν δ' ειναι πολλων αγαθων αξιος ὑμιν ὁ ποιητης]

Locutio ista αγαθων αξιος ὑμιν quo valeat exponat velim, qui intelligere sibi videtur. Interim vero contemplare, si vacat, quid inter eam et veram (ni male auguror) *Aristophanis* manum intersit:

Φησιν δ' ειναι πολλων αγαθων ΑΙΤΙΟΣ ὑμιν ὁ ποιητης.

Dicit autem Poeta multorum se vobis bonorum auctorem *extitisse*. Post hæc utique verba Chorus continuo recenset quæ fecerit Poeta Atheniensibus in commodum cedentia; narrationem autem sic claudit:

Ταυτα ποιησας ΠΟΛΛΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ΑΙΤΙΟΣ ΥΜΙΝ γεγενηται.

Similiter legimus:

1 ——————— καν μεν αποφηνω μονην
ΑΓΑΘΩΝ ἁπαντων ουσαν ΑΙΤΙΑΝ εμε ΥΜΙΝ —

2 — μεγαλων γαρ ΜΟυσιν ΑΓΑΘΩΝ ΑΙΤΙΟΣ.

3 Ουτος γαρ ὁ θεος ΑΙΤΙΟΣ ΜΟΙ των ΚΑΚΩΝ.

4 Αυτος μεν ουν ΣΑΥΤΩΙ συ ΤΟΥΤΩΝ ΑΙΤΙΟΣ.

5 Ουχ απαντων οντας ΗΜΙΝ ΑΙΤΙΟΥΣ των ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ.

Eadem itidem curatione in integrum, aliqua certe ex parte, restituendus venit alter Comici locus, Pac. 918. Scribendum utique,

Πολλων γαρ ὑμιν ΑΙΤΙΟΣ ἁθμονευς εγω.

1 Plut. 468. 2 v. 829. 3 Nub. 85. 4 v. 1456. 5 Ach. 309.

Ubi

Ubi itidem vulgo præfertur ΑΞΙΟΣ. ἀθμονευς autem h. e. ὁ Αθμονευς. neque enim aliter conſtat metri ratio. nam Αθμονευς primam corripit: Pac. 189.

Τρυγαιος ᾰθμονευς, αμπελουργος δεξιος.

V. 640. Ευρε το παν αν δια τας λιπαρας] Quod Latini dicunt *nanciſci*, *adipiſci*, *conſequi*, id apud Græcos denotat verbum non jam activum ἑυρειν ſed medium ἑυρεσθαι:

1 Και ταυτα παντα, σου θανοντος, ΕΥΡΟΜΗΝ.
2 Θνητοις αρηγων αυτος ΕΥΡΟΜΗΝ πονους.
3 Τλημων Ορεστης μοιραν ΕΥΡΕΤ ασφαλη.
4 Ανικ ΕΥΡΙΣΚΟΝΤΟ Θεων παλαμαις τιμαν.
5 Ελπιδ' εχω κλεος ΕΥ-
ΡΕΣΘΑΙ κεν ὑψηλον προσω.
6 Φαρμακον καλλιστον ἑας αρετας
Αλιξιν ΕΥΡΕΣΘΑΙ συν αλλοις.
7 ΕΥΡΗΤΑΙ τις αποινα μοχθων.

Quibus inter alia innumera adjici poterit iſtud *Demoſthenis* Orat. ad Lept. l. 6. ανθρωπους ΕΥΡΟΜΕΝΟΥΣ ατελειαν. Ubi cave obiter MSS. aliquot virique inſuper doctiſſimi auctoritate adductus legendum exiſtimes ΕΥΡΑΜΕΝΟΥ. Nam primo verbi ἑυρισκω aoriſtus primus formæ vel activæ vel mediæ nuſquam extat. Deinde ſi exitiſſet utrumvis, fu-

1 *Soph.* Aj. 1042. 2 *Æſch.* pag. 25. l. pen. 3 pag. 225. 4 *Pind.* Pyth. I. 94. 5 III. 196. 6 IV. 334. 7 Nem. VII. 23.

turi

turi ἑυρησω rationem ſequi oportuiſſet; quod tamen de ἑυραμθμος dici nequit. Alterum jure improbaveris quod cum voce παν articulus hic conjungatur. Neque enim ea eſt orationis indoles ut id fieri patiatur. Romanorum utique *quodlibet* Attice dicitur παν, non το παν, Hanc autem notionem locis hujus natura exigit. Exempla autem quæ huc ſpectantia abunde congeſſi hodie non ſunt præſto ad manum. Unum illud ſuggerit memoria Veſp. 347.

Τις αν ἐν ειη; ζητειϑ υμεις. ὡς ΠΑΝ αν εγωγε ποιοιμην.

Ubi voculam αν quæ poſt eaſdem literas evanuerat reſtituendam curavi cum metri tum ſermonis ingenio adductus. Vulgo etiam deſideratur interrogationis nota verbo ειη ſubjecta. Minus recte. Neque enim τις συντακτικως referri poteſt ad ζητειτε; oportet vero ὁςις. Locum autem in quo verſamur ſic refingendum ſtatuo, idque literis neque mutatis nec tranſpoſitis, ſed diverſo tantum modo diſpertitis:

ΕΥΡΕΤΟ ΠΑΝ αν δια τας λιπαρας————

Cæterum emendandum hic ſeſe offert quod apud *Sophoclem* in Electra verſ. 1027. vulgo circumfertur:

Ειϑ ωφελες τοιαδε την γνωμην πατρος
Θνησκοντος ειναι· παντα γαρ κατειργασω.

Quem locum ſic interpretantur: *Utinam tali fuiſſes animo pater cum cæderetur*; *ſic enim omnia per te confeciſſes.* Atqui verbum κατειργασω niſi accedente vocula αν Latino *confeciſſes* neutiquam æquipollet.

Hanc

Hanc tamen notionem loci indolem flagitare palam eſt; cui etiam παν multo magis congruit quam παντα. Itaque reſcribendum omnino videtur,

Θνησκοντος ειναι· ΠΑΝ ΓΑΡ ΑΝ κατειργασω.

Nec vero dubites velim quin apud *Æſchylum* reponendum ſit (uti et conjeciſſe video *H. Steph.*)

Λεγ ἡνπιν αιτῃ· ΠΑΝ ΓΑΡ ΑΝ ΠΥΘΟΙΟ μȣ.

Lectionum utique quæ ibi habentur παν γαρ εκπυθοιο μȣ, παντα γαρ πυθοιο μȣ, et παν γαρ ȣν πυθοιο μȣ nullam non repudiat ſyntaxeos ratio.

V. 879. Σκαλωπας, εχινως, αιλȣρως, πυκτιδας.]
Alii Σκαλωπας, εχινως, αιαλȣρως, πυκτιδας.
Alii Σκαλοπας, εχινως, αιελȣρως, πυκτιδας.

Ex his lectionibus ſola quam exhibet Cl. *Kuſterus* ſenarii legem violat. Atque ea itidem ſi verborum analogia ſpectetur, peſſime omnium ſe habet. Σκαλοπας *Heſychii* et *Suidæ* auctoritate nititur. Neque huic ſcripturæ quidquam adverſatur. Vocem αιλȣρος deducunt etymologi ab αιολλω et ȣρα. At qua demum ratione media vocalis ο eliminatur? Oportet certo certius, ni ſuſque deque habeatur analogia, αιολȣρος; non ſecus atque fieri videmus in cæteris omnibus vocabulis eandem originem præferentibus. Nunc vide cum analogia quam amice itidem conjuret proſoediæ ratio:

Σκαλοπας, εχινως, ΑΙΟΛΟΥΡΩΣ, πυκτιδας.

Stabilitur porro vocis αιολȣρȣς quantitas ſyllabica ex duobus apud *Athenæum* locis *Anaxandridæ* altero, altero *Timoclis*; non jam prout hodie ſcribuntur, ſed prout ſcribi oportere res ipſa clamat. Ea autem extant pag. 300.

Συ μεν τον ΑΙΛΟΥΡΟΝ κακον εχοντ ην ιδῃς,
Κλαιης. εγω δ᾽ ἡδιϛ αποκτεινας δερω.

Πως αν μεν ȣν σωσειεν ιβυς, η κυων;
Οπȣ γαρ εις θεȣς τȣς ὁμολογȣμενȣς
Θεȣς ασεβȣντες ȣ διδοασιν ευθεως
Δικην, την ΑΙΛΟΥΡΟΥ βωμος επιτρεψειεν αν;

In priore τῳ αιλȣρȣν articulum perperam præfici nemo non ſentiet niſi qui inter αιλȣρȣν et τον αιλȣρȣν quid interſit ignorat. Deinde vitioſa eſt loquendi ratio κακον εχοντα. Eſt autem vera ſcriptura,

Συ μεν ΑΙΟΛΟΥΡΟΝ ην ΚΑΚΩΣ εχοντ ιδῃς,
Κλαεις ————

In altero iſtud θεȣς τȣς ὁμολογȣμενȣς Θεȣς, ſi vel oratio vel metrum ſpectetur, quis ferendum cenſebit? Cui placere poterit prima vocis αιλȣρȣς in ultimo verſu correpta? Quis non potius legendum agnoſcet,

Οπȣ γαρ εις τȣς ὁμολογȣμενȣς θεȣς
Ασεβȣντες ȣ διδοασιν ευθεως δικην,
Τιν ΑΙΟΛΟΥΡΟΥ βωμος επιτρεψειεν αν;

In verſu autem primo pro Πως αν MEN ȣν malim Πως αν TIN ȣν—Video quidem in ſtolidiſſimo quodam hymno

hymno *Callimachi* ſi diis placet nomine inſignito πειϲυλλαβως repræſentari αιλεϱον. Sed plura ibi reperiuntur, ut materiei futilitatem mittam, adverſus cum ſermonis tum metri indolem peccata, quam quæ hujus eſſe loci mereantur.

Emendationes in VESPAS.

V. 166. Πως αν σ αποκτειναιμι; πως; δοτε ξιφος
Οπως ταχιϛ, η πινακιον τιμητικον.]

Vocem τιμητικον exponit Scholiaſtes καταδικαϛικον, atque eum ſecutus *Friſchlinus damnatoriam.* Exinde credo hoc colligunt quod τιμημα *mulctam* denotet. Atque iis quidem commode quodammodo accidit quod e *judicum* numero ſit qui hoc loquatur. Alioqui quo ſe converterent vix habuiſſent. Sed quem obſecro in finem *tabellam* quam vocant *damnatoriam* popoſciſſet judex noſter jam ſolus ac domi concluſus. Num ibi damnandi auctoritate pollebat? Ridiculum. Sed ne ambagibus utamur, ecce veram ni fallor Comici manum:

——————— η πινακιον TI TMHTIKON.

Date quanto ocyus enſem vel πινακιον *aliquod* incidendi-vim-habens. h. e. *quo cerebrum homini diminuam.* Per πινακιον autem intelligi volumus *tabulæ ligneæ fruſtum.*

V. 168. Ανθρωπος ὁτος μεγα τι δρασειεν κακον.]

Principio pro Ανθρωπος enunciandum eſt ἁνθρωπος. Neque enim niſi cothurnato licebat ανθρωπος ὁτος abſque articulo uſurpare. Quod autem adhuc gravius eſt, verbum δρασειεν tam nude poſitum non eſt niſi optantis, *faciat utinam.* Quæ notio ab hujus loci ingenio quam maxime abhorret. Tu vero abſque omni ſcrupulo repone,

——— μεγα τι ΔΡΑΣΕΙΕΙ κακον.

magnum aliquod malum patrare-molitur; ſive, ut ita dicam, *patraturit, wants to do:* nam hæc eſt vera hujus verbi ſignificatio.

1 Ω Ζευ, τι ΔΡΑΣΕΙΕΙΣ ποθ ημων τον λεων;
2 Τι ταπι τουτοις παιδ εμω ΔΡΑΣΕΙΕΤΟΝ;
3 Ηδη γαρ ειδον ομμα νιν ταυρουμενην
Τοισδ, ὡς τι ΔΡΑΣΕΙΟΥΣΑΝ———
4 Και δηλος εστιν ὡς τι ΔΡΑΣΕΙΩΝ κακον.
5 Ω δεσποτ Αιας, τι ποτε ΔΡΑΣΕΙΕΙΣ φρενι;
6 Συ δ ουτε φωνεις, ουτε ΔΡΑΣΕΙΕΙΣ σοφον.

Cæterum in tertio exemplo ſermonis indole adducti interpunctionem mutandam curavimus. Vulgo utique diſtinguitur poſt ταυρουμενην. Quo pacto τοισδε ad δρασειουσαν non ſine ſolœciſmo, vel ſenſu certe alieno, refertur. Veram hujus verbi ſyntaxin in primo exemplo habes, τι δρασειεις τον λεων, non τω λεω.

1 Pac. 61. 2 *Eur.* Phoen. 1224. 3 Med. 92.
4 *Soph.* Aj. 326. 5 v. 586. 6 Phil. 1284.

Con-

Conſtructioni autem, qua nos iſtam vocem ad πωρεμδυλυ referendam ſtatuimus, germana plane in eadem fabula occurrit, verſ. 187.

Και τοι τοκαδος δεργμα λεαινης
ΑΠΟΤΑΥΡΟΥΤΑΙ ΔΜΩΣΙΝ——

Exemplum autem jam emendatum adhuc inſignius eſt, quod ipſum hunc verſum in quo conſpiciatur verbum δρασειω alter tantum non continuo ſequatur in quo optativi itidem δρασειε vocula αν deſtituti vera atque unica reperiatur notio:

Εχθρυς γε μεντοι, μη φιλυς ΔΡΑΣΕΙΕ τι.

Ubi interpres: Utinam *tamen inimicis, non amicis aliquid* faciat. Collige obiter fruſtra fuiſſe inter alios Cl. *Bentleium* qui in iſto *Plutarchi* de Is. et Oſir. pag. 81. δοξει δε και το ὑπο των Πυθαγοεικων λεγομενον—ωνιτεσθαι &c. legi voluerit δοξειε. Oportet ſaltem δοξειε δ' αν—Sed ſimplicior multo ac verior eſt emendatio, ΔΟΚΕΙ δε——

V. 184. Τις ει ποτ' ανθρωπ' ετεον; ΦΙ. Ουτις, νη Δια.
ΒΔ. Ουτος συ ποδαπος; ΦΙ. Ιθακος, απο Δρασιπ-πιδυ.]

Vocabulum ὑτος quod Latine dixeris, *heus tu*, in medio colloquio uſum hic non ſuum ſortitur. Reſcribo vero certa (ſiquid in his rebus certi haberi poſſit) emendatione,

ΟΥΤΙΣ συ; ποδαπος;——

Quis

Quis tamen, o homo, revera es? PH. Ουτις *per Jovem.* BD. *Tune* Ουτις? *Cujas?* PH. *Ithacus*—Iſtud autem ανθρωπε vel per craſin accipi velim ω ανθρωπε, vel certe ſcribi ωνθρωπ.

V. 270. —αλλα μοι δοκει ϛαντας ενθαδ', ωνδρες,
Αιδοντας αυτον ΕΚΒΑΛΕΙΝ· ην τι πως ακυσας]
&c.

Hoc eſt: *ſed mihi commodum, o viri, videtur ut hic* [extra domum] *ſtantes canendo eum* [e domo] ejiciamus. At mihi, o viri, perquam abſurdum et contradictorium videtur. Nunc vide inter hæc tam ſtolida et veram Comici manum quid interſit:

Αιδοντας αυτον ΕΚΚΑΛΕΙΝ————

Canendo eum evocemus. Vel potius ΕΚΚΑΛΕΙΣΘ, h. e. εκκαλεισθαι. Nempe hoc ipſum eſt quod ſupra ab his ſenibus fieri ſolere dixit *Bdelycleo.* verſ. 219.

Λυχνυς εχοντες, και μινυριζοντες μελη,
Οις ΕΚΚΑΛΟΥΝΤΑΙ τυτον————

Inter verba autem εκκαλειν et εκκαλεισθαι id intercedit diſcriminis, quod illud ſimpliciter *evocare*, hoc *ad-ſe-evocare* denotet.

V. 316. Φιλοι, παλαι μεν τηκομαι δια της οπης
Υμων υπακυων, αλλ' υχ οιος τ' ειμ' αδειν]

Interpre-

Interpretatur *Florens Christianus*;

Diu est, amici, cum per hæc foramina
Vos audiens tabesco, nec pote ut canam.

Unde constat eum versum alterum non secus atque priorem senarium accepisse. Quippe eam sibi legem servandam præscripsit ut quosque Comici versus eodem, prout ipsi videretur, metri genere donaret. Atqui bellus iste senarius quartum pedem vel spondeum, vel trochæum; sextum non nisi spondeum præfert. De sententia nunc dispiciamus. Qui hic dicit *canere se non posse* supra vers. 268. a Choro narratur *aliis canendo præire solere.*

——————— αλλα ΠΡΩΤΟΣ ΗΜΩΝ
ΗΓΕΙΤ ΑΝ ΑΙΔΩΝ Φρυνιχε, και γαρ εστιν ἀνηρ
Φιλῳδος————

Ubi vulgo scribuntur αναδον et ἀνηρ. Alterum contra sermonis Attici, alterum contra metri indolem. At enim quid obsecro obstabat quo minus Tigellius noster hoc itidem temporis articulo canere posset? Aut his difficultatibus locum extrices velim, aut mecum deinceps legas;

Υμων ὑπακεων, αλλ᾽ οιος τ᾽ εκ ειμ ΙΔΕΙΝ.

Jam dudum quidem est, amici, quod tabesco per caminum [non cum interprete, *per foramina*] *Vos audiens*; *sed* videre *neutiquam valeo.* Nempe obturata erant omnia præter caminum, ei autem ipsi rete obten-

tum

tum. Sentis jam opinor quantum hic valeat unius literulæ mutatio.

Succurramus obiter locis uni et alteri apud *Sophoclem* laborantibus. Ant. 406.

ΚΡ. Η και ξυνιεις και λεγεις ορθως ἁ φης ;
ΑΓΓ. Ταυτην γ ιδον θαπτουσαν ὁν συ τον νεκρον
Απειπας. αρ ενδηλα και σαφη λεγω ;

Verbum utique ιδον augmento destitutum poetæ Attico non licuit adhibere. Scripsit vero *Sophocles*,

Ταυτην γ ΙΔΕΙΝ θαπτουσαν———

Est utique plena constructio

Ταυτην γε λεγω θαπτουσαν ιδειν———

CR. *An et intelligis et vera dicis quæ narras?* NUN. *Nempe hanc* dico *me vidisse* — Sic apud *Æschylum* in Persis pag. 135.

Και ταυτα μεν δη νυκτος ΕΙΣΙΔΕΙΝ ΛΕΓΩ·

Et hæc quidem noctu me vidisse dico. Porro pro voce nihili Απειπας (id quod bona grammaticorum et lexicographorum pace dictum sit) rescribo Απειπες. Demendum denique est punctum verbo φης minus recte subjectum. Alter locus extat in Oed. Tyr. V. 1518.

Ολωλαμεν δυ οντε· μη σφε παειδης
Πτωχας, ανανδρους, εγγενεις αλωμενας.

Ubi

Ubi verbum παειδης neque metro nec ſententiæ convenit. Poſtulat vero utrumque,

—— μη σφε ΠΕΡΙΙΔΗΙΣ.

1 Ταυτι ΠΕΡΙΕΙΔΕΘ οι Πρυτανεις παροντα με;

2 Ει μη με βουλεσθ' αποπνιγεντα ΠΕΡΙΙΔΕΙΝ.

3 Ω ποτνι Ειλειθυια μη με ΠΕΡΙΙΔΗΙΣ.

4 Βαδιζε δευρο· Μηδαμως με ΠΕΡΙΙΔΗΙΣ.

5 Οτι μου ΠΕΡΙΕΙΔΕΣ επτερίβεντ. ω Ηρακλεις.

V. 574. Δευτερον αυ τουτι γραψομαι, τὴν του πλουτου καταχήνην] Facit hæc lectio ut verbum γραψομαι mediam longam habeat. Quod tamen fieri non poteſt ni ſuſque deque habeantur proſoediæ leges. Verſui autem laboranti ſubveniendum cenſuit *Scaliger* alter ſcribendo γραψομαι γω. Atqui ita legendo γραψομαι vel primam vel ultimam nihilo melius corripit, quam vulgo mediam producit. Extat quidem ipſa hæc locutio ſupra verſ. 536.

Και μην ὅσ αν λεξη γ ἁπλως μνημοσυνα ΓΡΑΨΟΜΑΙ ΓΩ.
accuratius ΓΡΑΨΟΜΑΓΩ

Atqui ibi cernitur vera verbi γραψομαι ita collocati quantitas ſyllabica, quæ metro trochaico non minus convenit quam anapæſtico adverſatur. Erat cum exiſtimarem legi oportere γραψομ εγω. Atque hoc quidem voluiſſe τον ποιν potius crediderim. Sed ac-

1 Ach. 166. 2 Pac. 10. 3 Eccl. 369. 4 v. 1046. 5 v. 1060.

curatiori examine instituto comperi poetis Atticis non licuisse ullam diphthongum elidere. Videtur quidem hoc prima facie non raro fieri, uti in istis:

> Εοικεν ȣ ψευδαγγελης ειν αγγελος.
> Αλλ ȣπ χαιρων ταυτ ερεις. Παυσ Αισχυλε.

At revera verborum ειναι et παυσαι ultima duntaxat vocalis eliditur, altera autem cum prima sequentium αγγελος et Αισχυλε per crasin coalescit. Alia porro, cujusmodi sunt,

> Οτ ȣδε κολασ εξεστι μοι τȣς οικετας·
> Ητις με γημ επηρε την σην μητερα.

minus recte repræsentantur. Oportet vero κολασαξεστι et γημαπηρε, non secus atque in καγω, καπειτα et similibus fieri videmus. Hæc inquam est vera potestas. Per me tamen licebit exarare quo melius verborum analogia conspiciatur, κολασαι ξεστι et γημαι πηρε. Restat tertium genus, in quo hodiernæ quidem lectiones diphthongum syllaba etiam brevi sequente elisam exhibent. Id quod si recte fieret, observationem nostram funditus subverteret. Hujusmodi quotquot hodie notavi loca, cum pauca admodum sint, libet hic semel singula perstringere:

> 1 Πειν την εμην ΚΑΛΕΙΣΘ, απαγξαιμην τρεχων.
> 2 Ωστε μ ΑΠΑΓΧΕΣΘ, όταν ορχησθαι——
> 3 ΑΠΟΛΟΥΝΤ αρ ουδ οι θεντες· ȣ γαρ εσθ οπως.

1 Nub. 778. 2 v. 984. 3 v. 1183.

4 Κρατηρα

4 Κρατηρα συγκιρνασιν αι μυρεπωλιδες
ΕΣΤΩΣ εφεξης·———

5 Λαβων ταχυ παιν' ΚΛΑΥΣΕΤ αρα νη τω θεω.

6 ΓΕΝΩΝΘ' υφ αρματ ηγαγον φιληνιυς.

1. Legendum ftatuo Πριν τlω εμlω [δικην] ΚΑΛΕΙΝ —*Before* they *call my caufe*. Similiter Plut. 597.

Τυς δε πενητας των ανθρωπων αρπαζειν ΠΡΙΝ ΚΑΤΑΘΕΙΝΑΙ.

Before they *have fet it down*. 2. Ωστε μ ΑΠΑΓΧΕΙΝ —*Adeo ut me* enecet.—Vefp. 684.

Και προς τουτοις επιταττομενος φοιτας, ὁ μαλιστα μ ΑΠΑΓΧΕΙ.

3. ΑΠΟΛΟΙΝΤ αρ—*Male pereant*—4. Unicufne obfecro crater fatis erat quo fe invitarent univerfi cives Athenienfes? Nam omnes vocati erant verf. 829.

Ω ΠΑΝΤΕΣ ΑΣΤΟΙ (νυν γαρ ὑτω ταυτ εχει)
Χωρειτ, επειγεσθ———

Profecto fi cui forte lectio vulgata adrideat, ab eo cognofcere impenfe velim primo quanta crateris magnitudo, deinde qualis figura, ad quam mulieres non jam εν κυκλω fed εφεξης ftarent, cenfenda videatur. Interim vero crediderim haud exiguum fuiffe craterum numerum, ac proinde refcribendum effe:

ΚΡΑΤΗΡΑΣ ΕΓΚΙΡΝΑΣΙΝ αι μυρεπωλιδες
ΕΣΤΩΤΑΣ εφεξης———

Pocula *temperant unguentariæ mulieres Ordine* ftantia———

4 Eccl. 836. 5 Thefm. 923. 6 *Æfchyl.* p. 31.

Atque hæc quidem lectio ulterius in ſe commodum habet, quod κρατηρας εγκιρνασιν ſit locutio bene Attica, alterum vero κρατηρα συγκιρνασιν non item. *Eubulus* apud *Athenæum* Lib. II.

Τρεις γαρ μονους ΚΡΑΤΗΡΑΣ ΕΓΚΕΡΑΝΝΥΩ.

5. ΚΛΑΥΣΕΤΑΙ νη τω θεω. 6. ΓΕΝΟΙΝΘ—Ecce autem loci contextum :

ΚΑΖΕΥΞΑ πρωτος εν ζυγοισι κνωδαλα
Ζευγλαισι δουλευοντα σωμασιν θ᾽, οπως
Θνητοις μεγιστων διαδοχοι μοχθηματων
ΓΕΝΟΙΝΘ.———

Εζευξα—ινα γενοιντο *I joined—that they might become.* Nam aoriſtus iſte de tempore præterito hic uſurpatur. Quod autem vulgo habetur εζευξα—ινα γενωνται perinde eſt ac ſi dicas *I* joined—*that they* may *become.* Reliqua autem oratio,

——— υφ᾽ αρματ᾽ ηγαγον φιληνιους
Ιππους ———

ασυνδετος adeo eſt, ut ne ferri quidem poſſit. Legendum vero vel totidem literis

——— υφ᾽ ΑΡΜΑ Τ᾽ ηγαγον φιληνιους

vel certe levi mutatione—υφ᾽ ΑΡΜΑΤΑ Τ᾽ ηγαγον— Alterum porro locum eadem pagina exhibet manu emendatrice indigentem :

——————— κουτε πλινθυφεις
Δομους προσηλους ισαν———

Ad

Ad quem Scholiaſtes: Προσηλυς] Προς ἡλιον ὁρωντας. και Ευπολις, Αυλη ΠΡΟΣΗΛΟΣ — Mihi vero perſuaſum ſedet neque *Æſchylum* προσηλυς, nec vero *Eupolin* προσηλος ſcripſiſſe. Expediant utique velim etymologi, qua tandem analogia προσηλος a fonte ἡλιος profluere dicendum ſit. Alia certe ratione intra verſum ſecundum formatum occurrit ανηλιοις non ανηλοις;

Μυρμηκες, αντρων εν μυχοις ΑΝΗΛΙΟΙΣ.

Quam et omnia eandem originem agnoſcentia perpetuo ſequuntur. Reſcribendum vero cenſeo apud *Æſchylum* Δομυς ΠΡΟΣΕΙΛΟΥΣ, apud *Eupolin* Αυλη ΠΡΟΣΕΙΛΟΣ. *Suidas:* ΠΡΟΣΕΙΛΟΣ] Προς τὴν ΕΙΛΗΝ, ητοι τὴν θερμασιαν. Eodem fonte derivata ſunt ΑΕΙΛΟΣ et ΕΥΕΙΛΟΣ. *Heſychius:* ΑΕΙΛΑ πεδια] Ανήλια· ΕΙΛΗ γαρ ἡ τε ἡλιε αυγη. ΕΥΕΛΟΝ l. ΕΥΕΙΛΟΝ] Ευήλιον: *Suidas*: ΕΥΕΙΛΟΣ τοπος] Ο θερμος. Ipſum fontem apud *Ariſtophanem* videre eſt Veſp. 768.

———————— ην δ' εξεχη
ΕΙΛΗ προς ορθον, ἡλιασει προς ἡλιον.

Vbi vulgo ſenſu parum apto legitur προς ΟΡΘΡΟΝ. Scripturam autem quam amplectendam ducimus multa exemplaria, teſte Scholiographo ducimus ferebant. *At cave* Ariſtophanei *a quo exorſus es loci obliviſcaris.* Sane peropportune admones. Itaque eo revertor. Ibi autem editt. nonnullæ exhibent,

Δευτερον αυ συ τυπτ γραψομαι, την τε πλυτε καταχηνην.

Jam

Jam si τοῦτο χαφωμαι scripseris, metri integritatem restitueris. Mihi vero non ita multum adridet istud σῦ. Proinde malim Δευτερον αυ τουτο χαφωμαι γω sive χαφωμαγω. Per me etiam cuiquam legere licebit, Δευτερον αυ τουτι χαφομαγω; non jam ut præsens pro futuro adhibeatur; cave id existimes: sed ut concipiatur Bdelycleo uno eodemque tempore et scribere et loqui.

V. 707.

Ει γαρ εβουλοντο βιον ποεισαι τω δημω, ῥαδιον ην αν·
Εισιν γε πολεις χιλιαι ἁι νυν τον φορον ἡμιν απαγουσιν·
Τουτων εικοσιν ανδρας βοσκειν ει τις ΠΡΟΣΕΤΑΞΕΝ ἑκαστῃ,
Δυο μυριαδες των δημοτικων εζων ΕΝ πασι λαγωοις.

Ει γαρ εβουλοντο—ῥαδιον ην αν. *Si enim vellent—facile utique esset.* Hactenus quidem recte: At ει τις προσεταξεν—εζων *siquis imperasset—vivebant*—cum præcedentibus parum quadrant; nec vero vel sibi constant. *Neque enim rectius procedit temporum proportio quam in barbara ista Florentis Christiani interpretatione:*

"——— *Siquis viginti hominum cuique alimenta* imperet *uni,*
" *Gemina ex nostro populo myrias* potuisset vivere *laute.*

In qua etiam vocis *myrias* primam perperam videmus correptam. Porro εζων εν λαγωοις loquendi est ratio

ratio a nemine uſurpata. Omnia in integrum reſtituet levis mutatio:

——————— ει τις ΠΡΟΣΕΤΑΤΤΕΝ ἑκάςῃ,
Δυο μυειαδες των δημοτικων ΕΖΩΝ ΑΝ πασι λαγωοις.

Si enim populo victum præbere vellent, facile utique eſſet: Mille ſunt urbes quæ nunc tributum nobis adferunt. Harum cuique ſiquis imperaret *viginti viros alere, viginti popularium millia omnigenis pulmentariis* viverent. Conſtructioni qua λαγωοις ad verbum εζων refertur germana eſt quæ in *Euripidæ* Cyclope extat verſ. 121.

Σπειρεσι δ', η ΤΩΙ ΖΩΣΙ, Δημητρος ςαχυν;
ΣΙ. ΓΑΛΑΚΤΙ, και ΤΥΡΟΙΣΙ, και μηλων ΒΟΡΑΙ.

Iſti autem ει τις προσετατεν—εζων αν ſimilis paſſim occurrit. Unum illud *Menandri* adducam quod ſic reſingendum ſtatuit Cl. *Bentleius*:

ΕΙπερ τον αδικεντ αςμενως ΗΜΥΝΕΤΟ.
Εκαςος ἡμων, και ΣΥΝΗΓΩΝΙΖΕΤΟ,
Ισως νομιζων ιδιον ειναι το γεγονος
Αδικημα, και ΣΥΝΕΠΡΑΤΤΟΝ αλληλοις πικρως·
Ουκ ΑΝ επι πλειον το κακον ἡμιν ΗΥΞΕΤΟ.

In *Clerici* editione legitur συνηγωνισατο et ηυξατο. Contra autem vir Cl. " Neſciebat Vir Clariſſimus *Cle-*
" *ricus* illud ΣΥΝΗΓΩΝΙΣΑΤΟ corripere quartam
" ſyllabam, et idcirco in ſenario ſtare hic non poſſe.
" Corrigendum erat:

" Εκαςος ἡμων και ΣΥΝΗΓΩΝΙΖΕΤΟ:

" quod

" quod et præcedens ΗΜΥΝΕΤΟ, et quod con-
" tinuo ſequitur ΣΥΝΕΠΡΑΤΤΟΝ, utrumque tem-
" poris imperfecti, apertiſſime demonſtrant.

Ibidem. Ουκ αν επι πλειον το κακον ἡμιν ηυξατο
Το των πονηρων.

" *Non tantopere malum adauctum eſſet,*
" *Quod fit a malis.*

" Atqui ΗΥΞΑΤΟ in ea, quam ponit vir Cl. ſigni-
" ficatione ne Græcum quidem eſt. ΑΥΞΟΜΑΙ
" enim in tempore indefinito non ΗΥΞΑΤΟ facit
" ſed ΗΥΞΗΣΑΤΟ. ΗΥΞΑΤΟ longe aliud notat,
" *precatus eſt, gloriatus eſt,* ab ΕΥΧΟΜΑΙ. Repone
" igitur,

" Ουκ αν επι πλειον το κακον ἡμιν ΗΥΞΕΤΟ.

" Quippe ΗΥΞΕΤΟ vere ſignificat *adauctum eſſet*;
" et aptiſſime cum prioribus convenit, ΗΜΥΝΕΤΟ,
" ΣΥΝΗΓΩΝΙΖΕΤΟ, ΣΥΝΕΠΡΑΤΤΟΝ; quæ omnia
" imperfecto tempore proferuntur." Recte qui-
dem repoſuit vir Cl. tam συνηγωνιζετο quam ηυξετο, cum ſyntaxeos tamen rationem neutiquam intellexerit. Statuit utique verbum ηυξετο per ſe valere *adauctum eſſet*, quod tamen non niſi *adaugebatur* ſignificare poteſt. Immo ſi voculam αν comitem adjunxeris, ne ſic quidem æquipollebit τῳ *adauctum eſſet*, ſed alteri iſti duntaxat *adaugeretur*. Atque hanc quidem ſententiam hujus loci ingenium poſtulat, illam vero reſpuit. Illud porro viro Cl. infeliciter

feliciter ceſſit, quod συνεπεραττον intactum præterierit. Num enim dixeris ΕΚΑΣΤΟΣ ἡμων ΣΥΝΕΠΡΑΤΤΟΝ? At pari jure εκεινος συνεπεραττον. Num ἡμεις συνεπεραττον? An denique ad incitas plane redactus verbum iſtud ad ανθρωποι ſubauditum referri ſtatueris? At vetant præcedens ἡμων et ſubſequens ἡμιν, quo minus ferri poſſit iſtiuſmodi commentum. Lege vero deinceps,

Αδικημα, και ΣΥΝΕΠΡΑΤΤΟΜΕΝ αλληλοις πικρως.

V. 889. Ακȣετ ηδη της γραφης, ἡς εγεγραψατο] Verſus extra debitam ſenarii menſuram excurrit. Cl. *Kuſterus* ad *Suidam* V. Παρεσησομεθα ex edit. *Aurel.* ſic perſcribit, Ακȣετ ηδη ἡς γραφης εγραψατο. Sed neque hujus ſcripturæ hiatus ηδη ἡς ferri poteſt. Eliminatum oportuit importunum iſtud ἡς:

Ακȣετ ηδη της γραφης· ΕΓΡΑΨΑΤΟ
ΚΥΩΝ ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ ΛΑΒΗΤ ΑΙΞΩΝΕΑ
ΤΟΝ ΤΥΡΟΝ ΑΔΙΚΕΙΝ ΟΤΙ ΜΟΝΟΣ ΚΑΤΗΣΘΙΕ
ΤΟΝ ΣΙΧΕΛΙΚΟΝ· ΤΙΜΗΜΑ ΚΛΩΟΣ ΣΥΚΙΝΟΣ.

Audite jam ſcriptam formulam: "Dicam ſcripſit (*ſive*, "ſcribendam-curavit) Cyon Cydathenæenſis, La-"betem Æxionenſem contra jus et fas peccare, "quod ſolus caſeum Sicanum comederit: pœnam "oportere eſſe collare ficulnum." Nunc vide quam examuſſin Comicus jocoſam hanc litem ad ipſam dicæ legitimæ normam exigendam curaverit. Ecce enim dicam Socrati a Melito ſcriptam: ΤΑΔΕ ΕΓΡΑΨΑΤΟ ΚΑΙ ΑΝΘΩΜΟΛΟΓΗΣΑΤΟ ΜΕΛΙΤΟΣ ΜΕ-

ΜΕΛΙΤΟΥ ΠΙΤΘΕΥΣ ΣΩΚΡΑΤΕΙ ΣΩΦΡΟΝΙΣΚΟΥ ΑΛΩΠΕΚΗΘΕΝ. ΑΔΙΚΕΙ ΣΩΚΡΑΤΗΣ —— ΤΙΜΗΜΑ ΘΑΝΑΤΟΣ. Hanc formulam ex *Phavorino* a *Laertio* in Socrate relatam deſcripſit Cl. *Kuſterus*; de emendatione tamen quam propoſuimus nil quidquam ſuſpicatus. Eam vero, præterquam quod ſenarium integrum repræſentat hoc etiam nomine vulgatæ lectioni prælatum iri confido, quod σεμνοτητος ridiculæ plus in ſe habeat.

Emendationes in PACEM.

V. 31. Ερειδε, μη παυσαιο μηποτ εσθιων
Τεως εως σαυτον λαθης διαρραγεις]

Utrumque τεως et εως nuſquam alias apud poetas Atticos in eadem ſententia legitur; ſed neque εως cum forma ſubjunctiva abſque αν conjungitur:

1 ΕΩΣ ΑΝ αυτον ΕΜΒΑΛΩΜΕΝ εις κακον·
2 ΕΩΣ ΑΝ αυτοις ΕΜΒΑΛΗΙΣ την οικιαν.

Qui plura vult, adeat Ran. 268. Equ. 134. 394. 842. Ach. 234. Veſp. 484. 564. 1432. Eccl. 678. Theſm. 590. Lyſ. 178. 744. Repono eliminato Τεως, revocato autem jamdudum exule αν:

ΕΩΣ ΣΕΑΥΤΟΝ ΑΝ λαθης διαρραγεις

Fecerat opinor librariorum incuria ut vocula αν poſt cognatam ſyllabam deſideraretur. Deinde autem

1 Nub. 1462. 2 v. 1490.

imperitus

imperitus nescio quis corrector lectionem hodie obtinentem commentus est.

V. 117. Εςι τι τωνδ᾽ ετυμως; ειπ᾽, ω πατερ, οτῆι φιλεις με] Vocem οτῆι Atheniensibus non licuit adhibere. Nec vero si vel οτι φιλεις με scriberetur, ut de metro taceam, ipsa sat commode procederet oratio. Lege.

—————— ειπ᾽, ω πατερ, ΕΙ ΤΙ φιλεις με.

1 Αλλ ΕΙπερ εκ της καρδιας μ᾽ οντως ΦΙΛΕΙΣ.

2 Το τεγος κατασκαπτ᾽, ΕΙ ΦΙΛΕΙΣ τον δεσποτην.

3 Κακως απολοιμην Ξανθιαν ΕΙ μη ΦΙΛΩ.

4 Καγωγ᾽, ω δημ᾽, ΕΙ μη σε ΦΙΛΩ————

5 Ου γαρ σ᾽ εχρην ΕΙπερ ΦΙΛΕΙΣ τον δημον———

6 Νυν αυτε λεω προσεχετε τον νουν ΕΙπερ καθαρον τι ΦΙΛΕΙΤΕ.

7 Αλλ εξαγετ᾽, ΕΙΤΙ ΦΙΛΕΙΤ᾽, ορχουμενοι————

8 Ω Πρυτανι προς της δεξιας, ΕΙπερ ΦΙΛΕΙΣ.

Ultimo autem in exemplo vulgo præfertur soloeca locutio ηνπερ φιλεις. Similiter pro οςτις Equ. 1272. rescribendum est ειτις.

Λοιδορησαι τους πονηρους ουδεν ες επιφθονον,
Αλλα τιμη τοισι χρηστοις, ΕΙΤΙΣ ευ λογιζεται.

Sic apud *Sophoclem* Aj. 826.

Ο μεν σφαγευς εστηκεν ῃ τομωτατος
Γενοιτ᾽ αν, ΕΙΤΩΙ και ΛΟΓΙΖΕΣΘΑΙ ΣΧΟΛΗ.

1 Nub. 86. 2 v. 1491. 3 Ran. 587. 4 Equ. 766. 5 v. 844. 6 Vesp. 1010. 7 v. 1523. 8 Thesm. 943.

V. 187. Ουτοι μα την γην εσεσθ ως ουκ αποθανει]

Poetis Atticis verbo ne εσεται quidem, nedum εσσεται, uti permiſſum eſt. Ecce vero unam et alteram ſcribendi rationem, quarum prior

Ουτοι μα την γην ΕΣΤ ΕΘ ὥς ουκ αποθανει.

(h. e. ουκ εστι [non εσται] ετι) ad vulgatam quam proxime accedit: cui et ſimillimum eſt rarioris licet exempli quod apud *Sophoclem* legitur Ant. 761.

Ταυτην ποτ ΟΥΚ ΕΣΘ ΩΣ ΕΤΙ ζωσαν ΓΑΜΕΙΣ.

Alterius

Ουτοι μα την γην ΕΣΘ ΟΠΩΣ ουκ αποθανει

ſimilis paſſim conſtructio occurrit: uti in iſtis:

1 Εγω μεν ουκ ΟΥΚ ΕΣΘ ΟΠΩΣ ΣΙΓΗΣΟΜΑΙ.

2 ——— ΟΥ γαρ ΕΣΘ ΟΠΩΣ πολιν
Κεινην ΕΡΕΙΨΕΙΣ· ———

3 Ηκιστα· τουτ ΟΥΚ ΕΣΘ ΟΠΩΣ ποτ εις εμε
Τουνειδος ΕΞΕΙΣ ενδικως ονειδισαι.

Sed contra fortaſſe nonnemo arripiet quod apud *Sophoclem* extat, Elect. 820.

Ξυνοικος ΕΣΣΟΜ· αλλα τηδε προς πυλη.

Verum ibi reponendum eſt,

ΕΣΟΜΑΙ ξυνοικος ———

Libet porro alterum in eadem fabula accurrens portentum perſtringere, V. 20.

1 Plut. 30. 2 *Soph.* Oed. Col. 1433. 3 Philoct. 537.

Ξυναλετον

Ξυνάπτετον λογοισιν· ὡς ἐνταυθ ΕΜΕΝ,
Ιν ουκετ οκνειν καιρος, αλλ εργων ακμη.

Conferte consilia : ibi enim sumus *ubi non amplius segnitiæ datur locus, sed instat ipse agendi articulus.* Portentum dico : neque enim ἐμὲν pro ἐσμὲν, ne Ionibus quidem, nedum Atheniensibus, uti permissum est. Præterea sententia, *ibi enim* sumus *ubi ipse instat agendi articulus*, falsa est : nondum enim eo venerant, sed ituri tantum erant uti ex versu 75. apertissime constat :

Νῶ δ' ΕΞΙΜΕΝ. καιρος γαρ, ὅσπερ ανδρασι
Μεγιστος εργου παντος ες επιστατης.

Nos autem eximus (l. exibimus) *Occasio enim jubet quæ hominibus maxima in omni opere est magistra.* Sed ne cum præcedentibus quidem, *Consilia conferte*, conciliari potest. Quippe *consiliorum conferendorum tempus* atque *ipse agendi articulus* simul consistere nequeunt. Rescribo vero certissima opinor emendatione

——— ὡς εντανθ ΙΜΕΝ

Conferte consilia : eo enim ituri sumus, *ubi ipse agendi* instabit *articulus*. Jam vides sententiam cum sibi quam optime constare, tum etiam ad loci jam laudati fidem exigi, in quo utique habeatur, Νῶ δ' ΕΞΙΜΕΝ———

V. 600.

V. 600.

> Αλλα πε ποῖ ην αφ ημων τον πολυν τῦῖον χρονον;
> Ηδε τεθ ημας διδαξον ω θεων ευνεςατε.]

Principio ηδε non eſt vox Attica. Deinde ſi eſſet, nullum hic ſenſum ſortiri poſſet. Tertio parum commode ſubauditur nominativus ad quem referatur verbum ην. Ut hæc omnia ſimul incommoda evitentur, non eſt niſi ut pro ηδε legas ἡδε, locum autem ſic diſtinguas :

> Αλλα πε ποῖ ην αφ ημων τον πολυν τῦῖον χρονον
> ῾ΗΔΕ ; τεθ ημας διδαξον——————

Nempe hæc dicit Chorus de Irene ſive Pace jam præſente. Ecce autem quæ continuo reſpondet Mercurius :

> Ω σοφωτατοι γεωργοι, ταμα δη ξυνιετε
> Ρηματ, ει βουλεσθ ακουσαι ΤΗΝΔ ὁπως απωλετο.

Idem infra :

> Ουκετ ην ουδεις ὁ παυσων, ΗΔΕ τ ηφανιζετο

et rurſus :

> ΤΗΝΔ αποξιφαντες αισχρως τον πολεμον ανηρπασαν.

Poſtquam hanc emendationem excogitaveram, certior factus ſum editiones *Ald.* et *Wechel.* præferre πολυν ηδη χρονον ῞Ηδε, τεθ—quas etiam ſequi video *Baſil* 1532. Id quod vulgata ſcriptura partim quidem rectius eſt, ſed partim etiam corruptius.

V. 628. Εξεκοψαν, ἡν εγω φυτευσας εξεθρεψαμην] Editores hic fefellit ſpondeus quintam trochaici ſedem occupans. Lege vero deinceps,

——— ἡν

—— ἣν εγω ΦΥΤΕΥΣΑ ΚΑΞΕΘΡΕΨΑΜΗΝ]

Extat autem locus plane gemellus apud *Euripiden* Med. 1349.

Ου παιδας, ὓς ΕΦΥΣΑ ΚΑΞΕΘΡΕΨΑΜΗΝ.

V. 744. Ιν ὁ συνδελος σκωψας αυτυ τας πληγας επανεροιτο.]

Hujus etiam verſus metrum laborat. Quippe anapæſti vel pedis ισοχρονε loco habetur temporibus inæqualis trochæus. Priſtinam vero ſcripturam totidem lineis conſtantem ſic inſtauro:

——— σκωψας αυτυ τας πληγας ΕΙΤ ΑΝΕΡΟΙΤΟ.

Vocula autem ειτα inter participium et verbum ſolemniter intercedit. Exempla unum et alterum ſufficiat adduxiſſe:

1 Καν ΛΑΧΟΝΤΕΣ αρχιδιον ΕΙΘ αρπασαι ΒΟΥΛΗΣΘΕ π.

2 Εαν τις ανθρωπων ἱερειον τῳ θεῳ
ΕΥΞΑΜΕΝΟΣ ΕΙΤΑ ΔΙΑΣΟΦΙΖΗΤΑΙ λεγων.

V. 1119. Παις, παις τον Βακιν· Μαρτυρυμαι.]

“ Hi duo verſus videntur eſſe Trochaici Catalec-
“ tici; tamen tanquam Iambicos verti, et putavi
“ aut ου addendum, ου παις; aut legendum ut mox
“ poſtea, παι' αυτον, &c. Bacin autem vocat, qui-

1 Av. 1111. 2 v. 1618.

Bacidem

"Bacidem æmulatur, et oracula vana deblaterat." *Flor. Chriſt.* Equidem quid ſibi velit vir eruditus cum dicat, *Hi duo verſus*, neutiquam divinare poſſum: nam verſus et præcedens et ſequens perfectus eſt ſenarius. Lectio quidem vulgata trochaicum trimetrum catalecticum repræſentat. Atqui hujuſmodi metrum in Scenam Atticam quis unquam introduxit? Videtur profecto in virum eruditum hic cadere quam ipſe de homine Bacin æmulante fabulam narrat. Quinetiam inficeta admodum eſt ratio qua ex trochaico quem crepat catalectico iambicum confieri voluit: Συ παις, παις——— Minus adhuc ferenda eſt altera iſta Παι αυτον, παις —Nullus autem mihi jam reſtat ſcrupulus quin vocem Παι, qua ſervos cujuſcunque ætatis moris erat compellare, ante eandem ſyllabam bis iteratam intercidiſſe exiſtimem; quippe a Comici manu profectum eſſe:

ΠΑΙ, παις, παις τον Βακιν———

V. 1269.

Νυν αυθ' ΟΠΛΟΤΕΡΩΝ ανδρων αρχωμεθα. ΤΡΥ. Παυσαι

ΟΠΛΟΤΕΡΟΥΣ αδων, και ταυτ', ω τρισκακοδαιμον,

Ειρηνης γ' ουσης· αμαθης γ' ει και καταρατον]

Locum interpretatur *Flor. Chriſtianus:*

Rurſus ab armigeris *nunc incipiamus*, TRY. *Abi aufer*

Cantare

Cantare armigeros, *infelicissime*, *pacis*
Tempore præsertim, *indocte*, *execrande puelle.*

Felix quidem ideo quod ipsa orationis indole cogente ὁπλοτερων *ab armigeris* reddiderit: infelix quod non viderit eos operam ludere, qui voci ὁπλοτερος cum ὁπλα quidquam præter sonum commune esse statuant. Verbi autem illius notionem, cum non nisi ὁπλοτερους admodum atque αμαθεις lateat, adstruere supersedeo. Sed neque pluribus præstare satagam *Aristophanem* scripsisse:

Νυν αυθ ΟΠΛΟΦΟΡΩΝ ανδρων αρχωμεθα. ΤΡΥ. Παυσαι ΟΠΛΟΦΟΡΟΥΣ αδων———

Hac utique de re si quis dubitare poterit, ei opinor in sententiam meam adducendo mille argumenta frustra impenderim.

V. 1284. Ταυτα δε, ταυθ, ως ηδιον κεκορημενοι.] Bellum profecto hic habemus senarium a trochæo incipientem. Ne multis autem te moremur, ecce veram lectionem totidem literis, ipso etiam ordine servato, constantem:

Ταυτ᾽ ᾳδε, ταυθ᾽ ———

Hæc, cane *hæc*—sive uti *Florens Christianus*, sententiæ vi cogente, interpretatus est; *Hæc sunt* canenda. Nempe a Trygæo puer supra quæsierat,

Αλλα τι δητ᾽ ᾳδω; συ γαρ ειπε μοι οἱς τισι χαιρεις.

ac deinde cecinerat:

> Ὡς οἱ μεν δαινυντο βοῶν κρεα, καυχενας ἱππων
> Εκλυὸν ἱδρῶοντας, επει πολεμȣ εκορεσθεν.

Hic autem affenſum ſuum ſignificat Trygæus:

> Ειεν; εκορεσθεν τȣ πολεμȣ, καὶ ησθιον·
> Ταυτ᾽ αδε, πωθ, ως ησθιον κεκορεσμενοι.

Pro vulgato autem κεκορημενοι poſtulante analogia κεκορεσμενοι repoſuimus. Certiſſima inſuper, ni fallor, emendatione pro κατησθιον *devorabant* reſcripſimus καὶ ησθιον, *ac deinde edebant.* Quippe verbum hic haberi oportet quod τῳ δαινυντο ſenſu æquipolleat: id quod de κατησθιον neutiquam dici poteſt. Hanc porro ſcripturam exigunt quæ in ſequente verſu habentur ησθιον κεκορεσμενοι: quippe hæc locutio tantundem valet quod εκορεσθεν, καὶ ησθιον: ejuſdem autem ſententiæ repetitionem ipſa loci natura poſtulat.

V. 1285.

Θωρηκσοντ᾽ αρ επειτα πεπαυμενοι. ΤΡ. Ασμενοι]

"Fuit cum putarem legendum πεπασμενοι; ut eſſet "idem ac κεκορημενοι; et quaſi Echo daret illi re-"ſponſum ασμενοι. Tamen nihil muto, et calidum "fortaſſe nimis hoc inventum. Conjectura tan-"tum fuit, in qua facile aberraſſe a ſcopo, in "quem conjicimus. Sane enim (neque dolo, nec "ambitione dico) verum veſtigo, ruſpinor, per-

"contor:

" contor: Is meus eſt finis. Cæterum videtur huic " verſui, ut Hexameter ſit, deeſſe ultimus ſpon- " deus, velut ἑτως, aut quid ſimile." *Fl. Chriſtianus.* *Calidum* fortaſſe nimis inventum? Immo ingenioſum adeo ut nihil a te alias vel ſimile vel ſecundum excogitatum ſit; at timide adeo *gelideque* miniſtratum, ut vix perſenſiſſe videaris quantum vulgatæ lectioni præſtet. In hac utique cum πεπαυμενοι dicatur, πεπαυμενοι obſecro τινος? Nam vocis iſtius tam nude poſitæ vagus nimis eſt ſenſus, ne dicam nullus. Porro ſi ΠΟΙΗΤΑΡΙΟΝ noſtrum, vel certe παιδαειον φιλωδον verbo Θωρησσοντο, *ſe armabant*, nihil ad gulam ſpectans ſubjeciſſet, quo Trygæi ingenio litaret; mirum ni grave aliquod, *frontem* puta *perfrictiſſimam*, vel *in mentiendo ſecuritatem*, vel *ineptias* ſaltem atque *ignorantiam* ſibi exprobartam continuo ſenſiſſet. Jam utique ſupra audierat,

——— αμαθες γ ει και καταρατον ———

Thou illiterate Scoundrel——In aliquam certe reprehenſionem το χρημα incurriſſet. Hujus vero inventi laudem vir eruditus conjectura, quam ſubjungit, perquam inficeta ipſe quodammodo imminuit. Conjecturam dico, qua invenuſtum iſtud ἑτως verſum terminare voluit. Nos lubenter ſic ſcripſerimus,

Θωρησσοντ αρ επειτα ΠΕΠΑΣΜΕΝΟΙ. ΤΡ. Ασμενοι. ΕΙΕΝ.

Nempe ipſo hoc verbο ειεν idem jam ſupra aſſenſum ſuum ſignificavit:

ΕΙΕΝ· εκορεσθεν τε πολεμε, κατ ηδιον.

Libet tamen aliam non plane poenitendam verſus complendi rationem ſuggerere retentis etiam ipſis vulgatæ lectionis verbis, adjecta duntaxat poſt πεπαυμένοι orationis nondum finitæ nota; ut intelligatur ſcilicet Trygæus puerum interpellare ac leniter reprehendere; iſtum puta in modum:

Θωρησσοντ αρ επειτα πεπαυμενοι—TP. Ασμενοι, ω ταν.

ac ſi dixiſſet: *Immo* πεπασμένοι *cane non* πεπαυμένοι. Nam hominis offenſionem puer jam ſupra canendo

Ως οἱ μεν δαινυντο βοων κρεα ———

quodammodo levarat. Cum vero hic canere perrexerit,

Πυργων δ' εξεχέοντο, βοη δ' ασβεστος ορωρει,

ille non jam amplius ferendum το χρημα cenſet, quin ſtatim pronunciet:

Κακις' απολοιο, παιδαριον, αυταις μαχαις.

V. 1290. Η γαρ εγω θαυμαζον ακων, ει συ μη ης
Ανδρος βυλομαχυ και κλαυσιμαχυ τινος ὑιος.

Verſus prioris fini ſemipes deeſt. Nec vero ſat commode habet ipſa conſtructio εθαυμαζον—ει συ μη ης. Poſtulat cum metri tum Helleniſmi ratio:

Και γαρ εγω θαυμαζον ακων, ει συ μη ΕΙΗΣ.

Similiter dicunt Latini, *mirabar ni tu eſſes.*

V. 1295.

V. 1295. Ου παρασματ ᾳσεις· σωφρονος γαρ ει πατρος.]

Rescribendum est ᾳσει. Futurum utique activum a verbo ᾳδω formatum Attici non agnoscunt; sed medio duntaxat ᾳσομαι utuntur.

1 Αυτ' ΑΙΣΕΤΑΙ, προαναβαλητω, μοι δοκει.
2 Δεξιθεος εισηλθ' ΑΙΣΟΜΕΝΟΣ Βοιωτιον.
3 Εγω δ' ακολουθων ΑΙΣΟΜΑΙ το φαλλικον.
4 Αιδου σ' εγω δ', ην τουτο δρας, ΑΝΤΑΙΣΟΜΑΙ.

Vulgati autem ᾳσεις literam finalem deceptis librarii scribentis auribus acceptam, cum vox subjecta ab eadem incipiat, non immerito retuleris.

V. 1341. Αλλ αραμενοι φερωμεν
Οι προσεταγμενοι, οι χορευται αναλαβοντες,
Τον νυμφιον ω νδρες.]

Ista οι χορευται αναλαβοντες, utpote primitus interpretamentum των αραμενοι οι προστεταγμενοι, ad scholia deinceps releganda, vel, si ita vis, delenda censeo. Προστεταγμενοι autem postulat, de qua editores nil quidquam suspicati sunt, metri ratio. Ecce utique integrum prout refingi oportet systema, nisi quod versus aliquot interciderint:

Δευρ' ω γυναι εις αγρον,
Χωπως μετ' εμου καλη
Καλως κατακεισει.

1 Supra 1266. 2 Ach. 14. 3 v. 260. 4 Eccl. 882.

Υμην,

Υμην, Υμεναι Υμην,
Υμην Υμεναιε.

XO. Ω τϱισμακαϱ, ὡς δικαι-
ως ταγαθα νυν εχεις·
Υμην, Υμεναι Υμην,
Υμην Υμεναιε.
Αλλ αϱαμενοι φεϱω-
μεν ὁι πϱοτεταγμενοι
Τον νυμφιον ωνδϱες·
Υμην, Υμεναι Υμην,
Υμην Υμεναιε.

TP. Οικησετε γȣν καλως,
Ου πϱαγματ εχοντες, αλ-
λα συκολογȣντες.
Υμην, Υμεναι Υμην,
Υμην Υμεναιε.

XO. Τȣ μεν μεγα και παχυ
*
Της δ ἡδυ το συκον.

TP. Φησεις γ ὁταν εσθιης
Οινον τε πιης πολυν·
*
Υμην, Υμεναι Υμην,
Υμην Υμεναιε.
*
Πλακȣντας εδεσθε.

Iſta autem ſenſu caſſa atque inſuper contra metri legem quatuor verſus catalecticos ſimul præferentia,

Ti

Τι δρασομεν αυτην
Τι δρασομεν αυτην
Τρυγησομεν αυτην
Τρυγησομεν αυτην,

non ſine Scholiaſtæ auctoritate eliminavimus, qui ea in nonnullis exemplaribus deeſſe teſtatur. Pro Φησεις γουν ὁταν—repoſuimus Φησεις γ ὁταν—Iſta denique Υμην Υμεναι &c. ad normam a *Catullo* ſervatam exegimus, apud quem ſæpius legitur.

Hymen, ô Hymenæe Hymen,
Hymen ô Hymenæe.

Emendationes in AVES

V. 9. Αλλ ουδε ποι γης εσμεν οιδ᾽ εγωγ ετι]

Una vocula ποι geminum hic ſoloeciſmum efficit. Principio utique poſtulat Attici ſermonis ingenium οιδα ὁποι. Nam ποι non eſt niſi interrogantis. Deinde ουδε ὁποι γης εσμεν οιδα perinde eſt ac ſi Latine dicas *ne quo quidem terrarum* (ſive *quam in* terræ *partem*) *ſimus novi*, pro eo quod recte protuleris *ne* ubi *quidem terrarum*—ſive *qua terræ in parte*—Hanc vero notionem ſuppeditabit ſcriptura quam a Comici manu fuiſſe nullus dubitarim:

Αλλ ουδ᾽ ΟΠΟΥ γης εσμεν οιδ᾽ εγωγ ετι.

Sic 394. Κατορυγησομεσθα ΠΟΥ ΓΗΣ;

Ubi

Ubi vulgo contra metri trochaici rationem exhibetur Κατορυχθησομεσθα.

Æſchyl. pag. 136.

> Ω φιλοι, ΠΟΥ τας Αθηνας φασιν ἱδρυσθαι χθονος;

Eadem itidem curatione indiget verſus 45.

> Πλανωμεθα ζητουντε τοπον απραγμονα,
> ΟΠΟΥ καθιδρυθεντε διαγενοιμεθ' αν.

h. e. juxta eruditum interpretem: *Erramus locum inveſtigantes negotii vacuum*, ubi *perpetuam ſedem figamus.* Vulgo utique habetur Οποι. Pro διαζενοιμεθ' autem malim διαγινοιμεθ'.

V. 48. Ειπου τοιαυτην οιδε πολιν ἡ πεπταται]

Exponit vir eruditus: *Sicubi talem noverit urbem qua pateat.* Atqui ut hæc ſententia haberetur, oportuit certe πεπταται. Sed ne huic quidem ſimilem loquendi rationem uſquam repereris. Scribendum vero omnino videtur ἡ ΠΕΠΤΕΤΟ h. e. επεπτετο; interpretandum autem: *Sicubi locorum quæ* ſupervolaverit *talem urbem noverit.* Verbum quidem οιδεν neutiquam improbandum duco; at novi tamen alterum ſono quam ſimillimum, quod ei facile prætulerim; totum autem verſum ſic repræſentaverim:

> Ειπου τοιαυτην ΕΙΔΕ πολιν ἡ ΠΕΠΤΕΤΟ.

Sicubi talem urbem viderit. Utrique autem mutationi

tioni unus qui infra V. 1470. habetur locus mirum in modum favet:

Πολλα δη, και καινα, και θαυ-
μας ΕΠΕΠΤΟΜΕΣΘΑ, και
Δεινα πραγματ' ΕΙΔΟΜΕΝ.

Si quis autem πεπτατο hoc est, επεπτατο eodem ſenſu retineri legitime poſſe exiſtimet, eo quod ita non ſemel ſcriptum legatur; equidem me non ita incommodum habebit. Sed alteram ſcripturam apud Atticos plerumque obtinere video. ſupra Verſ. 35.

ΑΝΕΠΤΟΜΕΣΘ εκ της πατειδος αμφοιν ποδοιν.

V. 319.

Ανδρε γαρ λεπτολογιστα δευρ αφικονθ ως εμε]

Satis hic viſum eſt Cl. *Kuſtero* monuiſſe MS. *Vatic.* pro λεπτολογιστα habere λεπτοσοφιστα. At enim utrumvis legeris verſum perinde claudicantem amplecteris. Nempe utrovis modo in tertia trochaici ſede pro trochæo duas tantum breves ſyllabas conſtitues. Nunc autem accipe quod a Poetæ manu profectum eſſe quovis pignore contenderim:

Ανδρε γαρ ΛΕΠΤΩ ΣΟΦΙΣΤΑ δευρ αφικονθ εις εμε.

Equidem ſi λεπτω λογιστα ſcribas, ad verſum perinde erit; Alteram vero lectionem præfero hoc adductus, quod in Comici ſcriptis σοφιστης non raro, λογιστης vero ne ſemel quidem conſpiciatur. Poſtquam hæc ſcripſi, in edit. *Baſil.* 1532. λεπτω λογιστα extare video.

V. 386. Μαλλον ειρηνην αγκσιν
Ημιν· ὡςε την τε χυτραν
Τῳ τε τρυβλιῳ καθιει·]

Ne vox χυτραν priorem deinceps producat, rescribendum est,

Ημιν· ὡςε την χυτραν τε.

Hoc primum. Quod autem gravius est, in oratione nihil habetur quo referri possit τῳ τρυβλιῳ. Monet quidem Scholiastes ad syntaxin extrinsecus assumendum esse ΣΥΝ. Atque eum neutiquam licet audiendum secutus est eruditus interpres: *quapropter ollam* cum *catino humi depone.* Quinetiam si συν extrinsecus assumpseris, soloeca erit locutio, ni alterum τε itidem deleveris. Lege vero punctis unice ademptis:

——— την χυτραν τε
Τω τε τρυβλιω καθιει.

Finge autem Euelpiden quem hic compellat Pisthetærus binos oculos totidem acetabulis contra aves armasse, et clara illico evadent omnia. Sin constaret, quod tamen ne veri quidem simile est, eum utrique oculo unum catinum obtendisse; scribi oporteret, Και το τρυβλιον καθιει.

V. 997. Γεωμετρησαι βȣλομαι τον αερα
Υμιν, διελειν τε και αγυιας ΠΕΙ. Προς των θεων]

Quartum posterioris senarii sedem occupat spondeus:

deus: nam vox αγυια mediam ubique producit. Porro ne ipsa quidem sententia recte procedit: Valent utique Γεωμετρησαι βουλομαι τον αερα *Dimetiri volo aera, non secus atque terram solent geometræ:* sequuntur autem διελειν τε και αγυιας, et *dirimere in compita.* Solentne vero obsecro geometræ terram in *compita* dirimere? In *jugera* potius crediderim. Ac proinde ut homo jactabundus aera itidem *jugera* se dirempturum polliceatur, rescribendum omnino censeo:

Υμιν, διελειν τε κατα γυιας. Προς των θεων.

Sin γυας malis, litem non moveo. Illud vero monere libet, syllabas αι, ει, οι, υι, quotiescunque sequente vocali producantur, perinde concipiendas esse et pronunciandas, ac si vocalis vel potius consonans ιωτα gemina haberetur. Neque igitur moram cuiquam injicere debet, sicubi γυιας priore correpta legatur; quod in ποιω non raro obtinere videmus. Hæc tamen inter verba illud interest, quod γυιας priorem nunquam producat, alterum vero modo πο|yω priore correpta, modo ποy|yω producta veniat efferenda. Si quis autem forte ægre ferat literam ιωτα consonantem a nobis accipi, is legat velim subjectum *Terentiani* locum:

Diximus rarum esse Græcis ιωτα *post* Υ *subdere:*
Verum enim nec prælocari sic apud Graios potest,
Edat ut diphthongon unam de duabus voculis:
Literæ nam nomen ipsum, ιωτα *quod Graius vocat,*

 Si

Si quis in metro locabit ſyllabæ ut fiant duæ:
Non poteſt diphthongos eſſe ιω *duabus literis,*
Coſonans *prior locata quia ſit et* Graios apud;
Quod tibi exemplo probare verſus herous poteſt.

ΟΥΤΟΣ ΙΩΤΑ ΓΡΑΦΕΙ verſus ſi principium ſit,
Pes erit primus trochæus, ſed facit ſpondeon hunc
Prima vocalis notari ιωτα *qua Graium incipit.*

Habemus hoc in loco, præter exemplum quod ex profeſſo adducit *Terentianus*, quatuor inſuper alia in quibus literæ ιω μονοσυλλαβως pronunciandæ veniunt. Verſuum utique primi, quarti, ſexti, atque ultimi pedes quarti, et quinti, ſic conſtituendi ſunt:

1. Græcis	ιῶτᾰ	6. eſſe	ιῶτᾰ
4. ipſum	ιῶτᾰ	11. tari	ιῶτᾰ

Video ſane, inquies, ita neceſſario conſtituendum eſſe Græcis | ιωτα; at reliqua quidni obſecro iſtum potius in modum dimetri liceat:

4. ipſ ι|ωτα. 6. eſſ ι|ωτα. 11. tar ι|ωτα?

Illud igitur tibi expediam. Vetat utique quo minus hoc modo pedes dimetiamur commatum trochaicorum ratio, quam ſibi ſervandam propoſuit *Terentianus*: ecce autem ipſius verba:

Regulam ſervans ubique, finis ut quarti pedis
Nominis verbive fine comma primum terminet:
Hac enim τομῃ *probatur metron hoc trochaicum.*

V. 1102.

V. 1102. *Τοις κριταις ειπειν τι βουλομεσθα της νικης περι,*
Οις αγαθ', ην κρινωσιν ἡμας, πασιν αυτοις δωσομεν.]

Trochaici alterius ratio, cum primam ſedem dactylus occupet, neutiquam conſtat. Porro facit iſtud *οις* ut in oratione redundet *αυτοις*. Similem vero, quam vocant, elegantiam apud Comicum nuſquam alias videre eſt. Repone

ΟΣ *αγαθ', ην κρινωσιν ἡμας*———

Judicibus dicere aliquid in animo ad victoriam ſpectans, quot *utique bona, ſi nobis eam adjudicent, iis omnibus largituri ſimus.*

1 *Συ δ' ὡς αν ειδῃς* ΟΣΑ *παρ ἡμιν, ην μενῃς,*
Γενησεται ΑΓΑΘΑ———

2 *Σκεψασθ'* ΟΣ *ὑμιν* ΑΓΑΘΑ *παραδωσω φερων.*

3 ——— ——— *ἑτερον νυν επ*
Ακουσον ΟΣΟΝ *ὑμας* ΑΓΑΘΟΝ *ποιησομεν.*

Pergit autem continuo Chorus recenſere quæ judices conſecuturi ſint commoda. Cæterum exemplorum jam laudatorum in primo pro *παρ ἡμιν* nullus dubito quin ſcripſerit Noſter *παρ ἡμων*.

1 *Ω της μεγαλης επιθυμησας σοφιας ανθρωπε* ΠΑΡ ΗΜΩΝ

2 *Αλλ εσται σοι τουτο* ΠΑΡ ΗΜΩΝ———

Ibidem etiam pro *Γενησεται ἀγαθα* &c. malim *Γενοιτ αν ἀγαθα*. Quippe altera ſcriptura vel tertium pedem

1 Plut. 112. 2 Pac. 888. 3 Av. 1616.
1 Nub. 411. 2 v. 430.

proce-

proceleuſmaticum, vel anapæſtum dactylo ſubjectum non ſine invenuſto accentu præfert.

V. 1155. Σοφωτατοι πελεκωντες, οἱ τοις ῥυγχεσιν
Απεπελεκησαν τας πυλας· ην δ᾽ ὁ κτυπος
Αυτων πελεκωντων, ὡσπερ εν ναυπηγιῳ.]

Acutiſſimi pelecani, qui roſtris dedolaverunt portas: erat autem ſonitus ab illis pelecanis *excitatus, qualis eſt in navium textrina.* Ita interpretatur *Tib. Hemſterhuiſius*: Atqui pace viri doctiſſimi αυτοι πελεκωντες *illi pelecani* neutiquam ſonat. Valet equidem in ſermone poetico *ipſi pelecani*; at in ſoluto ſive Comico, niſi accedente articulo, ne iſtud quidem; nec vero quidquam aliud. Verbi gratia in Pluto V. 392. ſic ſcriptum legimus:

Εχω· Συ Πλȣτον; Οποιον; ΑΥΤΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΝ.

Unde ſi dempſeris articulum, ſermonis non minus quam metri rationem violaveris. Ibi vero obiter legendum moneo Ποιον. Nam alterum iſtud Οποιον non eſt interrogantis. Porro ut αυτων πελεκωντων in Comœdia tantundem eſſe potuerit quod αυτων των πελεκωντων, at ipſa tamen quam efficiet ſententia, *ab* ipſis *pelecanis excitatus*, importuna erit. De vitioſa lectione jam ſatis. Nunc vide an veram ſimus aſſecuti:

———————— ην δ᾽ ὁ κτυπος
Αυτων ΠΕΛΕΚΩΝΤΩΝ ———

erat

erat autem ſonitus ab iis dolantibus (ſive *dum dolarent*) *excitatus.*——

V. 1298. Ορτυξ εκαλειτο· και γαρ ηκεν ορτυγι]

Perinde ſunt hæc ac ſi Latine dicas: *Coturnix* nominabatur: *nam ſimilis* eſt *coturnici.* Lege vero, ut conſtet deinceps temporum ratio; HIKEIN, *ſimilis erat.* Id quod ideo mutatum non immerito dixeris, quod primæ eſſe perſonæ videretur. Quem errorem jam ſupra perſtrinximus pag. 230, 231.

V. 1513. Απολωλεν ὁ Ζευς. Πηνικ ατ̓ απωλετο;]

—το δε ΠΗΝΙΚ ΑΤΤ απωλετο ουκ Αττικον, ουδε αρχαϊκον, ουδε ακειβες. εστι δε αντι τε ΠΟΤΕ ΔΗΤΑ, παρελκει γαρ το ΑΤΤΑ· επει ουτε το ΤΙΝΑ σημαινει, ουτε το ΑΤΙΝΑ· ουδεν [l. ουδετερον] γαρ τουτων αρμοζει τω ΟΠΗΝΙΚΑ. l. ΠΗΝΙΚΑ. Hæc ex *Suida* deſcripſimus, ideo quod rotundius procedant quam Scholia, in quibus tamen eandem rem monemur. Eſt autem obſervatio certo certius vera. Addo autem quod neque Atticum eſt, nec archaicum, nec accuratum; id ab *Ariſtophane* ſerio proficiſci non potuiſſe; ac proinde emendatione opus eſſe. Et profecto neutiquam incommode quis legerit Πηνικα δητ απωλετο; aut etiam Πηνικα δηποτ.——Sed germanam potius crediderim ſcripturam fuiſſe,

——————ΠΗΝΙΚΑΠΤ απωλετο.

h. e.

h. e. Πνυκαπλε, pro Πνυκα πολε; non secus atque ποπλε pro π πολε legimus. At quidni ipsum Πνυκα πολ? Ideo vero quod hoc pacto absonum habituri simus accentum. Cæterum istud απλα quod memorant Scholiastes et *Suidas*, quod et in Comici fabulis non raro conspicitur; vix dubito quin Atheniensibus ignotum fuerit. Ii potius videntur vocabulis in vocalem brevem exeuntibus (nam is est perpetuus hodierni απλα apud Comicum situs) πλα pro τινα subjicere soliti, istum puta in modum:

1 Οςις σκαλαθυρματιαΤΤΑ μικρα μανθανων.

2 ΠοσαΤΤΑ; Ταυτι. Δυο δραχμας μισθον τελεις;

3 Οφρυς εχοντα και λοφυς, δεινάΤΤΑ μορμορωπα.

4 Συ δ' ω θεοισιν εχθρε, ποιάΤΤ εςιν, ἁΤΤ εποιεις;

5 ΟλιγαΤΘ υπειπων πρωτερον αυτοισιν ταδε.

6 Χαιρεφ. ποῖαΤΤ οιει γιγνεσθαι τη πολει;

7 ΛακωνικαΤΤΑ, τρεις εχοντα γομφιυς.

In exemplis autem 1, 5, et 7, scripturæ πλα potius quam τινα usus conspicitur. Nempe 1, et 2, facit ut ne habeatur proceleusmaticus, atque accentus insuper in ultimam των σκαλαθυρματα et ολιγα invenuste cadens. In 7. ejusdem ope indecorus itidem evitatur accentus.

V. 1629. Ει τινι δοκει σφων, ταυτα καμοι συνδοκει]

Hoc est viro doctissimo interprete: *Si cui vestrum*

1 Nub. 630. 2 Ran. 174. 3 v. 959. 4 v. 967. 5 Vesp. 55. 6 Pac. 703. 7 Thesm. 430.

utilia

utilia hæc videantur, et mihi itidem videntur. Et Græcis profecto Latina quam optime respondent. Ista utique, *Si cui vestrum,* cum ad duos oratio habeatur; perinde soloeca sunt atque, Ει τινι σφων. Neutrum utique secus est ac si quis Anglice efferat, *If* any *of you,* pro eo quod dicimus, *If* either *of you.* Porro ipsum *si* alterutri *vestrum hæc placeant* ineptum esset; qui enim hic loquitur *utrique* placere jam intellexit. Ecce vero certissimam emendationem:

Ει ΤΟΙ δοκει σφων ταυτα, καμοι συνδοκει

Siquidem vobis hæc placent, mihi itidem non displicent. Ipsum autem Comicum tibi auctorem dabo. Lys. 167.

ΕΙ ΤΟΙ ΔΟΚΕΙ ΣΦΩΙΝ ΤΑΥΤΑ, χημιν ξυνδοκει.

Similiter in ipsa hac fabula versf. 665. et 1683.

Αλλ ΕΙ ΔΟΚΕΙ ΣΦΩΙΝ, ταυτα χρη δραν.
Εγω δ', ΕΠΕΙΔΗ ΣΦΩΙΝ ΔΟΚΕΙ, σιγησομαι.

Quibus adjici poterunt ista apud *Euripiden* occurrentia Hippol. 507. et Electr. 77.

ΕΙ ΤΟΙ ΔΟΚΕΙ ΣΟΙ, χρην μεν ου σ' ἁμαρτανειν.
ΕΙ ΤΟΙ ΔΟΚΕΙ ΣΟΙ, στειχε· και γαρ ου προσω.

V. 1730. Ηρα ποτ Ολυμπια
Των ηλιβατων θρονων
Αρχοντα θεοις μεγαν
Μοιραι ξυνεκομισαν
Εν τοιωδ' ὑμεναιω.

 Junonem

Junonem olim Olympiam excelsi solii regem, magnum Diis Jovem fata conjunxerunt tali hymenæo. Ita vir doctissimus. *Andreas* autem *Divus* homo hominum suavissimus: *Juno quondam cœlestis altarum sedium dominantem deis magnam Parcæ comportaverunt in his nuptiis.* Harum *quidem pol credo* interpretationum utramvis,

——————— *nisi Sibylla legerit,*
Interpretari alium potesse neminem.

Nec vero quisquam opinor alius divinare poterit quamnam utervis sibi finxerit orationis Græcæ syntaxin. Ad *Andream* quidem *Divum* quod attinet, eum crediderim ne de unius quidem loci constructione sollicitum fuisse; quippe cujus expositio uniformi quadam obscuritate simul ac barbarie a summo ad imum decurrat. At Versio qua hanc fabulam donavit doctiss. *Hemsterhuisius* (plures utinam donasset) elegans plerumque est ac perspicua. Quod ad ipsum in quo versamur locum, operam profecto lusurus est quicunque eum interpretari prius satager quam emendatus fuerit; quippe cujus, prout hodie repræsentatur, nulla plane sit constructio. Sed neque hoc unicum est quod jure improbaveris. Nam ultimi duo versus metri leges violant. Hujusmodi utique systematum ea est indoles, ut primæ syllabæ communi subjiciantur in versibus acatalectis dactylus et creticus; in catalecticis dactylus et spondeus. Hoc autem metrum eorum in numero venit,

venit, quorum ultimis syllabis nulla permissa est licentia præterquam in clausula catalectica. Atqui versus quartus cretici loco tribrachyn duobus temporibus minorem præfert. Ultimus ejusmodi est, cujus proprium esse video aliud versuum systema claudere, in quibus scilicet dactylus cum cretico non jam syllabæ communi sed spondeo vel trochæo subjungitur: cujusmodi est Julii et Manliæ epithalamium a *Catullo* conscriptum, nisi quod ibi primus nonnunquam pes iambus adhibeatur. Eodem etiam nomine corruptum est quod antistrophen claudit,

Της τ ευδαιμονος Ηρας.

Alterum scilicet ex altero natum est flagitium. Sed ne pluribus lectoris tempora moremur, sic rescribendum censemus:

ΗΡΑΙ ποτ ΟΛΥΜΠΙΑΙ
Των ηλιβατων θρονων
Αρχοντα θεοις μεγαν
Μοιραι ΞΥΝΕΚΟΙΜΙΣΑΝ
Τοιωδ᾽ υμεναιω.

Cum Junone olim Olympia excelsi solii regem inter deos magnum Fata idem-cubile-adscendere-fecerunt *tali hymenæo.* Locutioni autem Ηρα ξυνεκοιμισαν similis est quæ apud *Sophoclem* extat Electr. 276. et 584.

Ταυτην προσαυδαν ΤΩΙΔΕ ΣΥΓΚΟΙΜΩΜΕΝΗΝ.
Ητις ΞΥΝΕΥΔΕΙΣ ΤΩΙ ΠΑΛΑΜΝΑΙΩΙ——

Istud autem τοιωδ᾽ υμεναιω rectius dici quam εν τοιωδ᾽

ὑμεναιῳ nemo non agnofcet nifi qui in Græco fermone fit hofpes. Antiftrophe denique fic claudenda eft,

ΚΑΥΔΑΙΜΟΝΟΣ Ηϱας.

Hoc eft, και ευδαιμονος. cujufmodi crafis non raro occurrit.

Emendationes in ECCLESIAZUSAS.

V. 57. Καθηϛε τοινυν, ὡς ανειρωμαι ταδε]

Ionibus quidem poetis ειϱομαι et ανειϱομαι adhibere permiffum eft; Atticis vero non item. Sed neque formæ fubjunctivæ aoriftum vel fecundum cum vocula ὡς abfque αν conjunctum apud Noftrum legiffe memini. Itaque utraque re poftulante refcribo:

——— ὡς ΑΝ ΑΝΕΡΩΜΑΙ ταδε.

Feciffe videtur prima verbi ανερωμαι fyllaba ut defideraretur vocula totidem literis conftans. Poftea autem corrector aliquis verfui claudicanti fubvenire volens ανειρωμαι imperite fcribere fuftinuit.

V. 70. Νη την Εκατην καλον εγωγε τουτονι.]

Nihil uti videtur Cl. vel *Fabro*, vel *Kuftero*, vel ipfi etiam *Scaligero* in hoc verfu difplicuit. Atqui bona eorum omnium pace non unum eft quod merito difplicere potuiffet. Neque enim vel profoediæ vel fermonis Comici ratio conftat. Vetat utique altera

quo

quo minus καλον sequente vocali jambum constituat; altera quo minus τουτονι cum substantivo nisi comite itidem articulo construatur. Tu vero articulo τον, qui post cognatam syllabam intercidit, sedem pristinam sic vindicabis:

Νη την Εκατην ΤΟΝ καλον εγωγε τουτονι.

Emendabis itidem Lysistr: V. 1169. ubi vulgo scriptum legitur:

Ετερον γ απαιτειτ αντι τουτου χωριου.

At quo tandem pacto articulum ibi inserendum statuis? At bono sis animo velim. Suppetit enim aliquod multo rotundius quam quod articuli ope, si eum versus reciperet, haberi posset. Idque ni fallor tute fateberis. Sic autem se habet:

Ετερον γ απαιτειτ αντι τουτου ΧΩΡΙΟΝ.

Eandem constructionem sequitur quod in Rheso extat V. 204.

Επει τιν ΑΛΛΗΝ ΑΝΤΙ ΤΗΣΔ εξεις ΣΤΟΛΗΝ.

Ubi nemo opinor nisi proletarius plane scriptor στολης adhibere sibi permisisset.

V. 154. Νυν δ᾽ ουκ εασω, κατα γε την εμην μιαν,
Εν τοις καπηλειοισι λακκους εμποιειν
Υδατος———]

At nunc non sinam, ut e mea sententia in caupona lacus equæ faciant. Ita interpretatur *Tan. Fabr.* Nempe Scholiastæ

Scholiastæ vir doctiss. patientem nimis aurem accommodavit, apud quem utique habetur Εμlω μιαν] Λειπει ΓΝΩΜΗΝ. Ain vero o bone? At sine exemplo, adeoque perperam. Porro ut γνωμlω tibi indulgeamus, plenam orationem statuis κατα γε τlω εμlω γνωμlω μιαν. Annon vero sentis istud μιαν quam importunum sit? Immo ipsa illa κατα γε τlω εμlω γνωμlω cum præcedentibus ουκ εασω parum conveniunt. Alium longe usum ista locutio apud *Euripiden* sortitur. Andr. 737.

Οταν δε ταχει θω ΚΑΤΑ ΓΝΩΜΗΝ ΕΜΗΝ,
Ηξω———

h. e. cum interprete. *Ubi* ex animi sententia *composuero*. Lege vero tandem, si sapere audes,

Αλλ ουκ εασω, κατα γε την εμην ΒΙΑΝ.

Sed non permittam, quantum quidem meæ vires *valuerint*—sic apud *Sophoclem* in Trachiniis V. 1035.

Ω παι τουδ ανδρος, τουργον τοδε μειζον ανηκει
Η ΚΑΤ ΕΜΑΝ ΡΩΜΑΝ———

Versum autem ex *Euripide* laudatum quæ proxime præcedunt sic refingi velim:

——————— τηνδ επεξελθειν θελω
Στρατηλατησας, ΧΑΥΠΟΧΕΙΡΙΟΝ λαβειν.

Ubi vulgo contra senarii tragici leges anapæstus in quarta sede præfertur:

Στρατηλατησας, ὡδ υποχειριον λαβειν.

Istud

Istud autem χαυποχειειον, quocunque demum modo scribi malis, και ὑποχειειον accipiendum est.

V. 289.

Χωρωμεν εις εκκλησιαν, ω νδρες· ηπειλησε γαρ
Ο Θεσμοθετης, ὡς αν μη πρω πανυ τυ κνεφυς
Ηκῃ κεκονισμενος, βλεπων ὑποτριμμα,
Στεργων σκοροδαλμῃ, μη δωσειν τριωβολον.
Αλλ ω Χαρι τιμια, η και Σμιθυκε, και Δρακη,
Επυ κατεπειγων σαυτον προσεχων, ὁπως
Μηδεν παραχορδῃς, ὡν δει σ αποδειξαι.
Οπως δε το συμβολον λαβοντες επειτα πλη-
Σιοι καθεδυμεθ, ὡς αν χειροτονωμεν
Απανθ, οποσ αν δεῃ τας ἡμετερας φιλας.
Και τοι τι λεγω, φιλυς γαρ χρην ονομαζειν.
Ορα δ ὁπως ωθησομαι τυσδε τυς εξ αστεως
Ηκοντας, ὁσοι προτυ μεν, ἡνικ ελθοντ εδει
Λαβειν οβολον μονον, εκαθηντο λαλυντες.
Νυνι δ ενοχλυσ αγαν· αλλ υχι Μυρωνιδης,
Οτ ηρχεν ὁ γενναδας, υδεις αν ετολμα
Τα της πολεως διοικειν, αργυειον φερων·
Αλλ ἡκεν ἑκαστος εν ασκιδιῳ φερων
Πιειν, ἁμα τ αρτον αυ, και δυο κρομμυα,
Και τρεις αν ελαας. νυνι δε τριωβολον
Ζητυσι λαβειν, ὁταν πραττωσι τι κοινον ὡς-
Περ πηλοφορυντες.]

Ex toto quem hic vides linearum numero tres duntaxat, primam dico, duodecimam, et ultimam versuum

ſuum nomine ſunt inſigniendæ. *Fabrum* quidem uſque adeo feſtivum fuiſſe video, ut quintam et ſextam ad normam iambicam ſic exigi voluerit:

> Αλλ ω Χαριδημε και Σμικυθε και συ Δερκη,
> Επυ καλεπειγων σαυτον νυν προσεχων όπως.

Atque hinc non immerito colligere mihi videor virum doctiſſimum cæteram ferraginem, partem certe maximam, ex ſenariis legitimis confieri exiſtimaſſe; cum tamen ne unus quidem ſenarius ibi habeatur. Sed neque habebitur ſi admittantur viri doctiſſimi emendationes. Eorum utique quos voluit in priore minus recte producitur συ; in altero ſpondeus quartam ſedem occupat. Hujuſmodi quidem ſenarium alibi etiam ad verſ. 167. virum doctiſſimum venditantem videre eſt: " Idem ſane dicit *Ariſtophanes* " ac ſi inclamitaret e proſcenio:

> Νυν, ω θεαται, λακκοπρωκτον ες ιδειν,
> Μαλλον δε γυναικα μεσην ευρυπρωκτιας.

" Sed unde illi duo verſus? quære, et fruſtra quæ-" res; ni dixero tibi in aurem, quis illorum *Faber* " ſit." At ſi, qualis eorum *faber* fuerit, ſcire itidem geſtias; liceat et mihi viciſſim tibi in aurem inſuſurrare *Horatianum* illud:

> *Æmilium circa ludum* faber *unus et ungues*
> *Exprimet, et molles imitabitur ære capillos*;
> Infelix operis ſumma, quia ponere totum
> Neſciet———.

Verum

Verum in metrorum ratione utcunque infelix fuerit, recte tamen judicavit sermonis indolem postulare ὅς ἂν. Idem etiam uti mox videbis ipsum metrum exigit. Atque ita quidem clare legit *Suidas*. Nunc vide germanam versuum ab *Aristophane* profectorum formam tandem aliquando instauratam.

ΣΤΡΟΦΗ.

Χωρωμεν εις εκκλησιαν, ωνδρες· ηπειλησε γαρ
Ο θεσμοθετης, ΟΣ αν
Μη πρῳ πανυ τȣ κνεφȣς
Ηκῃ κεκονιμενος,
Βλεπων ὑποτριμμα,
Στεργων σκοροδαλμῃ. Αλλ
ΑΓ, ω Χαιριπμια,
Και Σμιθυκε, και Δρακης,
Επȣ κατεπειγων
Σαυτον, προσεχων ὁπως
Μηδεν ΠΑΡΑΧΟΡΔΙΕΙΣ,
Ων δει σ αποδειξαι.
Οπως δε το συμβολον
Λαβοντες επειτα πλη-
σιοι καθεδȣμεθ᾽, ὡς
Αν χειροτονωμεν
Απανθ οποσ αν δεῃ
Τας ἡμετερας φιλας.
Καιτοι τι λεγω; φιλȣς
Γαρ χρην ονομαζειν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ.

Ορε. δ' ὅπως ωθησομαι τυσδε τυς εξ αστεος
Ηκοντας, ὅσοι προτυ
Μεν ἡνικ εδει λαβειν
Ελθοντ οβολον μονον
Καθηντο λαλυντες·
Νυνι δ' ενοχλυσ αγαν.
Αλλ υχι Μυρωνιδης
Οτ ηρχεν ὁ γενναδας
Ουδεις αν ετολμα
Τα της πολεος διοι-
κειν αργυειον φερων·
Αλλ ἡκεν ἑκαστος
Εν ασκιδιω φερων
Πιειν, ἁμα τ αρτον αυ,
ΚΑΙΣΩΣ δυο κρομμυω,
Και τρεις αν ελαας·
Νυνι δε τριωβολον
Ζητυσι λαβειν ὁταν
Πραττωσι τι κοινον ὡς-
περ πηλοφορυντες.

Apud *Suidam* recte haberi ὅς αν jam diximus. Ex eodem repoſuimus κεκονιμένος, uti et παραχορδιεις pro voce nihili παραχορδιης. Ex iſtis,

Στεργων σκοροδαλμη μη δωσειν τριωβολον,

unicum verſum conficiendum eſſe liquet ex dactylo et cretico ſyllabæ vel brevi vel longæ ſubjectis conſtantem.

ſtantem. Habes autem quod nobis viſum eſt commodiſſimum. Quippe abſque iſto auxilio μη δωσειν τριωβολον, quod Gloſſographo acceptum refero, plena ſatis eſt oratio: *nam interminatus eſt theſmotheta ei, qui non primo mane, offuſis etiamnum tenebris ſuper terram venerit pulvere conſperſus præ feſtinatione, acerba tuens, alliata muria contentus.* Satis inquam eſt dixiſſe theſmothetam interminatum eſſe, etiamſi non itidem diſerte declaretur minarum genus, *ſe non daturum eſſe ſerius venienti ſolitam mercedem:* nam nihil aliud interminari potuit. Apud *Demoſthenem* in Philip. I. pag. 12. Edit. *Cant.* idem verbum de Macedonum rege uſurpatur, qui non unum interminari cenſendus eſt; at de minarum tamen genere ibi prorſus ſiletur: ὁς ουδ' αιρεσιν ὑμιν διδωσι του πραττειν, η αγειν ἡσυχιαν, αλλ ΑΠΕΙΛΕΙ, και λογους ὑπερηφανους, ὡς φασι, λεγει. Si quem autem offendat elliptica oratio ηπειλησεν ὁς αν μη ἡκη, in qua utique ſubaudiatur παντι vel τουτῳ; is legat velim ſubjectum Noſtri locum Pac. 370.

> Αρ οισθα θανατον ὁτι ΠΡΟΕΙΦ ὁ Ζευς, ΟΣ ΑΝ
> Ταυτην ανορυττων ΕΥΡΕΘΗΙ; ———

uti et *Sophocleum* iſtum Ant. 35.

> ——————— αλλ ΟΣ ΑΝ τουτων τι ΔΡΑΙ
> Θανατον ΠΡΟΚΕΙΣΘΑΙ δημολευστον εν πολει.

Ubi interpres: *nam quicunque quid horum fecerit mortem* illi *publicam proponi in urbe.* Monendum eſt obiter verbum δημολευστον minus recte exponi *publi-*

cam. Valent utique Θανατον προκεισθαι δημολευστον *cum lapidibus a populo obrutum iri.* Huc autem pertinent:

1 Ει χρη ΘΑΝΕΙΝ νω ΛΕΥΣΙΜΩΙ ΠΕΤΡΩΜΑΤΙ.
2 ΘΑΝΕΙΝ υπ ΑΣΤΩΝ ΛΕΥΣΙΜΩΙ ΠΕΤΡΩΜΑΤΙ.
3 Σοι ση τ αδελφη, ΛΕΥΣΙΜΟΝ ΔΟΥΝΑΙ ΔΙΚΗΝ.
4 ——— ποτερα ΛΕΥΣΙΜΩΙ χρει
Η δια σιδηρου πνευμ αποῤῥηξαι με δει;
5 Σωμα ΛΕΥΣΘΗΝΑΙ ΠΕΤΡΟΙΣΙ———
6 Το κατθανειν ην και το ΛΕΥΣΘΗΝΑΙ ΠΕΤΡΟΙΣ.
7 ΛΕΥΣΤΗΡΑ ΔΕΜΟΥ δ' ουπ μη φυγη ΜΟΡΟΝ.
8 ΔΗΜΟῤῬΙΦΕΙΣ, σαφ ισθι, ΛΕΥΣΙΜΟΥΣ αρας.

Illud præcipue notabis *Sophocleo*, ΘΑΝΑΤΟΝ ΔΗΜΟΛΕΥΣΤΟΝ quam examuſſim reſpondeat *Æſchyli* ΛΕΥΣΤΗΡΑ ΔΗΜΟΥ ΜΟΡΟΝ. At altera iſta Στεργων σκορδαλμη undenam præterquam ab ipſo Poeta proficiſci potuerint equidem non adſequor. Verborum ελθοντ εδει λαβειν ordinem mutando rationi metricæ conſuluimus; uti et καθηντο pro εκαθηντο ſcribendo. Atque hoc quidem editio *Baſil.* 1532. repræſentat. Pro και denique κᾀσως, h. e. και ισως commodiſſimum cenſuimus.

V. 442. Και χρηματοποιον· κουτ απορρητ εφη]
" Emendandus hic verſus. Lege

1 *Eurip.* Or. 50. 2 v. 442. 3 v. 613. 4 v. 861. 5 Iph. in Aul. 1350. 6 *Soph.* Oed. Col. 447. 7 *Æſch.* pag. 78. 8 pag. 226.

—κ'

" ———————— κ᾽ ουτε τ᾽ απορρητ εφη.

" Illud τ᾽ απ longum erit, εκ [ſcripſit opinor *ut*] τ᾽
" αγαθα." *Tan. Faber.* " Verſus hic claudicat, ut
" recte vidit *Faber.* qui proinde eum ſic fulcien-
" dum cenſet,—κουτε τ απορρητ εφη. Sed et ita ei ſyl-
" laba deerit. Quare ut verſus omnino αρτιπους fiat,
" ſcribendum erit, κουτε τα γ απορρητ εφη." *Kuſterus.*
Immo αρτιπους eſt, quem venditat *Faber*, ſenarius. Nam utcunque demum repræſentaverit, per craſin enunciari voluit τα απορρητ quo pacto tres longæ habeantur neceſſe eſt. Mirabitur autem cui Cl. *Kuſteri* minus quam mihi perſpecta eſt inconſtantia, quod in ipſius editione conſpiciatur. Veſp. 282.

Νη Δι εξαγαγων γε τ ἀπορρητ᾽ ιν αρτον και κρεας.

Eadem itidem verba, forma quidem aliquantulum diſpari, eandem quantitatem obtinent. Ran. 265.

Η προδιδωσι [l. σιν] φρουριον η ναυς η τα᾽ πορρητ αποπεμπει.

Quod vero legendum cenſuit uterque κουτε, cum neque præcedat nec ſequatur alterum vel ουτε vel τε, vel denique και, adverſus ſermonis rationem peccat. Ei vero ſic conſultum oportuit,

———————— ΚΟΥΧΙ ταπορρητ εφη:

vel etiam adhuc accuratius κουχι.

V. 512. Ουδεμια γαρ δεινοτερα σου ξυμμιξας οιδα γυναικι]

Loquitur Chorus mulierum, necdum virorum, uti

Poſtea,

poſtea, perſonatorum. Proinde reſcribi oportet ξυμμιξασ' οιδα. Atque ita quidem certior factus ſum habere editt. *Ald.* et *Wechel.* quibus adſtipulatur *Baſil.* 1532. At enim, dicet aliquis, quid obſtat quo minus maſculinum ξυμμιξας hic legatur, cum apud *Euripiden* videamus Hecubam de ſe ſimiliter dicentem :

——————— ουκ αφ' ώς ΘΑΝΟΥΜΕΝΟΥΣ
Μετηλθες ἡμας————

Verum enimvero ſic colligas velim, ubicunque de fœmina reperitur maſculini generis adjectivum, ibi etiam pluralem numerum adhiberi.

V. 659. Της αικιας οἱ τυπτοντες ποθεν εκτισουσιν]

Nemini quod ſciam diſplicuit ſyntaxis iſta της αικιας εκτισουσιν. Et genitivum quidem cum verbo quod vocant tranſitivo nonnunquam conjungi non diffiteor. In hanc utique conſtructionem cadunt των θρυαλλιδων Nub. 59. των ψηφων Ran. 1294. των κρεων Equ. 418. των λιθων Ach. 183. των ισχαδων 805. των δημοσιων Veſp. 552. των σκοροδων Pac. 357. των κριθων 962. των σπλαγχνων 1102. 1111. των δρεπανων 1202. των χυτρων Av. 356. των ξυλων Theſm. 733. Verum iſta locutio της αικιας εκτισουσιν nihil aliud valere poterit quam ineptum iſtud *injuriæ-partem-aliquam perſolvent.* Nam hujuſmodi ſemper eſt genitivi notio ad verbum tranſitivum relati. Legendum vero cenſeo,

censeo, τας αικιας, vel potius αικειας, sive ακειας εκτισεσιν *injurias-persolvent*. Sic vers. 650.

Εν επ ζητω, πως, ηνπις οφλη παρα τοις αρχεσι δικην τω,
Ποθεν ΕΚΤΙΣΕΙ ΤΑΥΤΗΝ; ———

Eur. Herc. 983.

ΕΧΘΡΑΝ πατρωαν ΕΚΤΙΝΩΝ———

Dixi autem αικειας sive ακειας potius quam αικιας, propterea quod inter ακεια et ακης, apud Ionas αεικης, eadem servatur analogia quæ inter αληθεια et αληθης, cæteraque id genus omnia. Emenda obiter *Æschylum* pag. 32. l. 3.

Πεπονθας ακες πημ, αποσφαλεις φρενων.

Quod utique vulgo ibi exaratur αεικες anapæstum in secunda sede contra senarii tragici rationem præfert.

V. 948. Προσελθε, και ξυνευνος μοι
Την ευφροσυνην όπως εσει.]

" *Accede et mecum concumbens delectationem noscas et* " *experiaris.* Verti quasi fuisset scriptum ειση, vel " Attice εισει." *Tan. Faber.* Profecto nimis certum est lectionis vulgatæ nullum esse sensum, nullam syntaxin. Sed neque locutioni quam probavit vir doctissimus, ευφροσυνην ειση, simile quidquam reperire est. Facit denique articulus voci ευφροσυνην comes adjunctus ut multo adhuc minus ferenda sit. Tu vero Poetæ manum tandem aliquando instauratam agnosce:

Προσελθε,

Προσελθε, και ξυνευνος μοι
Την ΕΥΦΡΟΝΗΝ ὁπως εσει.

Accede et noctem *fac mecum concumbas.* Vocis autem ευφρονην notionem, ne forte lectori convitium facturus videar, adstruere supersedeo. Illud potius vide, quam laute se dederint *Suidæ* editores "Ευφρονη] Η νυξ.

" Τις τον μεγιςοφωνον ενδον της ςεγης
" Επαισεν ορνιν ὡρολογειν την ἑσπεραν;"

Nimirum huic exemplo non immerito adjeceris: Μηνιν αἑιδε Θεα—Ανδρα μοι εννεπε Μουσα—Αειςον μὲν ὑδωρ—. Nam ex his perinde atque ex illo, ευφρονη quid valeat, quivis didicerit. Videtur profecto Cl. *Kusterus*, nam cæteros nihil moror, ορνιθος μεγιςοφωνου assessoris indiguisse, juxta illud Bdelycleonis apud *Aristoph.* commentum. Vesp. 811.

ΦΙΛ. Ατὰρ τι ΤΟΝ ΟΡΝΙΝ ὡς εμ᾽ εξηνεγκατε;
ΒΔΕ. ΙΝ ΗΝ ΚΑΘΕΥΔΗΙΣ, απολογουμενου τινος,
Αιδων ανωθεν ΕΞΕΓΕΙΡΗΙ Σ ΟΥΤΟΣΙ.

PHI. *At quo tamen consilio avem* [gallum] *ad me adduxistis?* BDE. Ut si forte dormias, *causam perorante quopiam, superne canendo* hic te e somno excitet. Sed ne longum faciam, lege — ὡρολογειν τὴν ΕΥΦΡΟΝΗΝ. Illud tantum addam apud *Aristoph.* pro εξηνεγκατε legi omnino oportere εισηνεγκατε. Nam domi intus versatur qui ista loquitur.

Emenda-

Emendationes in THESMOPHORIAZUSAS.

V. 32. Ουκ αλλ ἑτερος τις· ουχ ἑωρακας πωποτε;
Μων ὁ δασυπωγων; Ουχ ἑωρακας πωποτε;]

In utroque versu scribi jubet Cl. *Kusterus* ἑωρακας ποτε. Atqui supra pag. 202. abunde demonstravimus quadrisyllabum ἑωρακας Atticis fuisse ignotum. Lege vero utrobique,

———————— ουχ ΕΩΡΑΣ πωποτε.

Quanquam utique quadrisyllabum ἑωρακα, uti diximus, nullum sit; at ἑώρων tamen perpetuo trisyllabum est, uti in istis:

1 Συ δε πως ἑωρας ω κακις απολεμενε.
2 Οτι δειλοτατον τουτον ἑωρων, ελαφοι δια τουτ' εγενοντο.
3 Ταυτην ἑωρας την καλην την διαφανη.

Collige obiter frustra esse Cl. *Bentleium* qui ad Nub. 325. ista habeat: "Ego sic ex ingenio restitueram:
" Ως ουκ καθορω. Παρα την εισοδον. Ηδη νυνι μολις ἑωρων.
" Εωρων δισυλλαβως, ut sæpe. Sic in Avibus:
" Εωρακα παντων βαρβαρωτατον θεων."

Vides quam imperite vir Cl. verba tam dissimilia confuderit. Sed neque ἑωρων, si ipsum tempus spectes, recte se habet. Nihil utique aliud valet quam

1 Plut. 713. 2 Nub. 353 3 v. 765.

quod Latinorum *vidi*, *I saw*, vel *I have seen.* Postulat vero loci indoles verbum præsens-imperfectum *video.* Lectio vulgata sic repræsentatur:

Ως ϰ καθορω. Παρα την εισοδον. Ηδη νυν μολις ορω.

Quo pacto in versus fine pes integer deest. Eum autem ex sequente sat commode suppleveris:

——————— Ηδη νυν μολις ορω ΑΥΤΑΣ.

Ibi utique legitur:

Νυν γε τοι ηδη καθορας ΑΥΤΑΣ———

Versus quidem ita emendatus non est inter maxime numerosos. Sed est tamen legitimus. Quin et ipsi huic quicquid est incommodi mutato verborum ordine subveniri poterit:

——————— Ηδη ορω νυν μολις αυτας.

Cæterum Cl. *Kusterus*, ad locum "Metrum (inquit) "manifeste claudicat: cui vitio egregie medetur "MS. *Vatic.* U. qui sic habet, ΗΔΗ ΚΑΙ ΝΥΝ "ΜΟΛΙΣ ΑΘΡΩ. Textui lectionem hanc restituissem, nisi Collatio illius MS. paulo serius ad "me missa fuisset." Egregia vero medicina, quæ ex simplici morbo duplicem effecit. In recepta utique scriptura metrum unice laborat; in hac et metrum, et oratio: metrum quod αθρω priorem in sermone comico necessario corripiat: oratio, quod verbum istud de simplici *visu* nunquam adhibeatur, sed *intueri*, *considerare*, *examinare*, vel simile denotet.

tet. Immo tertium eſt quod in egregia iſta lectione merito improbaveris, quod voculam και ſimiliter otioſam non ſit reperire. Lectio hæc, uti et pleræque aliæ in MS. *Vatic:* U. a vulgatis diſcedentes, a correctore, eoque perquam imperito, profecta eſt.

Analogiam autem, ut illud obiter notemus, quam inter ὥρακα et ἑωρων ſervari videmus, ſequuntur etiam iſta ἥλωκα et ἑαλων. Prioris exempla in iſtis habentur:

1 ΗΛΩΚΕΝ, ὡς ὁ φρυκτος αγγελλων πρεπει.

2 Πλειστον ἡμαρτηκεν· η γαρ εισφορα τις ἡρπακε
Ταυδοθεν παντ, η δικη τις πρειπεσων απωλετο,
Η ϛρατηγησας προσωφλεν, η χορηγος ἁιρεθεις
Ιματια χρυσα παρεχων τω χορω ῥακος φορει,
Η τριηραρχων απηγξατ, η πλεων ΗΛΩΚΕ ποι.

Ubi vulgo tam nulla proſoedia quam ſententia legitur,

———————— προσωφλεν. χορηγος δ αιρεθεις
Ιματια και χρυσα παρεχων————

3 Ειποις τ αν αυτους αρτιως ΗΛΩΚΕΝΑΙ.

Alterius proſoedia conſpicitur Veſp. 354.

Ιεις σαυτον κατα του τειχους, ὁτε δη γ ἡ Ναξος ἑάλω.

Vulgo minus recte ἑαλῳ.

1 *Æſchyl.* P. 177. l. 9. 2 Apud *Athen.* p. 103.
3 pag. 225.

V. 106. Μυρμηκος ατραπυς, η τι διαμινυρίζεται]

Præfert hæc lectio anapæstum tribracho subjectum, vel certe in quarta sede proceleusmaticum. Quod autem adhuc multo gravius est, verbum medium μινυρίζομαι apud poetas Atticos nusquam alias legitur, sed activum unice reperitur. Vesp. 209. Av. 1414.

Λυχνυς εχοντες και ΜΙΝΥΡΙΖΟΝΤΕΣ μελη.
Ο δ' αυ ΜΙΝΥΡΙΖΩΝ δευρο τις προσερχεται.

Reponendum vero statuo,

Μυρμηκος ατραπυς, η τι ΔΙΑΜΙΝΥΡΕΤΑΙ.

Nam hujus contra verbi formam non nisi mediam invenire est:

1 Αργος, ΜΙΝΥΡΟΜΕΝΗ τι προς εμαυτην μελος.
2 Ενθα λιγεια ΜΙΝΥΡΕΤΑΙ
Θαμιζυσα μαλις' αηδων.
3 Οταν δ' αειδειν η ΜΙΝΥΡΕΣΘΑΙ δοκω.

V. 224. Η μη διδοναι γ αυτον ωφελον ποτε]

" Versus supplendi gratia scribendum est διδοναι γ
" εμαυτον." *Kusterus.* Immo εμαυτον postulat sermonis non minus quam versus ratio. At διδοναι quod retinuit Vir Cl. non uno nomine illa respuit. Oportet vero compositum αποδιδωμι, sicuti supra intra versum quartum,

1 Eccl. 875. 2 Oed. Colon. 702. 3 *Æschyl.* p. 176. l. 16.

Αγε

Αγε νυν, επειδη σαυτον ΕΠΙΔΙΔΩΣ εμοι.

et rurſus infra verſ. 256.

Αγαθων επειδη σαυτον ΕΠΙΔΟΥΝΑΙ φθονεις.

Deinde præſens-imperfectum διδοναι, ſi ipſum tempus ſpectetur, parum congruit. Utraque vero re conjurante reſcribo:

Η ΜΗΠΙΔΟΥΝΑΜΑΥΤΟΝ ωφελον ποτε

h. e. μη επιδουναι εμαυτον.

V. 484. Ξυνοιδ᾽ εμαυτη πολλ. εκεινο δ᾽ ουν]
" Metrum claudicat: quod ut fulciatur, ſcriben-
" dum eſt:

" Ξυνοιδ᾽ εμαυτη πολλα κακ᾽ εκεινο δ᾽ ουν."

Kuſt. Immo fulcrum tuum Vir Cl. neutiquam effecit quin verſus etiamnum *claudicet.* Adhuc enim uno tempore minor eſt. *Biſetus* iſtum in modum ſuppleri voluit:

Ξυνοιδ᾽ εμαυτη πολλ᾽ εκεινο δ᾽ ουν, ὁτι
Δεινοτατον, ὁτε——

Quo vix quidquam vidi magis inficetum. Jam vero ſcribendi rationem unam et alteram exhibebo, quarum neutra opinor Comico indigna videbitur.

Ξυνοιδ᾽ εμαυτη πολλα ΔΕΙΝ, εκεινο δ᾽ ουν
Δεινοτατον——
Ξυνοιδ᾽ εμαυτη πολλα ΔΡΩΣ, εκεινο δ᾽ ουν

Utrique

Utrique autem perinde favet quod apud *Euripiden* extat in Orefte verf. 396.

Η συνεσις, ὅτι ΣΥΝΟΙΔΑ ΔΕΙΝ ΕΙΡΓΑΣΜΕΝΟΣ.

V. 497. Ταυτ ουδεπωποτ εφωρατ Ευριπιδης]

"Claudicat metrum: quod in integrum reftituetur, fi pro εφωρατ addito augmento Attico fcribas εφεωρατ." *Kufterus.* Satis infeliciter vir Cl. Nam integer quem vocat fenarius quartum pedem fpondeum præfert, contra notiffimam hujus metri legem. Idem porro fententiæ nimium fecurus fuit. Quod enim verba Græca valere voluit, *Hoc nunquam vidit Euripides,* neque cœlum nec terram tangunt. Nempe Mnefilochus Euripidiæ hic caufam agens contra mulieres, quæ eum in jus vocaverant quod ipfas indignis opprobriis laceraffet; agnofcit quidem Euripiden nonnullis contumeliis eas profecutum effe; quot vero graviora, cum ipfi in promptu effent, dicere fuperfederit, hic recenfet. At lepidum hercle patronum nactus fuiffet bonus Euripides, fi ipfum Mnefilochus defenfum iret graviora mulierum facinora, quæ ipfe non jam non dixiffet, fed non vidiffet, indicando. *Scaliger* nihilo felicius conjecit legendum εφωρασ. Hoc utique pacto, perinde atque in vulgata lectione, bini pedes laborant: fententia itidem non minus aliena habetur. Nunc vide quid a dictantis librarii ore Comicique manu prodierit:

Ταυτ

Ταυτ ουδεπωποτ' ΕΙΦ, ΟΡΑΙΣ, Ευριπιδης.

Hæc nunquam dixit, uti vides, Euripides. Mox intra versum sextum totidem verba recurrunt:

——————— ΤΑΥΘ, ΟΡΑΙΣ,

ΟΥΠΩΠΟΤ ΕΙΠΕΝ ———

Gemellum verbi ὁρᾳς usum infra etiam habemus V. 563.

Επειτα γ' ΟΥΚ ΕΙΡΗΧ, ΟΡΑΙΣ, ὡς στλεγγιδας λαβουσαι.

Ne quem autem offendat quod intra tam paucos versus eadem locutio bis habeatur, notandum est alteram ejusdem virtutis phrasin, ουκ ειρηκε πω, intra quartum itidem versum bis reperiri.

V. 502. Ιν οσφραινομενος ανηρ απο του τειχους εισιων]

" Versus hic manifesto in legem metri peccat, non " solum quia in sede secunda est dactylus, quod " Iambicus nunquam admittit; sed etiam quia " quædam redundant. Quare nullam mihi du- " bium est, quin pro οσφραινομενος scribi debeat οσφρο- " μενος; non solum quia hac ratione metro con- " suletur (sic enim in sede secunda Proceleusmati- " cus erit pro Anapæsto, quod a metro Iambico " non abhorret) sed etiam quia οσφρομαι magis Atti- " cum est quam οσφραινομαι: ut observat *Thomas* " *Magister* V. Οσφρομαι, quem vide." *Kusterus. Tho- mam Magistrum* audiant quibus visum fuerit. Nam nuda illius in hac re auctoritas, cum apud poetas

Atticos

Atticos quotquot hodie extant, verbum ὀσφρόμαι nusquam reperiatur; apud me plane nulla est. Legitur quidem participium ὀσφρομενος Vesp. 788.

Κατα βδελυχθεις ΟΣΦΡΟΜΕΝΟΣ εξεπλυσα.

Atque hinc opinor in fraudem inductus est homo imperitus. Nimirum istud participium non jam a præsente οσφρομαι sed ab aoristo ωσφρομην derivatur: hic autem a præsente οσφραινομαι. Nunc vide quam bellum senarium nobis venditaverit vir Cl.

Ιν οσ|φρομένός α|νηρ απο|τϋ τει|χυς εισ|ιών.

Proceleusmaticum neque in iambicis nec trochaicis licuisse crediderim. Accentum autem in ultimam vocis quadrisyllabæ correptam minus recte cadere fidenter assevero. Tertium in hac lectione improbandum venit, quod ανηρ absque articulo habeatur. Oportet enim ὁ ανηρ, *the husband*. Quartum, quod in sede pari spondeus repræsentetur. Tam negligenter! Contemplare porro, si vacat, versum præcedentem, prout a viro Cl. cum cæteris editoribus exhibetur:

Την νυχθ' εωθεν σκοροδια μασωμεθα.

Qua tandem obsecro virtute vocis σκοροδια vel primam vel ultimam produci dicendum est? Quippe ni horum alterum fiat, versus est nullus. Nunc vicissim viri Cl. fautorum censuræ subjicio quod a Poeta profectum mihi videtur:

Την νυχθ' εωθεν ΣΚΟΡΟΔΑ ΔΙΑΜΑΣΩΜΕΘΑ,
Ιν ΟΣΦΡΟΜΕΝΟΣ ανηρ απο τυ τειχυς ΙΩΝ.

V. 659.

V. 659. ——————— τȣτονι φυλαττετε
Καλως· ὁπως μη διαφυγων οιχεται.]

"Verſus hic claudicat, utpote ſyllaba una brevior. "Quare cum *Scaligero* reſcribo διαφυγων οιχοιτο τι." *Kuſterus.* At enim, quod utrumque pariter fefellit, φυλαττετε ὁπως μη οιχοιτο oratio perinde ſoloeca eſt, ac ſi Latine dicas, *cuſtodite ne elaberetur.* Quam rem ſupra pag. 85, &c. fuſius tractavimus. Lege vero,

Καλως, ὁπως μη διαφυγων ΟΙΧΗΣΕΤΑΙ.

Nempe ab οιχομαι formatur futurum οιχησομαι.

1 Αρθεις αφ ημων εις κορακας ΟΙΧΗΣΕΤΑΙ.
2 Διδȣ κατα χειρος· τȣ ψον ΟΙΧΗΣΕΙ λαβων.
3 Ο της διαρροιας ποταμος ΟΙΧΗΣΕΤΑΙ.

Vulgo [διαρροιας—εξοιχησεται. Futurorum autem cum voculis ὁπως μη conjunctorum exempla ſupra abunde congeſſimus pag. 227, 228.

V. 711. Οιον ὑμων εξαρξω την αγαν αυθαδιαν]

Nihil hic vidit Cl. *Kuſterus* quod improbaret. At enim feſtivus quem venditat trochaicus in ſede tertia ſpondeum præfert, in quarta unicam pro pede ſyllabam;

Οιον | ὑμων | εξαρ | ξω * | την αγαν αυθαδιαν.

Sed neque verborum ulla eſt ſententia. Comici

1 Veſp. 51. 2 apud *Athen.* p. 292. 3 p. 551.

vero manum mihi videor certo certius inſtauraturus :

Οιον ὑμων ΕΞΕΡΩ ΓΩ την αγαν αυθαδιαν !

Quali modo veſtram ego *effrænatam inſolentiam* declarabo !

1 ——————— εμαυτον, ην λεγω
Κακως εκεινην, ΕΞΕΡΩ· λεξω δ' ὁμως.
2 Και τὀνομ' αυτων ΕΞΕΡΕΙΣ πριν εισιδειν ;
3 Τοιαυτα τοι νῳ πας τις ΕΞΕΡΕΙ βροτων.
4 Και σοι γυναι ταληθες ΕΞΕΡΩ———
5 Σοι κει το μηδεν ΕΞΕΡΩ, φρασω δ' ὁμως.
6 Εν δ', οἱον ουπω προσθεν, αυτικ ΕΞΕΡΩ.
7 Ω παι Ποιαντος ΕΞΕΡΩ· μολις δ' εγω
Αγωγ ὑπ αυτων εξελωβηθην μολον

V. 941. ——— Νη Δι, ὡς νυν δητ ανηρ
Ολιγον μ' αφειλετ αυτον ἱστορραφος.]

Per Jovem, modo vir quam pene *hunc mihi eripuit ſutor ille fraudum.* Ita interpretatur Cl. *Kuſterus.* Atque hanc quidem ſententiam poſtulat omnino loci indoles. Sed Græca, prout hodie repræſentantur, nihil iſtiuſmodi ſonant. Id vero ipſum ſonabit quod Noſtrum ſcripſiſſe nullus dubitaverim :

1 *Eurip.* Or. 559. 2 Ion. 1414. 3 *Soph.* El. 990. 4 Oed. Tyr. 819. 5 Ant. 240, 6 Trach. 157. 7 Phil. 341.

ΟΛΙΓΟΥ

ΟΛΙΓΟΥ μ αφειλετ αυτον ὁ ιστογραφος.

1 ΟΛΙΓΟΥ τ απεθανον ἀνθρακες Παρνασιοι.

2 ———————— ὡς ΟΛΙΓΟΥ πανυ

Απωλομην ————————

3 Επισχες ὀτος, ὡς ΟΛΙΓΟΥ μ απωλεσας.

Quorum locorum primum et alterum interpretatur *Frischlinus*: Parumque adeo abfuit *quin essent mortui hi carbones Parnassii*—parum abfuit *ut non perierim*—tertium *Florens Christianus*: *Siste hic amabo*: *perdidisti* pene *me*. In primo autem reposuimus ἀνθρακες h. e. ὁι ανθρακες. Vulgo utique contra sermonis comici rationem articulus desideratur; uti et in altero illo ἱστορραφος.

Emendationes in LYSISTRATAM.

V. 16. Ηξουσι· χαλεπη τε γυναικων εξοδος.]

Legit cum *Scaligero Florens Christianus* χαλεπη τοι. Sane si in poetæ cujuspiam Tragici senario versaremur, ne unum quidem verbum facerem, quin ita legeretur. Verum ad comici sermonis integritatem bis instaurandus est articulus:

Ηξουσι· χαλεπη ΤΩΝ γυναικων ΗΞΟΔΟΣ.

V. 111. Εθελοιτ αν ουν, ει μηχανην ευροιμ εγω,
Μετ εμου καταλυσαι τον πολεμον; Νη τω θεω·

1 Ach. 347. 2 v. 380. 3 Vesp. 825.

> Εγω δε γ αν, και ει με χρη, η τεγκυκλον
> Τεπι καταθεισαν εκτιειν αυθημερον.]

"Lege, ει με χρειη: i. e. *etiamsi me oporteat.* χρειη "enim hic idem significat quod δεη. *Suidas:* χρειη, "δεη. Forte ad locum hunc respexit. Apud eundem "*Suidam* v. Εγκυκλον legitur χρει η." *Kusterus.* Cæcum hic ducem secutus est vir Cl. Valet quidem χρη tantundem quod δεη; sed istud χρειη vox nihili est. Porro autem si χρειη idem sonaret quod δεη; at ipsum ει δεη soloecismum efficeret. Oportet enim ην [quod est ει αν] δεη; Idem dictum puta de altera illa quæ apud *Suidam* habetur lectione, ει χρει [h. e. χρεια] η. Sed scripsit forte *Suidas* ad hunc locum respiciens, χρειη, δεοι. Utcunque hoc sit, χρειη hic rescribendum esse confirmo. Nempe ab aoristo indicativo εχρην notissima fluunt analogia χρη, χρειη, χρηναι. Ecce autem loci constructionem: εθελοιτ αν —ει ευροιμι—; Εγω δε γ αν—[εθελοιμι] και ει—χρειη—Eadem itidem curatione *Sophocli* non semel succurrendum est. Ant. 895.

> Αρ ιςε, αοιδες και γοες προ τε θανειν,
> Ως εδ αν εις παυσαιτ αν, ει ΧΡΕΙΗ λεγειν.

Vulgo χρει η, adjecta itidem distinctione: quo pacto syntaxis constituitur παυσαιτ αν λεγειν renitente sermonis indole: ea utique postulat παυσαιτ αν λεγων. Trach. 164.

> Νυν δ' ὡς ετ εκ ων ειπε μεν λεχες ὁτι
> ΧΡΕΙΗ μ' ἑλεσθαι κτησιν· ειπε δ' ἡν τεκνοις

Μοιραν

Μοιραν πατρωας γης διαιρετον ΝΕΜΟΙ,
Χρονον προταξας ὡς τεμμενον ἡνικα
Χωρας ΑΠΕΙΗ καινιαυσιος βεβως,
Τοτ η θανειν ΧΡΕΙΗ σφε ———

ειπε μεν—οτι ΧΡΕΙΗ—ειπε δε ἡν—ΝΕΜΟΙ—προταξας—ἡνικα—ΑΠΕΙΗ—τοτ η-ΧΡΕΙΗ. Viden quam rotunde jam omnia procedant? Vulgo autem triplex repræſentatur ſoloeciſmus χρει η—ἡνικ αν—απη—τοτ η—χρει η—non ſine metri ratione in verſu quinto inſigniter violata. Oed. Tyr. 563.

Επειθες, η ουκ επειθες, ὡς ΧΡΕΙΗ μ' επι
Τον σεμνομαντιν ανδρα πεμψασθαι τινα;

Æſchyli itidem locum in Prometheo pag. 17. ſic refinge:

Το μελλον ἡ κραινοιτο προυτεθεσπικει,
Ως ου κατ ισχυν ουδε προς το καρτερον
ΧΡΕΙΗ, δολω ΔΕ τους ΥΠΕΡΕΧΟΝΤΕΣ κρατειν.

Vaticinata fuerat non jam virtute ſed *dolo* ſuperandos eſſe *qui rerum ſumma* poterentur. De noſtro autem χρειη unice repoſuimus. Nam δολῳ δε &c. ab *H. Stephano* in variis lectt. recenſetur. Vulgata vero ſcriptura,

Χρη, η δολῳ τους ὑπερεχοντας κρατειν,

quatuor de cauſis improbanda eſt: principio utique ob hiatum iſtum χρη η: ſecundo ob trochæum τους ὑ: tertio ob ſoloecam conſtructionem Το μελλον ἡ ΚΡΑΙΝΟΙΤΟ προυτεθεσπικει, ὡς ΧΡΗ: ob ſententiam denique

nique absurdam adeo ut nihil supra: qua scilicet declaratur, *superandos quidem esse qui rerum summa poterentur, id vero neque dolo tamen nec virtute effici posse.* Alterum porro germani ingenii soloecismum extare video: pag. 163.

Ει μη στρατευοισθ᾽ ες τον Ελληνων τοπον;
Μηδ᾽ ει στρατευμα πλειον ΗΙ το Μηδικον.

Lege vero πλειον ΕΙΗ Μηδικον. Ει μη στρατευοισθε—μηδε—ειη—. Ulteriore autem auxilio indiget *Æschyli* in qua versamur pagina. Supra utique lin. 9. sic scriptum legitur:

Ευ γαρ σαφως τοδ᾽ ιστ᾽ εμοι ξυνήλικες,
Απαντες ἡμεις, ὁι κρατη ταδ᾽ εσχομεν,
Ουκ αν φανῆμεν πηματ᾽ εξξαντες τοσα.

h. e. *Probe enim hoc nostis mei coætanei, omnes nos, qui hoc imperio potiti sumus, tantarum calamitatum auctores non fuisse extaturos.* Cuiquamne obsecro istud *omnes nos* &c. placere poterit? Me certe quod attinet, sententiam omnino ineptam ac futilem efficere videtur. Immo falsam non immerito dixissem. Quippe ista particulæ negantis collocatio, Απαντες ἡμεις ουκ αν εφανημεν εξξαντες, *Omnes nos auctores, non extitissemus* tantundem est quod *nemo nostrum auctor extitisset.* Nam neque idem valere potest quod alter verborum ordo, Ουκ ἁπαντες ἡμεις &c. *Non omnes nos* &c. Ain vero significare voluisse Darii ειδωλον eorum qui Medico ante Xerxen imperio potiti erant neminem tantam patriæ cladem allatu-

rum

rum fuiſſe? At ne Mardum quidem qui inter verſum decimum quartum ab eodem dicitur αισχυνη πατρα Θρονοισι τ αρχαιοισι, *patriæ ac thronorum avitorum dedecus? Æſchylum* vero nullus dubito ſic ſcripſiſſe:

Ευ γαρ σαφως τοδ ις εμοι ξυνηλικες
Απαντες, ημεις, ΕΙ κρατη ταδ εχομεν,
Ουκ αν ΕΦΑΝΗΜΕΝ πηματ εϱξαντες τοσα.

Probe enim noſtis mei quotquot eſtis coætanei, nos, [h. e. me] *ſi hoc imperio potiti eſſemus, tantarum calamitatum auctores non fuiſſe extaturos.* Εφανημεν autem poſtulat ſermonis Attici ratio, quæ verborum augmenta prætermitti vetat. Infra denique lin. pen. ubi habetur metro renitente.

Αλλ ευςαλη και λεκτον αρυμεν ςολον,

pro αρυμεν reponendum cenſeo ηρυμεν h. e. ει αρυμεν eadem craſi qua ex ει αν fit ην; in verſus autem fine locandam interrogationis notam: ut ſententia ſit: *Sed* quid *ſi delectas copias inſtruxerimus?* Non deerunt fortaſſe quibus placebit αιρωμεν. Mihi vero alterum illud magis adridet.

V. 142. ———— Χαλεπα μεν ναι τω σιω
Γυναικας υπνων ες ανευ ψωλας μονας·
Ομως γε μ αν δει· τας γαρ ειρ[illegible]ας μαλ αυ]

Principio ne υπνων priorem producat, reſcribendum eſt mutato verborum ordine Γυναικας ΕΣΘ ΥΠΝΩΝ. Deinde omnino audiendus eſt Cl. *Kuſterus* qui

“ Lege

"Lege (inquit)—μαν δει. Lacæna enim hic loqui-"tur quibus μαν dicebatur pro μῶν." Felix profecto si sic omnia dixisset. Leviculum porro istud addere potuisset pro communi γε scribendum esse Laconicum γα. Restat vero aliud nequaquam leve. Quid enim tantum in librariorum atque editorum gentem committere potuit bona Lacæna, ut orationem, τας γαρ ειρανας μαλ αυ, sensu plane cassam ac barbaram ei tribuerint? In ipsa vero hac stribligine veræ lectionis vestigia mihi videor deprehendisse: Nostrum utique scripsisse crediderim:

——————— τας γαρ ειρανας ΜΕΛΕΙ.

—*pax enim* curæ est. Vel forte, quod et a vulgatæ scripturæ sono propius abest, ΜΕΛΩ.—*pacis enim* curam habeo. Nam et hæc loquendi ratio bene Græca est. Sic apud *Sophoclem* Aj. 697. et Elect. 343.

Τιματε· Τευκρῳ τ', ην μολῃ, σημηνατε
ΜΕΛΕΙΝ μεν ΗΜΩΝ, ευνοειν δ' ὑμιν ἁμα.

Δεινον γε σ' ουσαν πατρος, οὗ συ παις εφυς,
Κεινου λελησθαι, ΤΗΣ δε ΤΙΚΤΟΥΣΗΣ ΜΕΛΕΙΝ.

Hesychius: Μελει, φροντιζει. *Suidas:* Μελει, φροντιζει. Μελλει δε αντι του βραδυνει. Cæterum puræ putæ deliciæ est *Bourdinus*, qui ex hac mulieris *Lacænæ* oratione ansam adripuerit monendi ὑπνων *Attice* dici pro communi ὑπνου.

V. 197.

V. 197. Ομοσομεν εις την κυλικα μη πιχειν ὑδωρ]

Lege Ομοσωμεν, *juremus*; uti habet *Florentis Christiani* interpretatio. A verbo utique ομνυμι formæ activæ futurum apud Atticos nullum est. Ii medio duntaxat utebantur, crasin itidem suam adhibentes, ομεμαι. Ac metri quidem ratio perinde recipit Ομεμεθ. Hoc vero sententiæ non æque convenit, et a recepta scriptura longius discedit.

V. 234. Ταυτ εμπεδεσα μεν ποιμ εντευθενι·
Ει δε παραβαινην, ὑδατος εμπλησθη κυλιξ.]

εμπεδεσα μεν—ΠΙΟΙΜΙ—Ει δε ΠΑΡΑΒΑΙΗΝ—ΕΜΠΛΗΣΘΗΙ——Viden soloecismum in modorum ratione; illud autem ποιμι cum sequentibus alium itidem optativum postulare? Nec vero magis hic ferendum est quod κυλιξ, cum de calice jam ante memorato agatur, articulo destitutum sit. De eodem calice legimus vers. 197. ex emendatione superiori Ομοσωμεν εις ΤΗΝ ΚΥΛΙΚΑ—et rursus 209. Λαζυσθε πασαι ΤΗΣ ΚΥΛΙΚΟΣ—uti et 841.—πλην ὡν συνοιδεν Η ΚΥΛΙΞ. Dicas autem deinceps licebit me nihil videre, ni veram hujus loci scripturam instauravero:

Ει δε παραβαινην, ὑδατος ΕΜΠΛΗΙΘ Η κυλιξ.

Spectes autem velim, si literarum ductui perpendendo vacet, a vulgato εμπλησθη quam leviter discedat quod reposuimus εμπληθ η. Verbi εμπληθω analo-

giam quod attinet, ea quam recte se habeat subjecta docebunt exempla:

1 ΕΜΠΛΗΜΕΝΟΣ φθαιης ετ εις
Εκκλησιαν ελθειν——

2 Ως εγω βαλλων εκεινον ουκ αν ΕΜΠΛΗΙΜΗΝ λιθοις.

Vulgo minus recte εμπλειμην.

3 Ξυστωλεις, ευτακτος, οργης και μενους ΕΜΠΛΗΜΕΝΟΣ.

4 ΕΜΠΛΗΣΟ λεγων· παντως γαρ τοι——

5 Κατεσικελιζε, ΚΑΝΕΠΛΗΤ εν τω σκοτω.

6 Ευθυς γαρ ὡς ΕΝΕΠΛΗΤΟ πολλων καγαθων.

7 Ασπασιοι προλι ἀστυ, πολις δ' ΕΜΠΛΗΤΟ ἀλεντων.

V. 678. Ιππικωτατον γαρ εστι χρημα καποχον γυνη,
Κουκ αναπολεισθαι τρεχοντος——]

Laterem hic lavat *Bisetus*, dum verbi αναπλεισθαι sensum exponere laborat, cujus hoc in loco neque sensus nec syntaxis est ulla. Editt. *Basill.* 1532. et 1547. uti et *Plantin.* αναπολισθαι repræsentant. Atque hæc quidem scriptura, utcunque vocem nihili præferens, ad veram tamen adhuc propius accedit. Veram autem censeo,

Κουκ ΑΝ ΑΠΟΛΙΣΘΟΙ τρεχοντος——

Vel potius Κουδ h. e. Και ουδε, *Et ne a currente quidem* [equo] *deciderit. Soph.* Electr. 748. Καξ αντυγων ΩΛΙΣΘΕ—Facem hic nobis quodammodo prætulit

1 Equ. 931. 2 Ach. 235. 3 Vesp. 422. 4 v. 601. 5 v. 906. 6 v. 1295. 7 ΙΛ. Χ.

doctiss.

doctiss. Lysiæ editor. pag. 686. qui pro ανατολιεισθαι legendum conjecit απολισθανει. Quo tamen pacto primam trochaici sedem dactylus dehonestabit. Quin etiam virum doctiss. cum aliis fefellit vera istius verbi scriptura απολισθανει. *Sophocles* apud *Suidam* in V. Ως.

Θαυμαστα γαρ το τοξον ὡς ΟΛΙΣΘΑΝΕΙ.

Loci autem hujus depravationem deceptis librarii scribentis auribus mecum acceptam referes. Libet hanc porro occasionem amplecti menda quædam apud *Euripiden* eodem fonte derivata correctum eundi.

Hec. 1038. Αλλ ουτι μ. εκφυγητε λαιψηρῳ ποδι]

Vocula ου cum verbo subjunctivæ formæ conjuncta alteram itidem μη comitem postulat. Cujus rei exempla aliquot supra adduximus pag. 221, 222. Ecce jam alia:

1 Μενεις ασυλος, κΟΥ σε ΜΗ ΜΕΘΩ ποτε.
2 Αλλ ΟΥΔΕ νυν σε ΜΗ παροντ ΙΔΗΙ πελας.
3 Αλλ ΟΥΤΙ ΜΗ ΛΑΧΩΣΙ τουδε συμμαχου.
4 ΟΥ ΜΗ ΠΙΘΗΤΑΙ· προς βιαν δ' ουκ αν λαβοις.
5 ΟΥ ΜΗ ΘΑΝΩΣΙ· τουσδε γαρ μη ζην εδει.

Lege igitur, Αλλ ουτι ΜΗΚΦΥΓΗΤΕ——

1 *Eurip.* Med. 728. 2 *Soph.* Aj. 83. 3 Oed. Col. 462. 4 Phil. 104. 5 v. 431.

Hipp. 659. Νυν δ' εκ δομων μεν, ες τ' αν εκδημος χθονος
Θησευς, απειμι, σιγα δ' ἑξομεν στομα]

Desideratur ad orationis integritatem verbum subjunctivum quo referatur ες τ' αν: quod tamen verbum subaudiri sermonis Attici ratio non patitur. Itaque omnino reponendum est, quod scriba a librario dictante minus distincte audivit:

——————— ες τ' αν HI κδημος χθονος.

Jph. in Aul. V. 383.

——————— ὧν γαρ εκτησω, κακως
Ηρχες· ειτ' εγω δικην δωσω κακων ὁ μη σφαλεις]

Quæ enim possidebas, illis male Præfuisti. An igitur ego pœnas dabo malorum tuorum *qui non peccavi.* Ita interpretes. Viderunt scilicet *tuorum* ad necessariam sententiæ emphasin desiderari. Nec vero σων in Græca oratione subaudiri patitur alterum istud εγω. Porro autem peccat lectio recepta adversus commatum trochaicorum rationem, quam poetæ tragici inviolatam servabant, quæ scilicet exigebat,

——————— *finis ut quarti pedis.*
Nominis verbive fine comma primum clauderet.

Utrique malo uno negotio sic subveniendum est:

Ηρχες· ειτ' εγω δικην ΔΩ ΣΩΝ κακων ὁ μη σφαλεις;

Nempe litera ν librarii scribentis aures effugit, isque adeo pro δω σων exaravit δωσω. Similem autem verbi

δω

δω aliorumque hujus formæ uſum paſſim videre eſt. Unum illud in præſens adduxiſſe ſufficiat: *Ariſtoph.* Equ. 703.

Ως οξυθυμος! φερε, τι σοι ΔΩ καταφαγειν;

Scribentis contra aurium tinnitui acceptum refero quod in quodam apud *Sophoclem* loco litera ν præter juſtum numerum habeatur. Nempe Oed. Colon. verſ. 1248. ſic repræſentatur:

——————— ὥστε μητε δρωντα σε
Τα των κακιστων δυσσεβεστατων, πατερ,
Θεμις σε γ ειναι κεινον αντιδραν κακως.
Αλλ αυτον· ειστι χατερεις γοναι κακαι.

Dicas velim, ſi Oedipus alter audire geſtias, quænam ſit conſtructio iſtorum τα των κακιστων δυσσεβεστατων. Interim vero liceat alteram ſcribendi rationem, quam et germanam eſſe nullus dubitem, ſuggerere:

Τα των κακιστων ΔΥΣΣΕΒΕΣΤΑΤ, Ω πατερ,

Fecit utique ſyllaba των ante iterata ut ſcriba iſtorum δυσσεβεστατ ω minus accurate ſonum acceperit, adeoque dum adhuc tinnirent aures δυσσεβεστατων deſcripſerit. Periphraſin autem iſtam τα των κακιστων δυσσεβεστατα quo minus quis miretur, faciet opinor quod apud eundem poetam legitur Phil. 65.

——————————— λεγων ὁσ αν
Θελης καθ ημων ΕΣΧΑΤ ΕΣΧΑΤΩΝ ΚΑΚΑ.

Sed ulteriore inſuper auxilio locus indiget. Nimirum

rum iſtud μητε, cum in oratione habeatur neque alterum μητε, nec τε, nec και; ſermonis indoli adverſatur. Oportet vero μηδε: *ut* ne *committentem* quidem *adverſus te* &c. Porro, ὡςε θεμις ειναι purus putus eſt barbariſmus. Jam olim vero emendaveram θεμιν; atque ita in *Colinæi* editione ſcriptum nuper comperi. Iſtorum denique Αλλ αυτον, uti vulgo accipiuntur, nullus eſt ſenſus, conſtructio nulla. Conjecit autem neſcio quis Αλλ εασον. Atqui hoc pacto minus commode eliminabitur αυτον. Verborum a *Sophocle* profectorum plenam poteſtatem ſtatuo Αλλ εα αυτον, per craſin vero efferendam eſſe Αλλ ηυτον: aut etiam producta vocali α, Αλλ αυτον. Itaque totum locum ſic refingo:

——————— ὡςε ΜΗΔΕ δρωντα σε
Τα των κακιςων ΔΥΣΣΕΒΕΣΤΑΤ, Ω πατερ,
ΘΕΜΙΝ σε γ ειναι κεινον αντιδραν κακως.
Αλλ ΗΥΤΟΝ· εισι————

Herc. 206. Παιδας δε δη τι τουδ αποκτειναι θελεις;
Τι σοι δ εδρασαν;————

Legit *Scaliger* Τι δη σ εδρασαν; Vidit utique vir ſummus vitioſam receptæ lectionis ſyntaxin. Nempe verbum δραν et ſimilia, quoties notione huic loco accommodata adhibeantur, vel cum gemino accuſativo, vel cum accuſativo et adverbio conſtruuntur. Qua de re *Barneſius* nil quidquam ſuſpicatus eſt. Quanquam vero vir ſummus, loci morbum perſpectum

perſpectum habuerit, medicinam tamen minus felicem adhibuit. Reſcriptum oportuit eodem earundem literarum ordine:

Τι Σ ΟΙΔ εδρασαν———

Cum utique in verſu præcedente legantur παιδας ΤΟΥΣΔΕ, emphatice itidem hic dicitur οιδε. *Liberos vero* hoſce *quid ſtudes occidere? Quid tantum in te* hi *commiſerunt?* Eſt quidem Τι σοι εδρασαν locutio ſatis Attica; ſed ſententia longe alia valet, *What have they done for you?* Syntaxeos rationem apud *Homerum* ſimiliter violatam ſupra oſtendimus pag. 185.

V. 312. Ει μεν σθενοντων των εμων βραχιονων
Ην τις υβειζων, ραδιως επαυσατ αν]

Verſum poſteriorem laborare ſentiens ὁ πανυ ſcribendum cenſuit, Ην τις αν υβειζων—Atqui ſolitum hic viri ſummi judicium deſideratur. Eſt utique ει τις αν ην ſoloeciſmus. *Barneſius* autem, feſtivum caput, aſperi ſequentis vim εκταπκλω crepat. Nos excidiſſe ſtatuimus poſt τις alteram σιγμα, ſcripſiſſe autem *Euripiden:*

Ην τις Σ υβειζων ———

Neque enim vocula σε ad ſententiam minus commoda eſt quam ad verſum: *Si valentibus quidem meis brachiis injuria quis* te *afficere ſuſtinuiſſet, facile ab incepto deſiſtere coactus fuiſſet.* Nempe hoc Me-

garæ

garæ reſpondet Chorus de injuriis ſub quibus laboraret conqueſtæ.

Electr. V. 784. Νυν μεν παρ ἡμιν χρη συνεϛιυς εμοι
Θοινην γενεσθαι——]

Sic interpretantur: *Nunc quidem apud nos oportet convivas mihi* Vos *intereſſe convivio.* Verum ex loci verbis neque hæc neque alia quælibet ſententia elici poteſt. Conſtructio utique iſta, χρη συνεϛιυς θοινην γενεσθαι, vitioſa adeo eſt ut nihil ſupra. Quæ ut in integrum reſtitueretur, pro θοινην *Scaliger* legendum conjecit το νυν. Hujus vero conjecturæ, cum in verſu præcedente haberetur νυν, adeo conſpicua erat infelicitas, ut ne *Barneſium* quidem fugeret. Hic autem in contextum fidenter invexit, Θοινην πενεσθαι, laudatque *Homerica* αριϛον επενοντο, et δαιτα πενοντο. Atque hic quidem hominis ingenium ſolito longe majus video. Verum ei undique tuto eſſe vix unquam contigit. Quanquam utique verbi πενεσθαι is fuerit apud *Homerum* uſus, apud ſcriptores tamen Atticos nihil aliud unquam denotat quam *pauperem eſſe, indigere*, vel ſimile: neque accuſativum unquam, uti loquuntur, regit. Multo melius quis conjeciſſet pro συνεϛιυς ſcribi oportere συνεϛιοις, ut conſtructio eſſet: χρη θοινην γενεσθαι [ὑμιν] συνεϛιοις: *oportet epulas parari* [vobis] *convivis.* Sed veram *Euripidæ* manum critici opinor quique γονιμοι ſic potius agnoſcent:

Νυν

Νυν μεν παρ ἡμιν χρη συνεστιες εμοι
ΘΟΙΝΗΙ ΓΓΕΝΕΣΘΑΙ——

hoc eſt Θοινη εγΓενεσθαι, *epulis intereſſe*; Hæc utique cum pronunciaret dictans librarius, ſcriba ſibi viſus eſt audire, quod et ſono ſimillimum eſt, Θοινην γενεσθαι.

V. 1018. Ημας δεδωκε Τυνδαρεως τω σω πατει
Ουκ ὡςε θνησκειν, ουδ᾽ ἁ ᾽γειναμην εγω.]

Bina hic occurrunt menda ex una eademque cauſa oriunda. Primo utique pro Ημας δεδωκε, *has given us*; reſcribendum eſt Ημας δ᾽ εδωκε, *Now Tyndarus gave us.* Deinde ſcriptura iſta, ἁ ᾽γειναμην, craſin fieri indicat; quo pacto voculam ἁ produci oportet, adeoque ſpondeum in quarta ſenarii ſede locari. Atque hoc quidem vidit *Barneſius*; qui et proinde exhibuit abſque augmento ἁ γειναμην. Verum, quod nos primi fortaſſe monemus, poetæ Attici verborum tempora augmentum recipientia ſine augmento nunquam adhibent. Denique ἁ εγειναμην neutiquam valet, quod habent interpretes, *quæ peperiſſem*; quod tamen, vel potius *parerem*, loci natura poſtulat. Tu vero ſcribæ parum accurate audienti, vel certe librario perperam enuncianti hoc quicquid eſt vitii acceptum refer, ac mecum ſecurus reſcribe, ουδ᾽ ἁ ΓΕΙΝΑΙΜΗΝ εγω.

V. 1032. Αλλ ηλθ᾽ εχων μοι Μαιναδ᾽ ενθεον κορην,
Λεκτροις τ᾽ επειςεφρηκε, και νυμφα δυω
Εν τοισιν αυτοις δωμασιν κατειχομεν.]

Sed venit adducens mihi Mænadem afflatam numine puellam, Et lectis intulit, et ſponſæ duæ In iiſdem ædibus continebamur. Ita interpretes: et monet quidem *Æmilius Portus* activum κατειχομεν Attice pro paſſivo adhiberi. *Barneſius* itidem pari judicio ἡμας ſubaudiri poſſe contendit. Cujuſmodi ineptiis non libet immorari, quanquam eas celebriores etiam patronos alibi nactas videam. Iis autem miſſis, germanam loci ſcripturam revocemus:

——————— και νυμφα δυο
Εν τοισιν αυτοις δωμασιν ΚΑΤΕΙΧ ΟΜΟΥ.

et ſponſas duas in iiſdem ſimul *ædibus* continebat. Δυο autem, pro δυω ſcriptoribus Atticis nuſquam uſurpato, reponendum curavimus. Denique pro voce nihili επειςεφρηκε reſcribi oportet επειςεφρησε, quomodo legitur Herc. 1366.

——————— γοργωπες οφεις
ΕΠΕΙΣΕΦΡΗΣΕ τοις εμοισι απαργανοις.

DAWESII MISCELLANEORUM CRITICORUM FINIS.

APPENDIX

SECUNDÆ EDITIONIS.

ADNOTATIO

IN

DAWESII

MISCELLANEA CRITICA.

SECT. I.

P. 4. l. 3.

HÆC obſervatio de litera inceptiva S. partim vera eſt, partim dubia. *Sæpiſſime* ejus vi, cum aliis T. P. &c. conjunctæ, ultimam præcedentis voculæ, vel ſi natura brevis ſit, produci, nihil dubii eſt. *Semper* vero idem fieri in *Latinis* ſcriptoribus, non temere concedendum. Cum *Daweſio* quidem conſentit præſtantiſſimus *Foſterus* in libro de *Accent. & Quantit.* p. 44. ſæpe in hac Adnotatione commemorando. " *The power of two conſonants*, &c.— Duarum vis conſonantum qua Græcis et Romanis vox

vox inter vocalem præcedentem enunciandum tardatur, non tantum efficit, ut ſuſpendatur vocalis, quæ in eodem vocabulo præcedit, ſed retro etiam vires ſuas ſufficit, et ad vocalem brevem in fine præcedentis vocabuli pertinet, præcipue ubi conſonantum prior eſt S, quæ ſecundum *Terentianum Maurum*,

— Quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retro vires et tempus oportet;
Conſona quod debet geminata referre priori.

Hunc morem poetarum optimi Latinorum, poſt *Lucretii* tempora, plerique omnes tenuerunt, niſi in ſcriptis, quæ metri ſunt liberioris, et *Sermoni propiora*. Itaque *Horatio* dictum *Sæpĕ ſtylum vertas*. Ei Græci poetæ univerſi adhæſerunt, cujus exempla paſſim apud *Homerum* et *Sophoclem* deprehendas. Hæc *Terentiani* regula a *Victorino* confirmatur, ad quam Latinorum poetarum loca quædam exegit ingenioſus vir, *Daweſius*. Non poſſum quin hac occaſione notem, *Callimachi* Scholiaſtem de eadem regula in Græcis metris obinentem loqui. Hymn. in Dian. V. 125. legitur

Κτηνεα φιν λοιμος καταβοσκεται, εργα δε παχνη.

Nonnulli, quibus diſplicuerit φιν, vocabulum ſane non pervulgatum, corrigendum σφιν voluerunt. Verum ne id committatur, intercedit Scholiaſtes in

locum.

locum. *φιν*, inquit, *χωεις, τυ σ, δια το μετρον*: quia *σφιν* producet ultimam præcedentis *κτηνεᾱ σφιν* *."

Hactenus *Fosterus.* Qui vero hanc regulam negligunt, contra prima eos prosodiæ, saltem Græcæ peccare, statuit etiam *Dorvillius* ad *Chariton.* p. 184. qui ibi (alias etiam plerumque *Dawesio* iniquior,) non male nec inhumane fecisset, si abstinuisset ab iis, quæ de *Dawesio* et popularibus ejus æqualibus dixit †. Atque istam vim inceptivæ literæ Σ, cum *certis* consonantibus conjunctæ, *Græcis* fortasse *omnibus* concedere licet: Latinis item non æque tutum erat. *Virgilii* locum Æn. XI. 309. etiam post *Dawesii primam* observationem, (altera, in Addendis memorata, parum, ut videtur, animadversa,) defendit *Heynius*, omnium *Virgilii* editorum plane præstantissimus,

* Sic certe *Sophocles* Oed. Col. v. 443. Ουτε σφιν—At si metri ratio tantummodo obstaret quo minus σφιν legeretur, revocanti σφιν minime pugnarem. Etenim Κτηνεα σφιν non minus tolerabile videtur quam Αλλ εα με—*Sophoclis* Antigon. quippe quod, per crasin vocalium εα, illic κτηνεα, quo modo hic Αλλ εα pro spondeo habitum. Scholiastæ auctoritas in talibus non multum valere debet. Quam sæpe in metris ex ipsius sententia mutandis peccaverit *Triclinius*, Scholiastes μετρικωτατος, docebit *Heathius*.

† Aliunde profecto eruditissimus humanissimusque *Valkenarius* (ad Phœn. p. 321.) causam repetit cur *Dawesius* nonnunquam observata tanquam nova inculcaret, quæ tamen ab aliis jam fuerant occupata: nempe quod, " recentiorum scripta " qui perpauca legant, multa tanquam nova mirentur, quæ " aliis dudum venerant in mentem." Confer Tertium Indicem huic libro additum.

tiſſimus, qui ultimam in *Ponite* brevem eſſe cenſet interpunctionis ope. Quod ad *Ovidianum* illud

Addidit et fontes, immenſaque ſtagna, lacuſque.

Quod *Daweſius* corrigit,

Adididit et fontes, immenſa *et* ſtagna, lacuſque.

probabilius videbar emendare,

Addidit et fontes, immenſa ſtagna, lacuſque

deleto *que*. Nam ſi *immenſa* et *ſtagna* antiqua ac vera fuiſſet lectio, nihil habere potuerat quis cur eam improbaret, aut mutare vellet, metri ſaltem gratia. In altera autem lectione, *immenſa ſtagna*, erat quod lectorem *Terentiani* obſervationis neſcium offenderet, cui igitur, ad metrum profecto ſuſtentandum, *Que* adjicere in promptu fuerit. Et ſic rem, inquam, videbar expedire. Conſultus vero a me vir doctiſſimus, THOMAS TYRWHITT, per literas libere et amiciſſime, ut ſolet, reſpondit "copulam "ad ſoni numerique integritatem requiri." Adhæc vero ſubdidit, quod memoria omnium, qui hæc ſacra tractant omnino dignum eſt: ſcilicet, "non opus eſſe ad generalem aliquam metri aut "grammaticæ regulam ſtabiliendam, ut convin- "catur, neminem poetam præproperum aut in- "curioſum contra eam unquam peccaſſe *." Al-

* Aliud non diſſimile ſuggeſſit, notatu dignum, ad p. 268. l. 6.

terum

terum deinde exemplum ex eodem *Ovidio* addidit, Pont. II. 4. 6.

Ante meos oculos tua ſtat, tua ſemper imago eſt.

Vulgatam igitur *Ovidii* Metam. et *Daweſianæ* et meæ emendationi demum antepono.

Græcis dixi fortaſſe omnibus vim hanc επιτατικην των ΣΤ inceptivarum &c. concedi debere. Locus eſt *Antiphanis* Comici apud *Athenæum*, L. III. p. 112. D. quo, ut vulgo legunt, contra ſenarii modum committitur; qui ſane ſi emendetur, huc *forſan* conveniet. Locum integrum deſcribam, quod alia etiam parte, idque gravius, laborare videatur. Ad Omphalam autem *Antiphanis*, *Athenæo* referente, pertinet.

Πως γαρ αν τις ευγενης γεγως
Δυναιτ αν εξελθειν ποτε ΤΗΣΔ ΕΚ στεγης,
Ορων μεν αρτους τουσδε λευκοσωματους,
Ιπνον ΚΑΤΑΜΠΕΧΟΝΤΑΣ εν πυκναις διεξοδοις.
Ορων δε μορφην κριβανοις ηλλαγμενους,
Μιμημα χειρος Αττικης, ους δη μονος
Θεαριων εδειξεν.

Vitium eſt verſus ſecundi modulo, quem bene ſic emendat *Koppierſius* (Obſerv. Philol. p. 51.)

Δυναιτ' αν εξελθειν ποτ' εκ τησδε στεγης ———

et ſic ad *Terentiani* obſervationem pertinet. Fortaſſe vero non deterius nec minore negotio corrigatur,

——————— ποτε τησδε Γ εκ στεγης———

Ex hocce nimirum tecto. Furnus enim ſi quis alius locus, eum detinebit.—Id ſane valet τισδε γε. Deinde v. 4. plane eſt vitioſus, quippe hypermeter, neque placet *Koppierſianum*,

Ιπνον καταμπεχοντα πυκναις διεξοδαις———

quod, mihi certe, velim explicet vir doctus uſui τȣ καταμπεχειν convenienter. Prætulerim vel

Ιπνον καταμπεχοντα ΠΥΚΝΑΣ ΔΙΕΞΟΔΟΥΣ—

furnum amictum quaſi *et circumdatum frequentia hominum, qui ingrediantur et exeant.* Αμπεχειν accuſativum adſciſcit cf. *Ariſtoph.* Pl. 898, &c.

Vel,

Ιπνον ΚΑΤΑΜΦΙΧΥΘΕΝΤΑ πυκναις διεξοδοις,

quod altero αμπεχοντα facilioris et, in hac re, uſitatioris eſt tranſlationis atque adeo Comico, præcipue in hoc argumento, convenientioris. Illud ipſum vero αμπεχοντα, uti etiam αμφιχυθεντα, accuſativus eſſe poteſt abſolutus, quæ melior erit conſtructio, quam ſi cum ορων conjungamus, copulam ſubintelligentes. Vel denique legendum,

Ιπνον ΚΑΤΑΜΦΙΧΟΥΝΤΑΣ εν διεξοδοις.

circum fundentes, ſive *circum dantes*, h. e. *facientes ut circumdetur furnus ab iis qui, ingrediantur et exeant.* Et ſic πυκναις adſcribi potuit ut vim vocis αμφιχȣντας explicaret, quæ ſecum notionem continet *frequentiæ*. Longe aliter *Delecampius* in notis, quas vocant.—In poſtremis

poſtremis verbis *μονος* eſt pro *γονας* ex *Toupii* receptum conjectura.

Cæterum de iſta celebrata inceptivarum ST, SP, SC, &c. poteſtate hoc fortaſſe tenere poſſumus: " Quotieſcunque ultima, quæ brevis ſit, vocabuli præcedentis partem *ejuſdem* cum ST, SP, SC, &c. *pedis* conſtituat, toties eam eſſe *longam*; niſi in ſcriptis Comicis, iiſque quæ ſermoni propiora ſunt, in quibus talia ſeveriora negligi poſſint: Extra vero etiam Comœdias Sermoneſque ultimam vocabuli, *ſi in integro pede deſinat*, etiam ſi ſenſum non claudat, *brevem* licere adhiberi.

Ab hoc loco non aliena videtur diſputatio, quæ ſpectat vocales breves in *mediis* vocabulis correptas ante ΣΤ, ΣΤΡ *, &c. de qua conferatur *Clark.* ad

* Vocales breves ſæpiſſime in mediis vocabulis correptæ ſunt ante duas vel tres conſonantes, cum quibus non conjungitur Σ. v. g. ante *γδ. δμ*, &c. Locus eſt Homeri Il. Π. 857.

Ον ποτμον γοοωσα, λιπȣσ᾽ ανδροτητα και ἡβην.

qui fortaſſe *Clarkii* (ad Il. B. 537.) rationem tuebitur, primam ſtatuentis correptam eſſe *τῳ κινδυνον* in celeberrimo illo *Demoſthenico* a *Longino* tanto opere laudato. *Homeri* locum (ad quem vide *Erneſtium*) cum aliis huc pertinentibus uſurpavit *Schraderus* ad *Muſæum*, v. 318. Iſta vero *Homeri* licentia non adeo mira videbitur, ſi conſideremus Æoles antiquiores (de Æolibus autem Homero accenſenſendo vide Adnotationem in Sect. IV.) pro *ανδρα* dixiſſe *αδρα*. vide Maittaire, p. 145. cujus quantitatem retinere potuerit *το ανδρα*, eodem modo quo adhibebant *τεμνω*, uti olim *τεμω*, (iſtam enim veterem ſcripturam docet *ἐταμον*, quod remanſit,) penultima correptam. ſimiliter *Αιδλα βȣλεσθε* Il. K. 36. et Od. Π. 387. De cujuſmodi ſcripturis nonnulla dixi in *Specimine Originationis Græcæ, plerumque ab elementi Digammæ uſu deſumptæ*, huic libro adjecto.

 Il.

Il. B. 537. et *Heathii* obſervata ad *Sophoclis* Electr. v. 122. Antig. v. 141. *Euripid.* Hec. 184. 684. (ubi ſenario etiam vindicat, ſi quidem ſenarius cf. Muſgr.) et alibi ſæpenumero. Mirum eſt igitur eundem *Heathium* vocalem brevem eadem ſede correptam ante ΣΜ improbaſſe. Fortaſſe putaſſet vocem, quam vir magnus (Præf. Emend. in *Suidam* II.) contra eum repoſuit, non η̄δῠ̆ο̆σμο̄ν, ſed η̄δῡο̄σμο̄ν, tanquam ηδWοσμον †, ut mihi ſuggeſſit vir quidam doctus, debere enunciari. Locus vero eſt in *Soph.* Trachin. v. 296.

Των μεν παροντων, των δε πεπυσμενη λογω.

Qui *ſi quidem recte* legitur, *Toupianæ* favebit obſervationi, ita nempe a viro docto Emend. P. I. conſtitutus, ut δε πεπυ—tribrachyn efficeret: Emendatio enim *Heathii* τα δε πεπυσμενη, (in quam inciderat etiam *Scaliger*,) ut anapæſtum, quem vocabat, amoliretur, violentior videtur, et ad rationes facta minus expeditas. At locum *parum recte* legi arbitror, non quod anapæſtum ejicere velim, (cui ſane nonnunquam viros doctos iniquiores eſſe videatur, ob rationem, in aliam quidem rem, a *Tyrwhitto* ſubindicatam ad p. 268. l. 6.) neque quod voculæ πεπυσμενη antepenultima corripiatur, (certiſſime enim, opinor, *Toupius* corrigit εσμεν pro εμεν in *Sophoclis* Electra, ita ut prima ſit brevis,) ſed quoniam lectio vulgata a poetæ ſententia videtur aberrare, ſeu *Heathii* interpretationem admittas, *Cum hæc adſint*

† De hac craſi, quæ in ſimilibus non raro occurrit, vide *Heathium* ad *Sophocl.* Philoct. v. 1371. Addend. II.

indicia

indicia (Herculeæ nempe victoriæ,)—*his a nuncio auditis.* Quo modo tautologia fit quam ſenſiſſe videtur *Heathius*, cum των μεν παρεοντων tantum modo interpretatus fuerit. Seu *Johnſonianam*, *tum propter has, quæ adſunt, tum propter ea, quæ fando accepiſti.* Sententia mihi videtur eſſe hæc. *Propter hunc (præſentem)* nuncium, *quem accepiſti*, ut ἑνεκα cum Schol. ſubintelligam. Lego vero

Των μεν παροντων, ΩΝ πεπυσμενη λογω.

h. e. πεπυσμενη εις. Των acceptum librarii auribus, ab ultima præcedentis vocabuli deceptis, refero, et δε correctori aliquo, qui putaret μεν *ſemper* ſuam αποδοσιν poſtulare. Verum non ſemper poſtulare et aliunde liquet et ex v. 354.

Α μεν γαρ εξειρηκας, αγνοια μ' εχει.

Μεν enim Attici adhibebant pro μην, ut δε, ſimpliciter etiam, pro δη. Non diſplicuiſſet.

Των μεν παροντων, των γε π. λ.

pro ὧν. ni in eodem verſu jam adhibita των propria ſua vi: præpoſitivus enim ſæpe pro poſtpoſitivo etiam Atticis. cf. v. 47. et 207. ubi f. της γε. adde obſervationem ad *Sophoclis* Oed. C. 910.

Atque hic finem imponam obſervationi longæ quidem, ut fateor. Verum enimvero licere exiſtimabam in hoc commentandi genere nonnunquam liberioribus evagari ſpatiis, ſecundum hujus editionis conſilium, quod in eo, præcipue, verſatur,

ut

ut nonnulla insigniorum Criticæ capitum a *Dawesio* indicatorum illustret.

P. 12. l. 11.] *Calliæ* versus, quos alii tanto molimine emendatum iverunt, eosdem facile et simpliciter restituit TYRWHITTUS. " *Calliæ* versus," inquit vir doctus, " quosdam *a Cl. Casaubono ad* " *Athenæum laudatos* describit atque emendat *Dawe-* " *sius*. Melius fecisset, si locum ipsum, *ut ab* " *Athenæo repræsentatur*, simul descripsisset. Is igi- " tur sic se habet. *Athen.* L. X. p. 453. Αλφα μονον " ω γυναικες ειτε δευτερον μονον λεγειν χρη και τριτον μονον γ " ερεις ειτ αρα φησω το τεταρτον παυ μονον ιωτα πεμπτον ον " το θ εκτον υ μονον λεγε λοιπον δε φωνω σοι το ω των επτα " φωνων, επτα δ εν μετροις μονον. Hæc autem quicun- " que sine præjudicio perlegerit, videbit, opinor, " *Athenæi* verba, quæ viri docti in quinque *Tro-* " *chaicos* versus omnibus tormentis admotis cogere " moliti sunt, in sex versus *Iambicos* sponte distri- " bui posse. Sic,

Αλφα μονον, ω γυναικες, ΕΙ τε δευτερον
Μονον λεγειν χρη· και τριτον μονον γ ερεις
ΗΤ· αρα φησω και το τεταρτον αυ μονον
ΙΩΤΑ· πεμπτον ΟΥ, τοθ εκτον Υ μονον
Λεγε· λοιπον δε σοι μονον φωνω το Ω
Των επτα φωνων· επτα δ εν μετροις μονον.

" In his vix litera mutata est, nisi in v. 3. & 5. " In quorum primo και ex emendatione *Casau-* " *boni*

" *boni* recepi; in altero μονον inſerui, tam ſenſu " quam metro poſtulante. Per μονον autem vo- " calem, nec *ſimpliciter nominandam ut ſonat*, cum " *Caſaubono*, neque μονοσυλλαβον cum *Daweſio* intel- " ligo, ſed *ſolam, per ſe enunciandam.* In recen- " ſendis ſcilicet vocalibus, unamquamque ſigilla- " tim et per ſe efferendam eſſe monet qui loqui- " tur, quiſquis ille eſt. Nam duos hic loqui mihi " minus probabile videtur: adeoque in v. 3. pro " φησω libenter legerem φησεις, vel ſic φημι σοι το τ.

" Obſervandum eſt autem, locum hunc, ut ab " *Athenæo* repræſentatur, ad *Daweſii* argumentum " æque facere ac illa quæ a *Caſaubono* interpolata " ſunt. Unde veriſimile fit *Daweſium Caſaubono* ſe- " cure nimis fidentem, *Athenæum* ipſum non ſatis " diligenter inſpexiſſe. Quod ſane in homine Cri- " tico non probo: Qui, opinor, neque ipſe ullas " etiam ſummorum virorum emendationes, quas vo- " cant, ita amplecti debet, ut non eas ad antiquam " locorum ſcripturam exigat, neque aliis tradere, " niſi cum antiquis lectionibus ſimul deſcriptis."

P. 14. l. 19.] Quantitas primæ ſyllabæ vocis *diphthongi*, non ſemel correptæ, licentia, ut ait, vix defendenda, *Daweſium* offendiſſe nimis videtur. Si longa adhibeatur enunciari debet *diph-thongus:* ſi brevis, *di-phthongus*, ut *teneb-ræ* et *tene-bræ*, *lac-ryma* et *la-cryma:* quas voces ita potius (ut id,

" quod

quod leve eſt profecto, commemorem,) ad enunciandas conſtituo, quam cum *Daweſio* (p. 93.) *tenebr-æ* et *lacr-yma*: durius enim ea ratione proceditur.

P. 15. l. 17.]—*quia ſono levi ſtudet. Daweſius* corrigit *leni*, idque admodum probabiliter, opinor. *Orationis* quidem eſt *levitas*, ſive *lævitas*, et *nomina levia*, h. e. limata, polita, atque adeo *mollia*. iſtam vero notionem ad *ſonum* transferri poſſe non puto. *Levis* et *lenis* ſæpe permutantur. cf. *Geſner*. ad Quinctilian. X. 1. 52.

P. 30. l. 17.] Primus certe *Bentleius* iſtam in anapæſticis *συναφειαν recentioribus* aperuit. Quod ſi aliter fuiſſet, *Buchananus*, *Grotius*, alii, quos notat ſummus ille Diſſertationis Phalarideæ ſcriptor, contra hanc *συναφειαν* non toties peccaverant. Sed *Daweſius* erga *Bentleium* non ſemper nimis æquus.

SECT.

SECT. II.

P. 41. l. 21.] *Daweſius* aliis *Oxonienſium Pindari* Editorum deſideratæ ακριβειας documentis hoc addit, quod *primum* pedem modo *ditrochæum*, modo *epitritum quartum* repræſentarent. Sed vide *Muſgravii* Exercitat. *Euripid.* p. 55, 56. (quo loco uſus ſum ad Oed. Tyr. 901. & 916.) ubi exempla ſunt plurima Ditrochæi et Epitriti quarti ſine diſcrimine adhibitorum.

P. 44. l. 14.] De diverſarum uſu præpoſitionum ad eandem actionem ſpectantium nonnulla dicam infra ad p. 249. Παροιχομενοι vero pro προσοιχομενοι hoc *Pindari* loco docte et vere reponere videtur *Daweſius.* vide plura, quæ emendationem firmant, apud Abreſch. ad N. T. p. 585. Sæpe permutantur παρα, περι, προς, προ. *Alexander Aprodiſienſis*, ſi deo placet, apud *Suidam* V. ΔΙΟΤΙ. Και γαρ οτι εχομεν ψυχην, και οτι αθανατος, προχειροτερον εις νοησιν τοις πολλοις μαλλον, η το ΠΑΡΑΧΩΡΗΣΑΙ, και επιβαλλειν * τω λογω τω ταυτα κατασκευζοντι. *Wolfius*, probante etiam *Kuſtero*, corrigit

* An επιβαλλειν τον λογον τον ταυτα κατασκευαζοντα, *adjicere rationes, quibus hæc confirmentur* vel *rationes attingere*, tenere, &c. Huic ſenſui convenienter poſteriori επιβαλλειν ex *Homero* notatur. Od. O. 296. Atque επι hac re ſolemniter.

Απαν το συμβησομενον ΕΠΙ ΛΟΓΟΝ αγων.

Suid. V. Βαστασας.

ΠΡΟΧΩΡΗΣΑΙ. Codex MSStus noſtri Collegii C.C. vulgatum exhibet. Fortaſſe legendum ΠΕΡΙΧΩΡΗΣΑΙ, h. e. *tandem*, poſt rationes expoſitas, *pervenire*, quod Philoſophicis diſputationibus de Anima, operoſe et ſubtiliter deductis, atque adeo a vulgari captura et ratiocinandi modo immenſum quantum diſtantibus, magis convenire videtur. Περὶ ſimilem vim τῳ περιαγειν nonnunquam tribuit. Et iſta etiam notio, quam nonnunquam habet, *circuitu redeundi*, minime puto videbitur aliena conferenti egregium illum veteris Philoſophiæ, & univerſarum etiam Græcarum literarum, vindicem, JACOBUM HARRIS, in *Philoſophicis* ſuis *Elementis* p. 11. et *Ammonium* quem ibi laudat. Eodem loco apud *Suidam* mox pro ουρανιον Cod. C. C. C. habet αιωνιον *.

Locus eſt ſuaviſſimus *Achilli Tatio* L. II. vel

* Τα συνθετωτερα, inquit *A.* ibidem, γνωριμωτερα. At tamen *Ariſtoteles* dicit (Phyſ. L. I. c. 1. a *Kuſtero* indicatus, & ab *Harriſio* adhibitus. p 21.) tum tantum το συνθετον nos ειδεναι, οταν ειδωμεν εκ ΤΙΝΩΝ και ΠΟΣΩΝ εστιν. Atqui id tantum modo Philoſophi eſt, et ſupra vulgi captum, quippe (προχειροτερον) inquit idem *Alexander* το καθολου και συγκεχυμενον του μερικου και διηρημενου, ὁιον το ειδεναι ΑΠΛΩΣ, ὁτι σωμα, η ὁτι τοιονδε σωμα, τουτεστιν ουρανιον η γηϊνον, η τοιωσδε η τοιωσδε κεκραμενον. Τριτον, το ὡς προς ἡμας μεν πρωτον, ὑστερον δε τη φυσει. των γαρ ΑΠΛΟΥΣΤΕΡΩΝ, ἁπερ εστιν τη φυσει ἡμιν, τα συνθετωτερα γνωριμωτερα. Locum integrum protuli, ut a peritioribus diſcerem, utrum ἁπλως imperite et indiſtincte adhibuerit *Alexander* (συνθετον enim το σωμα, non ἁπλουν· ἁπλα vero τα μερη εις ἁ διαιρειται·) an legendum ſit ειδεναι, ὁτι σωμα, η ἁπλως ὁτι τοιονδε &c. *Scire* hoc καθολως, nempe *corpus eſſe*, quam ἁπλως, *ſigillatim et diſcretim*, nempe *quale ſit* &c. Mutationi favere videtur quod ſequitur, ἁπλουστερων, quibus inquit, τα συνθετωτερα γνωριμωτερα.

Joanne

Joanne Secundo dignus, quem hic corrigam, ſi quidem emendationis indigeat. Και ουδεν ειπων, αλλ ὡς επισυγκειμενον εργον, ως ειχον, περιχυθεις την κορην * κατεφιλουν. ὡς δε και επιχειρουν τι περιεργου ποιειν, ψοφος τις ημων κατοπιν γινεται· και ταραχθεντες, απεπηδησαμεν. και ἡ μεν επεκεινα τρεπεται επι το δωματιον αυτης· εγω δε επι θατερα, σφοδρα ανιωμενος, εργον ουτω καλον απολεσας, και τον ψοφον λοιδορων. Primum, Interpres (editione autem utor *Commelin.* p. 33.) intactum prorſus ὡς ειχον prætermiſit, quod vertendum erat *ſtatim, continuo.* Sic *Sophoclis* Antigon. 1122. Ωδ' ὡς εχω στειχοιμ' αν, *ſtatim*, ὡς αυτικα, *ibo. Sic uti* nempe *me habeo, ſum.* de qua locutione plura adnotavi in locum Antigonæ, in *Altera* Obſervationum parte. Deinde quanquam επιχειρουν τι περιεργου, bene vertatur *aliquid præſtabilius facere*, legendum tamen videatur επιχειρουν τι ΠΕΡΙΕΡΓΟΝ, vel περιεργοτερον. cum in rebus amatoriis uſitatiſſimum ſit περιεργος, et huic loco optime conveniat. Conferre liceat *Longum.* L. III. p. 76. ed. *Villois.* de ſuavio

* Cogitabam το καταφιλειν ad καταπινω alludere, eodem modo quo nos quandam uſurpamus ſimilem baſiandi formulam. Certe rem fortius exprimit, quam ſimplex φιλειν, vel *oſculor.* Tutius vero fortaſſe ſtatuendum eſt, vim auctam illud acceptam referre eidem notioni, cui καταδενδρος ſuam, et ſimilia. Καταφιλειν igitur *crebrum oſculum* deſignat, ut Latinis *deoſculor*, quod quoque Lexicographi idem eſſe dicunt, ac *oſculor*, quod vero inter et compoſitum optime diſtinguit *Plautus* Lexicis etiam citatus. *Vix reprimo labra*, (h. e. *oſculor*) *quin te deoſculer.* Κατα et *de* unde notiones *frequentiæ, multitudinis,* &c. repetant, opportunius in *Analyſi Græcæ Linguæ inſtituta* inquirendum.

 quo-

quoque, et ſuavio aliqua re ſuaviore, pulcherrime diſertum. Εζητουν δε αυτοι περιττοτερον τι φιληματος και περιβολης, και μαλιςα δε ὁ Δαφνις, (οια γουν εννηβησας τῃ κατα τον χειμωνα οικουρια και αϭολια,) προς τε τα φιληματα ωργα, και προς τας περιβολας εσκιταλιζε, και ην ες παν εργον ΠΕΡΙΕΡΓΟΤΕΡΟΣ και θρασυτερος. Qui locus emendationi favere videtur. *Mœris:* Καταγλωπισματα· τα ΠΕΡΙΕΡΓΑ φιληματα. ubi fortaſſe καταγλωπισμα aliud ſignificat, quam quod intellexiſſe videatur *Pierſonus.* Aliud nempe γλωττιζειν, (quod a juvene elegantiſſimo *ſuaviſſimam rem* merito vocari quis neget?) aliud longe longeque καταγλωττιζειν. Ego equidem quid intelligam, aliorum ſit exponere. cf. *Toupii* Epiſt. Crit. p. 164. et Emend. T. III. *V.* Σιφνιαζειν. atque *Monetæ* Epiſtolam ad *Buherium* apud *Brunck.* ad Analecta Poet. Græc. T. III. p. 316. Quibus accedat *Lucianus*, T. III. p. 181. Περιεργον ſtatuo eſſe, ut περιττον, *quod ſimplicem* εργου ſive *rei alicujus modum naturamque excedat; quod ſit exquiſitum; quod nimium.* Itaque de perſona, *Longo* Daphnis in re amatoria profectum faciens et audacior factus, περιεργοτερος dicitur: et de re *Achilli Tatio*, Clitophon aliquod περιεργοτερον quærit. Et ſic quoque γλωττισμοι atque alia honeſta Veneris artificia περιεργα ſunt: περιεργα etiam καταγλωττισματα, turpiſſima ac *infima* ſpurcities.

Ut παρα του περι, ſic περι etiam του παρα, locum obtinere contigit. *Longi*, L. III. p. 71. v. 5.—και περιηγεν εσω λαβομενος. repoſuerim, ΠΑΡΗΓΕΝ εσω λαβομενος, *ſecum*

ſecum introduxit. Ariſtoph. Nub. 850. a *Daweſio* etiam uſurpatus:

—— ταυτ᾽ εμαθες τα δεξια

ΕΙΣΩ ΠΑΡΕΛΘΩΝ.

P. 48. Not.] Præſens tempus ἡκω frequentaſſe Atticos monet *Valkenarius*, ad Phœn. p. 383. rarius uſurpantes præteritum imperfectum ἡκον. Quod ad locum Oreſtis v. 86. vulgatam lectionem perite corrigit ejuſdem *Valkenarii* judicio ad Phœn. p. 552. *Daweſianam* lectionem tres MSSos exhibere dicit *Muſgravius* ad loc. qui vero *Daweſianæ* ἡ mutavit ſpiritum, ut ſit ἦ *omnino, ſanequam. Jortinus*, inquit idem vir doctus, malit Συ δ᾽ ω — quod non ſpernendum judicat. Quanquam *Daweſii* inventum laudaverat *Valkenarius*, articulus hic additus, etiam ante viſam *Muſgravii* (qui in eo non acquieſcit,) adnotationem, mihi diſplicebat, et, ut fatear, præter Viri ſummi ad Phœniſſas argumentum videbatur. Conjectura autem *Daweſii* mihi ducto altera occurebat, quam ſupra memoratis adjicere liceat:

Συ ΔΗ μακαρια, μακαριος θ᾽ ο σος ποσις——

P. 51. l. 9.] μυχῳ pro μυχων correxerat etiam *Guietus.*

P. 52. l. 16.] Ut oſtendat Dores pluralia ſæpe adhibere ita ut dualibus conveniant, illum ipſum *Pindari*

dari locum, qui *Dawesium* ob istam licentiam offendit, profert *Gregorius* de Dialect. p. 98. ubi *Koenius*: "Cæterum dualis γαρυετον, qui post μαθοντες positus, in Scholiastæ censuram incurrit, adeo displicuit *Dawesio*, ut γαρυεμεν putarit reponendum. Vanam fuisse viri doctissimi religiònem docebunt vel hujus enallages exempla a cl. *Ernestio* ad *Homeri* Il. α. v. 566. prolata; quæ forte etiam satisfacient viro docto ad *Lucian.* T. III. p. 231. Conf. *Gesner.* ad *Orphei* Argon. v. 818. Γαρυετον præter *Aristid.* citat etiam *Theophylactus Bulg.* Ep. VI. p. 12."

P. 56. l. 4.] Αρεομαι pro Αἵρεομαι eleganter emendat, *Reiskii* judicio. De hoc futuro Æolum et Jonum, cui respondebat Atticum αρȣμαι, vide *Dawesium* Sect. III. et infra ad eandem Sect. adhibita *Lennepiana* dictata. *Heynius*: "pro αἵρεομαι temerario conatu *Schmidius* ἑλεομαι rescripserat a Metrico deceptus. Versus est trochaicus dimeter brachycatalectus vid. *Pauw.* ad v. 30. Pro trochæo spondæus locum occupat. *Aldus*, quod nemo observat, exhibet: δελιας ἄρεομαι ταν—vitiose tamen, nec quicquam profeceris, si αρεομαι ab αρεω, unde αρεσασθαι *Homericum* procedit, deducas. Videntur autem sententiæ sic necti: παρ μεν Σαλαμινος, αἵρεομαι χαριν, μισθον Αθηναιων· εν Σπαρτᾳ δε &c.—*Apud Salaminem probo (præferam, amplectar,) victoriæ laudem Atheniensibus debitam; Spartæ autem pugnam ad Platæas celebrabo;*

Enim-

Enimvero ad Himeram victoriam filiorum Dinomenis &c. χαρις pro *decore* et *victoriæ laude* passim apud Poetam."

P. 57. l. 6.] Αιητων procul dubio ejiciendum, cum vulgata αιετων metro non officiat, uti suspicabantur Editores Oxonn. docente etiam *Heynio*, cui αιετων satis facit. At vero si ipsi, (cui, præter magnam eruditionem, mollissimus pulchri decorique sensus contigit,) *Dawesianum* ορνιχων innotuisset, lectionem sagaciter inventam prætulerat, opinor. Non accuratius enim quam elegantius de hujus loci lectione judicare *Dawesius* videtur, cujus Διος ορνιχων, h. e. αιετων multo magis poeticum quam Διος αιετων. Illi igitur totus accedo. Similis vero corruptela, qua hic ante *Dawesium* legebatur Αιετων Διος, *Theocritum* etiam inquinaverat Idyll. 16. 68.

—— χαλεπαι γαρ ὁδοι τελεθουσιν αοιδαν
ΜΟΥΣΑΩΝ, απανευθε Διος μεγα βουλευοντος.

qui locus sic optime constituitur in editione *Brunckii* in Analectis. T. I.

—— χαλεπαι γαρ ὁδοι τελεθοντι αοιδοις,
ΚΟΥΡΑΩΝ απανευθε ΔΙΟΣ——

secundum correctiones *Toupii* et *Koppiersii*, consentientibus etiam MSSis: quanquam doctus editor, non monuerit quibus factum auctoribus.

Et sic profecto glossemata sedem veræ lectionis sæpissime

ſæpiſſime occuparunt, quibus inſertis, non minus, haud ſcio an magis ad elegantiæ injuriam orationis, ullo alio modo corrupta fuerint veterum ſcripta. Exempla ex uno *Ariſtotelis* libro de Poetica compluria proferrem, ni aliud dicendi tempus de iſto libro deſtinaſſem, de quo lectoribus nuper fidem dedi. Aliunde igitur petitum unum atque alterum exemplum proponam. Ac primo, gloſſema in textum *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 1321. irrepſiſſe videtur, ubi tuto in perpetuum latere potuit, (ſicuti interpretes quod ſciam, omnes, huc uſque latuit,) ni Scholiaſtes veram (ſi vera, ut opinor,) lectionem ſervaſſet.

Ες δεινον, ουδ᾽ ακουστον ουδ᾽ εποψιμον.

Forſan legendum

Ες δεινον, ουδε ΠΡΟΣΙΤΟΝ, ουδ᾽ εποψιμον.

Schol. Προσιτον εις ακοην, θεατον, εποψιμον, προσιτον εις θεαν. quæ ſic puto conſtituenda: Προσιτον, εις ἀκοην (ſc. pertinet), ακουστον· εποψιμον, εις θεαν, θεατον. Ακουστον non id eſſe videtur, quod, ut intelligatur, ad ακοην referendum ſe poſtulet. Scholiaſtes forte cenſebat προσιτον idem fuiſſe atque ακουστον, quia προσεισι και προσπελαζουσιν alios, colloquendi gratia. Sed haud ſcio an προσιτον melius ſic exponi poſſit. Προσιτος is eſt, *qui facile adiri poteſt*, homo, puta, vel locus. Nonne igitur ſignificet ου προσιτος, (ut αβατος ſæpe in Tragicis) *ob horrorem loci inacceſſus*. Quæ notio videtur prorſus convenire ſententiæ

ſententiæ: *Deveniſti eo loci, quem quis accedere, quis vel aſpicere ſuſtineat* * ?

Antiphanis fragmentum a *Koppierſio* editum eſt Obſerv. Philolog. p. 58. quod ſic habet:

> Εξω μακραν παρ' αυτον ὑπερ αυτον, κατω,
> Ανω βεγχειαν αποδοσιν εγκαταςρεφει.

Quid ſibi velit αποδοσιν, ut huic loco ullo modo conveniat, cum ignariſſimis quibuſque neſcio. Unde vero corrupta profluxerit lectio, et quo modo vera reſtituatur, neſcio an teneam. De fugitivo, fortaſſe ſervo aliquo, agi exiſtimo: quem clamore undiquaque excitato, confluunt qui prehendant et detineant. Huic vero ſenſui convenit, et ad vulgatam porro proxime accedit,

> ——βεγχειαν ΑΝΑΠΟΔΙΣΙΝ εγκαταςρεφει.

quod de *fuga* acceptum vel Lexica vulgaria docent. Atqui id contra metri rationem peccat. Sub hac igitur lectione latere puto veram lectionem quæ fuiſſe videtur, αναδυσιν, ut locus ſic legatur et diſtinguatur:

* *Euripidis* Androm. v. 23,

> Καγω δομοις τοισδ' αρσεν' εντικτω κορον,

huc pertineat, ſi recte corrigit *Brunckius*, uti e conjectura edidit, ΓΟΝΟΝ pro ΚΟΡΟΝ. Elegantior certe nova lectio; quam, ſi modo faverint Codices, (quorum vero nulla, quod ſciam, memorata eſt varietas,) prorſus prætulerim. Interea αρσενα—κορον *Euripideum* putem, et ad vitium διττολογιας referendum, quod in *Euripideis* ludibrio ſæpe verterunt Comici: de quo plura ad *Euripidis* Phœniſſas.

Εξω μακραν, παρ' αυτον υπερ αυτον, κατω
Ανω, βραχειαν ΑΝΑΔΥΣΙΝ εγκαταστρεφει.

Dum eum ex omni parte concitati persequuntur, *brevem fugam finit.* Αναδυσιν de *fuga* Theophrastus dixit, teste *H. Steph.* in Lex. *Eustathius* vero a *Fabro* etiam adductus ad *Lucian.* T. III. p. 350. docet ΑΝΑΔΥΝΑΙ εν ἰσῳ ειναι τῳ ΑΝΑΠΟΔΙΣΑΙ. Cogitabam αποδυσιν pro αποδοσιν. quod tamen nemini opinor placuerit, cum non tantum venustatem vocis αναδυσιν minus æquet, sed haud scio an non istius vim sive de *refugiendi* notione, sive *sursum evadendi* deductam, exprimat. — Vim loci quærebat *Koppiersius*, qui si meum tentamen probaverit, erit quod ob elegantis Viri consensum mihi gratuler.

Addam *Suidæ* locum, qui nunc forte fortuna præ manibus est. V. Ρικνουσθαι. — Λεγεται δε και Ρικνουσθαι, το ΚΑΜΠΥΛΟΝ γινεσθαι ασχημονως, και κατα συνουσιαν και ορχησιν ΚΑΜΠΤΟΝΤΑ την οσφυν. Cod. C. C. C. vulgatam lectionem exhibet. Καμπυλον vero putem nihil aliud esse nisi vocabuli ασχημονως interpretamentum, cujus tamen potestas satis pespicua in sequenti καμπτοντα. Inscite porro inseritur. Ut aliquam habuerit speciem, post ασχημονως debebat poni, — ασχημονως και καμπυλον. Iterum vero affectus videtur locus. Ρικνουσθαι de *motu* dicitur. *Mœris :* Ρικνεισθαι· το ασχημονως ΚΙΝΕΙΣΘΑΙ. *Suidam* igitur sic legendum censeo : Λεγεται δε και Ρικνουσθαι, το κινεισθαι ασχημονως—quam pudicam interpretationem, non alterius καμπυλον auxilio sequentia indigebant, quo dilucidius explicarent. Virum doctum

et

et perſpicacem, qui in adnotatione ad *Mœridem* adhibuit *Suidam*, miror nihil monuiſſe.

Deſinam in *Lycurgi* Oratoris fragmento a *Rutilio Lupo* (p. 132. ed. *Ruhn.*) ſervato et Latine facto. *Sed vos, Judices, vos hæc facere debetis. Nam cum in ſententiis ferundis nocentibus remiſſe paratis, vos improborum ſtudium ad peccandum excitatis.* Pro *paratis* ſtatim inter legendum in mentem venit *parcatis.* Sed diſplicebat *remiſſe* et *parcatis* conjuncta, quo deinde paulo melius videbatur *remiſſi parcatis.* Sed loco penitius inſpecto et conſiderato, nunc cenſeo fortaſſe *Rutilium* ſcripſiſſe, *Nam cum in ſententiis ferundis, nocentibus remiſſe* FACIATIS, vel *agatis.*—*Remiſſe facere*, ut *benigne facere* antea p. 127; *Tum mihi beatiſſimus videbar, ſi quam plurimis benigne feciſſem:* ubi locutionem elegantem optime illuſtrat *Ruhnkenius. Remiſſe faciatis* explicet quis *parcatis*, quod ſuperſcriptum tandem veræ lectionis locum occuparit, atque inde corrupta lectio *paratis.* Præterea hoc *Lycurgi* exemplum ſchemati *Parrhaſiæ* magis, opinor, conveniet, ſi pro altero *vos* legamus *non. Sed vos, Judices, non hæc facere debetis*, quod ad reprehenſionem propius accedere videtur. *In hoc* (autem ſchemate), inquit Lupus, *vehementer cum Judice agendum eſt, et vitium aut erratum eſt audacter coram eo reprehendendum. Ruhnkenius* locum ita conſtituit; *Nam cum in ſententiis ferundis nocentibus* pœnam remittitis, paratum *vos improborum ſtudium ad peccandum excitatis.* In his vero elegantiam et facilitatem

 deſidero

desidero, quæ *Ruhnkenianis* plerisque elucet conjecturis: quanquam viro docto conjectura sua ita placebat, ut nihil id sibi relinqueret dubii, quin *paratum* saltem *studium* scripserit *Rutilius*. Atque hæc de Glossematibus insertis hactenus.

Cæterum de *Fragmentis Græcorum Oratorum* a *Rutilio Lupo* conservatorum et Latine redditorum, plura in *Altera* Observationum in *Sophoclem* aliosque parte.

P. 59. l. 8.] Locus sane difficilis *Pindari*: de quo ita *Heynius*. "Obscura sententia in vulgata. θεων corruptum esse facile occurrit: facilis quoque emendatio θεῳ. Sic emendant etiam *Dawes* et *Pauw*: sed ille jungit συν θεῳ, quod bene dicitur; enimvero θεῳ κεινου συν ανδρος—quam durum! hic, *Pauwius*, interpungit: Αρχαι δε β. θεῳ, κ. nec tamen satis diserte explicat. Arbitror θεῳ accipiendum pro υπο θεου συν δ. α. κεινου ανδρος (h. e. θεου και ανδρος εκεινου) αρχαι βεβληνται sc. εργμασιν νικαφοροις. nam εγκωμιων αρχας hic non satis expedio.) *initia et caussæ ac fundamenta illius præclari facinoris jacta sunt* (h. e. victoria illa profecta est) *a deo et præclara viri virtute.* Sententiam poeta aliquoties repetit aliis in locis."

P. 61. l. 10.] Ut οφελλειν *Dawesius* vertit *honoribus augere*—sic αυξειν, *Sophocli* Oed. Tyr. 1103.

P. 62. l. 8.] De *Pindari* loco sic *Heynius*: "*Dawesius*

wesius præçlare sibi emendasse videtur θ' ἑσσαντο*: ut Pyth. IV. 363. Ποσειδάωνος ἕσσαντ' εἰναλίου τέμενος. Sed aliena prorsus est vis τοῦ ἕζω ab hoc loco. Non Æacidæ ἑσαντο *condiderunt urbem*; neque conveniunt reliqua. nec tamen vel sic adeo absonum videtur, a θεω θεασασθαι ductum, aut eodem sensu accipere, aut quod malim, pro ποιησαι, *reddere*. Ad Scholiastem nemo adtendit, qui ita exponit: ἥν τινα Αἴγιναν ηὔξαντο ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπιτυχεῖν καὶ ἐνδόξον γενέσθαι τα ναυτικα. Est igitur θεασασθαι a θεσσομαι, h. l. eadem ratione acceptum, quæ ab *Hesychio* notata (θεσσαντο, ἱκετευσαν, et sic θεσσεσθαι, θεσσαμενος) et a VV. DD. cum ad eum loc. tum ad *Callim.* in Cer. 48. illustrata est. ut tamen magis, h. l. αιτειν, ἐξ αιτησεως αναλαβειν accipiam, ut Schol. *Apollonii* exponit. lib. I. Arg. v. 824. itaque θεσσαντο, *precibus consequenti sunt, obtinuerunt.*"

P. 62. l. 15.] De *Euripidis* loco hæc *Musgravius*, (qui *Dawesii* ἐγκαθεισατο in textum recepit consentientibus MSS. ut et *Valkenarius* in ed. sua Hippolyti,) "Ita MSS, A, E, Cott. Lib. P. et Fl. ut emendaverat *Dawesius*. vide ipso citante *Pind.* Pyth. IV. v. 363. Recte porro statuit *Valkenarius* V. Cl. ἐγκαθεισατο dativum vel subjectum vel subauditum postulare. An legendum, ναον Κυπριδος καθει-

* Nihil omnino de isto θ' *Dawesius*: et quid sibi velit cum και sic conjuncta, quæro: ευανδρον τε και ναυσι κλυταν θ' ἑσσαντο. Fortasse Typographi est erratum.

σατο

σκτω. Tale templum in Acropoli revera extitiſſe graves ſunt, *Valkenario* jam citati, auctores, *Diod. Sic.* IV. 62. *Aſclepiades* apud Scholiaſtem *Homeri* ad Odyſſ. λ. 320. De Cupidinis ſimulachro non item conſtat."

P. 63. l. 18.] Αυταρ επει Wεσσαντο.—Hoc ſtatuit ad eandem rationem, (quam vero ſuſpectam habeo,) qua p. 176. reponit Γουνα δε Wερρωσαντο pro γουνατα δ' ερρωσαντο. Negat enim, contra *Priſciani* auctoritatem, Digamma pro nihilo in verſibus ſcandendis unquam haberi. Ita tamen ſe habere aliunde etiam quam ex documentis *Priſciano* adductis conſtare videtur. Confer notata infra ad *Salterianum* loci cujuſdam Homerici *Specimen* digamma ſuppleti ſuis locis interpoſito, Adnotationi in quartam Miſcellaneorum Sectionem adjectum.

SECT. III.

Litem de accentibus, quam leviter attingit initio hujus Sectionis *Daweſius*, ita tamen ut ſe eorum uſui adverſari teſtetur, illibatam et integram mitto, cum de hac re copioſe diſſerere pollicitus ſit vir doctus, *Thomas Edwards*, (qui et aliis ſcriptis civitati eruditæ innotuit, et nuper *Selectorum Idylliorum Theocriti editione*,) in *Miſcellaneis Criticis*, quæ ſe editurum nuper fidem dedit. Interim (ne *Foſterum* aut *Primatiium* memorem) omnino legi meretur acutiſ-

ſimus

ſimus Scriptor de *Originibus et Progreſſione Univerſæ Orationis.* Part. II. Lib. II. c. 4. De hac re quoque ſcripſit *J. M. Geſnerus* (eum enim materiam ſubminiſtraſſe, quam *Kernius* ſuo tantum ingenio et ſtilo compoſuit, auctor eſt *Eyringius*, in Deſcriptione Operum *J. M. G.* Biographiæ Acad. Gottingenſi ſubjecta) in Diſputatione *de Accentuum veterum genuina pronuntiatione* Gotting. 1755; cujus quidem notitiam *Eyringio* eodem debeo *. Diſputationem hanc *Foſterus* non memoravit, fortaſſe illi ignotam.

De *Daweſio* ipſo, et de *T. Bentleii* Diſſertatione, quam ad partes vocat *D.* hæc *Foſterus*, p. 304. " *Mr. Dawes hath juſt touched*, &c. *Daweſius* hoc argumentum leviter perſtrinxit: ita tamen ut videretur parum operæ in illud impendiſſe, atque adeo in errorem incidiſſe, quo plerique cenſue-

* Univerſa diſputatio, inquit *Eyringius*, in duas diviſa eſt partes, quarum prior veram accentuum indolem atque rationem explicat. Atque ibidem perverſo eorundem uſui obviam it, quo ſcilicet non diverſi a *quantitate* ſc. χρονῳ *accentus* habentur. Poſteriore Diſputationis parte accentuum hiſtoriam perſequitur. *Rei ipſius* cognitionem antiquiſſimos jam Græcos habuiſſe, e *Platonis*, *Ariſtotelis*, *Plutarchi*, *Athenæi*, *Apollonii*, aliquot locis confirmat: *Signis* vero, ſive adſcriptis illis προσῳδιας et πασεως notis eos, uſu quippe doctos, diu ſine incommodo caruiſſe. Sed has ipſas tamen mature, certe ante Auguſti ætatem, inventas eſſe arbitratur, forte florentiſſima jam Græcia, certe ſub Alexandri ſucceſſoribus, cum Græca diſcere tot peregrini cuperent.

rint

rint accentus quantitati minus convenire. Nec tamen dicit *accentus ipſos* ſic minus convenire, ſed vulgarem eorum *uſum*. Utinam *Daweſium*, virum quippe ab omni parte inſtructiſſimum, cenſuiſſe hoc argumentum magis dignum, quod ab ipſo tractaretur. Inanitas declamationis, quæ auctorem ſuum habet nuperum *Callimachi* editorem, ea eſt quæ vix animadverti mereatur. Quæſtionem ille ſic proponit: "Græcæ linguæ enunciatio accentu, an quantitate melius procedat." Quod qui proponat, haud ſane intelligo cur non idem poſſit proponere alterum hujuſmodi: "An ambulandum inter aut currendum aliquis pede dextro, vel ſiniſtro, per ſe uno melius uti poſſit."

P. 75. l. 18.] "Mitto, inquit idem vir doctiſſimus, p. 340. uſum accentuum, quem eorum defenſores nonnunquam jactant, nempe iſtum quo *variæ* vocabulorum ὁμωνυμων ſignificationes *diſcernantur*; quippe varietas iſthæc ſine talibus auxiliis facile dignoſci poteſt. Aliis quoque linguis ſunt vocabula, quæ alias alia, eaque nonnunquam contraria, habeant ſignificata, nulla tamen accentus varitate diſcreta, quorum vero cujuſque vis e ſententia facile poteſt colligi. Non tacendum autem eſt, Græcorum optimos Grammaticorum ipſos ſæpe varias vocabulorum ὁμωνυμων ſignificationes ſecundum diverſum eorum accentum diſcernere. *Ammo-*

nius

nius * hanc rationem perſæpe ſequutus eſt; *Euſtathius* non raro, non nunquam *Mœris*. *H. Stephanus* Græci Theſ. Appendici inſeruit ſyllogen talium vocabulorum e *Cyrillo* vel *Philopono* collectorum. In diſputatione ſua *de bene inſtituendis Gr. ling. ſtudiis*, p. 53. documentum affert erroris, quo confuſa fuerint tria illa διαβαλὼν, διαβαλῶν, διαβολῶν, in *Platonis* Euthyphrone, idque ob notas accentuum minus obſervatas. " Tanti, inquit, refert diſcrimen, quod tales notulæ hic conſtituunt, noviſſe." Vide porro p. 54, 55. ejuſdem diſputationis.—*Albertius*, vir celeberrimus, in *Peric. Crit.* p. 57. ingenioſe *Heſychium* correxit, V. αἰνὸν, indicato loco *Homeri* Od. Φ. 110. quam reſpexerit Grammaticus, unde conſtat, qui-

* Ammonii quoque editor eruditiſſimus, *Valkenarius*, idem fecit in Commentario ſuo, alibi etiam et nuper, (quod mireris,) judicans quantitatem et accentus ſibi ipſos parum convenire. " Non moleſte feret, (inquit, in Diatribe *Euripid.* p. 246, 247.) quod in Adnot. in Hippol. quæ dederat (*Heathius*) accentibus deſtituta, iiſdem inſtruxerim. Ipſe vocibus in alium a ſe ſenſum acceptis, ad mentem lectori declarandam, accentus imponere nonnunquam ſe coactum ſenſit. Alceſti v. 504. συμβόλων corrigens pro συμβόλων. v. 565. τῷ pro τῷ. v. 921. εἶμεν pro εἰμέν, &c. &c. —In his et in centenis ſimilibus vim vocum Lectori *ſoli* monſtrant accentus. Quid itaque? an accentus libris Græcis Poetarum ſaltem atque Oratorum ſunt ejiciendi, qui certe, quod nemo, credo, diffitebitur, *verſuum et periodorum modulo nocent?* Quinimo ſunt ad *ſignificatuum diverſitatem determinandam* perneceſſarii; quod in iſtis ſuis correctionibus ſenſiſſe virum doctiſſimum opinor. Accentibus, quam occupant, ſede relictis, ſic tamen ſtatuo, ne unicum quidem verſum Poetæ, & ne unicum quidem Oratoris periodum legi debere ſecundum accentus." *B.*

cunque glossam Lexico addiderit, in errorem incidisse, quod diversum των αἶνος et αινὸν, accentum nesciverit, atque adeo duas diversæ significationis voces inter se confuderit. At sic etiam, uti bene, (quod solet) *Apollonius* monet, χρη μεντοι τον νουν ὑπερεισαντες, μη δια του τονου διδασκεσθαι, δια δε του παρεπομενου λογου. καθαπερ και απ᾽ αλλων απειρων αμφιβολων διακρισεις παρεπονται εκ των επακολουθουντων τοις λογοις, ουκ εξ εγκλισεων, ουδε εξ ορθων τασεων. *Veruntamen oportet nos attentius animum advertentes, non* tenore *tantum, sed* oratione consequenti *hoc dignoscere. Nam aliæ quoque ambiguitates innumerabiles, non* tenore, *aut inclinatione, sed oratione consequenti dignoscuntur.* Syntax. Lib. II. c. 20."

P. 77. l. 9.] Hic locus Miscellaneorum Criticorum *de Futurorum Atticorum ab Ionicis variantium analogia et consilio*, plane est insignis, et *Dawesii* ingenium accuratamque eruditionem prodit. Hinc facile inanitatem istius observationis toties iteratæ de *præsente pro futuro Atticis adamato* perspicimus. Huic observationi similis est altera illa de verbis ειμι, απειμι, &c. &c. quæ revera esse futura docet, quæcunque sit eorum forma: quibuscum conferantur quæ dixit. Præf. p. 3.

Plurimum certe frugis a *Dawesii* observatis repetendum est, a cujus tamen rationibus multum discedo in *Specimine Originationis Græcæ*, huic libro adjecto, ubi nonnulla dico de Scientia Temporis, et

et conor exponere quatenus tempus Præſens et Futurum re vera unum idemque cenſeri debeant.

Cum *Daweſii* argumento de futurorum Atticorum et Ionicorum forma et analogia, de aoriſto ſecundo Græcis literis abjudicando, &c. tantum cenſebam habuiſſe commercium *Dictata Lennepiana*, quæ protulit *Villoiſonus* ad *Longum* p. 248. ut locum in adnotatione hac mereri viderentur. Quare, ut notiora fiant, cum digna ſint, locum integrum e *Villoiſoni libro* in lectoris gratiam deſcripſi.

" EXISTIMABAT *Lennepius* futura Attico more formata a verbis puris in, αω, vel εω, cadentibus, ut ſunt futura δρω, a præſenti δραω, et ἐξελω, κρεμω, ἐξολω, aliaque hujuſce generis in ſcriptis Atticorum obvia, revera formata eſſe a futuris in ασω, vel εσω, ſublata nempe, more Jonum, litera Σ inter duas vocales. Hoc enim in multis verbis eorumque conjugationibus, Ionibus proprium fuit; ſicuti, verbi gratia, in futuro * ερεω, a præſenti ερεω, paſſim apud *Homerum* obvio. Quod itaque Iones pronunciabant futurum δραω, ἐξελαω, κρεμαω, ἐξολεω, pro futuris δρασω, ἐξελασω, κρεμασω, ἐξολεσω, hoc Attici, quorum antiqua dialectus ab Ionica parum differebat, contractione inſtituta, pronunciarunt δρω, ἐξελω, κρεμω, ἐξολω; atque ita in aliis quæ in οω deſinunt, idque tam in activo quam in futuro medio. Sic, exempli

* Apud *Herodotum* L. I. c. 157. ed. *Weſſeling.* legitur ἀπερεων, quod vocant futurum *ſecundum*, Ionice reſolutum, pro ἀπερῶν. Sed de futuro iſto *ſecundo* vide p. 372. *B.*

causa, Attici futurum medium μαχέσομαι, ab Ionibus pronunciatum μαχέομαι, extulerunt μαχοῦμαι; atque ita in reliquis similibus, in quibus tamen omnibus observandum, quid optimorum scriptorum usus doceat, nec quidquam temere fingendum, quod non eorum auctoritate sit comprobatum.

Hinc sequitur illud, quod vulgo statuunt grammatici *futurum secundum* eodem pertinere; adeoque non duo futura idem significantia, ut falso existimatum est, sed unicum duntaxat Græcos habere: ea autem quæ vulgo dicuntur futura secunda, ut τυπῶ, ἀκοῶ, λιπῶ, φυγῶ, κ. τ. λ. non nisi futura esse Attica ad eamdem rationem, ad quam modo memorata verba, formata, adeoque orta a verbis obsoletis puris * τυπέω, ἀκοέω, λιπέω, φυγέω, κ. τ. λ. Tempore factum est, ut horumce verborum purorum tempora præsentia in desuetudinem abierint, futura autem remanserint in usu. Cum autem Grammatici jam non in ore loquentium invenirent ulla verba, seu themata præsentia, ad quæ referri possent hæc futura, τυπῶ, ἀκοῶ, φυγῶ, ea considerarunt tanquam futura ab iis diversa, quæ frequentius occurrunt, atque ita bina futura, primum nempe et secundum, sibi videre visi sunt; de quibus ne per somnium quidem antiqui cogitaverant.

Quod autem attinet ad ea futura, ut vocant Grammatici, in quorum penultima pro E est A,

* Cf. Librum præstantissimum de *Originn. & Progres. Univ. Orat.* T. II. p. 536. *B.*

ut

ut ϛαλῶ, σπαρῶ, κλαπῶ, παρθῶ, aliaque ſimilia, formata ϛελω, σπερω, κλεπω, περθω, et ſimilibus, ea revera non ſunt horumce verborum futura, ſed orta a verbis productis, ϛαλεω, σπαρεω, κλαπεω, παρθεω, quæ et ipſa orta ſunt a ſimplicioribus ϛαλω, σπαρω, κλαπω, παρθω: unde nec hæc futura, ϛαλῶ, σπαρῶ, κλαπῶ, παρθῶ, pro ſecundis habenda ſunt: ſed eodem prorſus modo efformata ſunt, quo futurum Atticum ερῶ, ex ερεω.

Idem dicendum de futuris φραδῶ, πραγῶ, οδῶ, κ. τ. λ. a verbis ut putant φραζω, πρατ]ω, οζω: ſed quæ potius derivanda ſunt, a verbis inuſitatis, φραδεω, πραγεω, οδεω, quæ et ipſa oriuntur a verbis primitivis φραγω, πραδω, οδω, a quo poſtremo latinum *odor* proxime deſcendit. Reliqua autem futura ſecunda, quæ vulgo vocantur, ad eamdem rationem facile revocanda, et ad unum futurum quod primum dici ſolet, unice referenda ſunt: cum certiſſimum ſit unicam futuri characteriſticam in antiquiſſima Græca lingua conſtanter fuiſſe literam Σ; mutationes autem omnes quæ in diverſis cernuntur futuris, variis verborum formis, quarum multæ obſoletæ ſunt, vel diverſis adſcribendas eſſe dialectis, iiſque ſuam originem debere, nec magis nova conſtituere tempora, quam Æolicum τυψεια novum conſtituit aoriſtum. Sæpe enim ex una in aliam dialectum, vel ex hac, aut ex illa vicina forma, recepta fuerunt. Neque alia eſt ratio, quare interdum uni verbo duplex futurum adjungatur: ſicut, exempli cauſa, verbo αφυσσω, cujus duo perhibentur futura, nempe

αφυσω,

αφυσω, et αφυζω; quorum quidem prius ad verbum αφυζω. seu potius αφυω; posterius vero ad αφυσσω referendum est.

Sic et *secunda*, quæ vulgo vocantur, *passivi* futura una eademque sunt ac prima ejusdem passivi futura, semper a futuro activo, mutando ω in ομαι, formata, sed a formis vicinis orta: sic, verbi gratia, τυπησομαι, secundum passivi futurum, oritur a τυπησω, futuro activo verbi τυπεω, cui vicinum τυπω, quemadmodum primum passivi futurum, τυφθησομαι, oritur ab activo futuro τυφθησω, verbi τυφθεω, cui vicinum τυπτω. Eodem prorsus modo ορεχθησομαι, primum futurum, non immediate ορεγω, sed a futuro ορεχθησω, formæ productionis ορεχθεω, de quo dubitare nos non sinit ipsummet præsens, ορεχθεω, quod apud veteres scriptores remansit. Unde ut prima et secunda activi, sic et prima et secunda passivi futura, una eademque sunt, non nisi sola forma differunt, et eodem prorsus modo a verbis vicinis formantur.

Sic τυπτησω, futurum atticum a vicino verbo eoque obsoleto, τυπτεω formatum, superest apud *Aristophanem* in Nubibus, v. 1445. ut et * τυπτησεις, apud eundem in Pluto, v. 21. a quo ortum futurum passivum τυπτησομαι, quod legitur apud eundem in Nubibus, v. 1382. non magis tertium constituit passivi futurum, quam τυπησομαι secundum; sed oritur

* *Photius* Lex. Ined. *Bodl.* Τυπτησεις· ουτως λεγουσι το μελλον. Αριστοφανης. *B.*

tur a τυπτεω, ut τυφθησομαι, a τυφθεω, et τυπησομαι a τυπεω.

Ex quo porro intelligitur et *primum*, quod dicitur, verbi *medii* futurum, non aliud esse, quam passivum futurum, et ab hujus formatione nihil quidem differre, sed ab alia forma vicina oriri. Ut enim a futuro activo τυφθησω, verbi τυφθεω, fit τυφθησομαι, et ab ορεχθησω, ορεχθησομαι, quod est primum, ut vocant, passivi futurum, sic et a futuro τυψω, verbi τυπτω, fit τυψομαι, et ab ορεξω, futuro verbi ορεγω, fit ορεξομαι, quod primum esse dicitur medii futurum. Et hoc clarius apparebit ex verbis φιλεω et τιμαω, a quorum futuris activis, φιλησω et τιμασω, formantur futura passiva φιλησομαι et τιμασομαι, quæ a grammaticis simul et pro secundis passivis et pro primis mediis habentur futuris.

Neque alia est ratio *futuri secundi medii* τυπεμαι, quod idem est ac medii primum et utrumque passivum, eodemque prorsus modo formatum, ad diversam, eamque vicinam, ejusdem verbi formam referendum est. Ut enim τυψομαι, primum medii futurum formatur ab activo futuro τυψω, mutando ω in ομαι (quemadmodum primum passivi futurum, τυφθησομαι, formatur, a futuro activo, τυφθησω, quod fit a τυφθεω, et secundum passivi futurum, τυπησομαι, formatur a futuro activo τυπησω, quod fit a τυπεω,) sic ab activi futuro Ionico τυπεω (pro τυπεσω) venit τυπεομαι, et per contractionem τυπεμαι, quod immerito vocant secundum medii futurum; dum contra, quatuor

quatuor illa futura, *duo passiva* et *duo media*, pro *uno eodemque futuro passivo* habenda sunt, eamdemque sequuntur formationem; sed ad diversas tantum verborum vicinorum formas referuntur.

Idem dicendum de *paulo-post-futuro* *, ut vocant: hoc enim futurum nihil aliud est quam futurum passivum, et eamdem quidem formationem sequitur, sed a vicina verbi reduplicatione aucti forma oritur: ut adeo τετυψομαι factum sit a futuro obsoleto τετυψω, verbi τετυφω, vel τετυπτω, cui vicinum τυπτω. Similiter πεποιησομαι est a πεποιησω, verbi πεποιεω, cui vicinum ποιεω. Sic κεκραξονται, quod unicum paulo-post-futurum in toto Novo Testamento occurrit apud S. Lucam, c. 19. v. 40. est futurum passivum a κεκραξω, verbi κεκραγω. In scriptis autem veterum poetarum plurima reperiuntur hujusce generis verba reduplicatione aucta, quæ sunt novæ verborum formæ ortæ a præterito perfecto verborum primitivorum, servato hujusce præterito perfecto augmento, qualia sunt ἑστηκω †, a præterito perfecto ἑστηκα, verbi στaω, δεδοικω, a præterito perfecto δεδοικα, verbi δειω, vel δειδω; πεφυκω a πεφυκα, verbi φυω, atque alia innumera ad hanc rationem exigenda, quæ multa in Dorica dialecto fuisse observant Grammatici. Hæc autem verba reduplicata, præter paulo post futurum, quod ut in activo, sic in

* Cf. *Originn. & Progres. Univ. Orat.* T. II. p. 131. *B.*

† Cf. eundem librum. T. II. p. 526. & *Koen.* ad *Gregor.* p. 81, 82. *B.*

passivo

paſſivo nullum eſt, etiam peperiſſe videntur et Imperfecta Ionica, qualia τέτυπον et multa alia ſimilia; cum Iones, ut conſtant, augmentum vulgo omittere ſoleant, et a verbo reduplicato τετύπτω efformaverint imperfectum τέτυπον, omiſſo augmento.

Quod vero ſpectat ad *aoriſtum* qui dicitur *ſecundus*, quemque formari a futuro ſecundo, non ſine aliqua ſpecie ſtatuunt Grammatici, id ſi attentius conſideretur, a vero alienum eſſe quivis intelligit, qui meminerit eorum quæ de hoc futuro ſecundo ſupra obſervata ſunt. Cum itaque olim nullum futurum ſecundum extiterit, alio quoque referendum eſſe aoriſtum, quem vocant ſecundum, immo nullum eſſe facile apparet. Quæ autem Grammaticos recentiores ad futurum ſecundum fingendum adegit vicinarum formarum ignoratio, eadem in cauſa fuit cur aoriſtum ſecundum, qui nunquam extitit, excogitarent. Semper tenendum eſt, multa futura, non ea duntaxat, quæ ſecunda dicuntur, ſed etiam prima, non a verbis uſitatis quibus adſcribuntur, ſed a vicinis oriri verborum formis. Id autem ſi hic perpendamus, ſtatim patebit, hujus aoriſti, qui ſecundus dicitur, formationem perfici, ſi præſentis temporis illius formæ ad quam proxime pertinet, terminatio Ω in ON mutetur, et præfigatur augmentum. In qua quidem formandi ratione cum idem prorſus locum habeat, quod in imperfecti formatione, unuſquiſque facile advertet hunc ſecundum aoriſtum

riſtum rectius referri ad imperfecta, quæ a vicinis verborum formis, iiſque imprimis obſoletis, oriuntur: ut mirandum non ſit toties hunc aoriſtum, quem vocant, ſecundum, eodem ſenſu quo imperfectum uſurpari. Quum itaque nihil aliud ſit hic aoriſtus quam imperfectum, ſi et formationem, et, ut plurimum, ſignificationem reſpiciamus, hinc ſequitur ejus quoque per omnes perſonas et numeros flexionem eamdem prorſus eſſe, quam imperfecti. Neque noſtræ obſtat ſententiæ, quod in ſecundo paſſivi aoriſto alia, quam in paſſivo imperfecto flexio eſt, ut infra ſuo dicemus loco. Hanc doctrinam firmant ii aoriſti ſecundi, qui a præſentibus uſitatis oriuntur, et propterea plane conveniunt cum imperfectis ac eodem jure pro imperfectis ac pro ſecundis haberi poſſunt aoriſtis; ut, verbi gratia, ηκον ab ηκω, ειλον ab ελω, ειπον ab επω, ειδον ab ιδω, in quibus eadem contractionis ratio ab initio, quæ aliorum verborum a vocali incipientium. His itaque præmiſſis facillimum erit omnes hos aoriſtos ſecundos, ſeu potius imperfecta, ad vera ſua themata referre. Ita ετυπον, tanquam imperfectum, pertinet a τυπω, ut imperfectum ετυπτον ad vicinum quidem, ſed productum verbum, τυπτω, refertur. Eadem porro ratione a λαβω eſt ελαβον, a σαπω, cujus loco ſupereſt σηπω, εσαπον; a μαθω, unde μανθανω, εμαθον; a τραγω, cujus loco uſurpatur τρωγω, ετραγον; a καω, unde factum καιω, εκαον; a παω, unde factum παυω, επαον; a φυγω, cujus vicinum φευγω,

εφυγον;

εφυγον; a λιπω, cujus vicinum λειπω, ελιπον; a σπαρω, cujus vicinum σπειρω, εσπαρον; a καρω, cujus vicinum κειρω, εκαρον; ab οφελω, unde οφειλω, ωφελον; atque ita in aliis multis.

Qui autem aoristi referuntur ad verba in χω, ut sunt εσμυγον, aliaque similia, ad vicinas pertinent formas; et illud quidem a σμυγω, cujus vicinum σμυχω. Sic εῤῥαφον pertinet ad ῥαφω, cujus vicinum, ῥαπω, unde usitatum ῥαπτω; εῤῥιφον ad ῥιφω, cujus vicinum, ῥιπω, unde est ῥιπτω. Porro sicut futura in ζω verborum σσω, propriæ pertinent ad verba in γω, ita ad easdem formas pertinent aoristi qui dicuntur secundi. Sic επραγον a πραγω, cujus vicinum πρασσω; ωρυγον ab ορυγω, cujus vicinum ορυσσω, oriuntur. Qui vero in δον desinunt sicuti futura secunda, referendi sunt ad formas verborum in δω, ut εφραδον ad φραδω, unde ortum φρασδω, seu φραζω. Notandum enim est verba in ζω vulgo efferri solita, a Doriensibus, et imprimis a Siculis, pronunciata fuisse per σδω, a Tarentinis vero per σσω, a Bœotiis per ττω, vel δδω, quæ tamen postrema flexio Lacedæmoniis potissimum fuit propria: qua quidem ratione φραζω, φραδω, φραδδω, φρασδω, φρασσω, et φραττω, nonnisi didialecto versa, seu diversa diversorum Græciæ populorum pronunciatione inter se differunt. Patet igitur omnes secundos activi aoristos nihil aliud esse quam imperfecta a vicinis deducta formis, quarum plurimæ obsoletæ sunt.

 Cum

Cum vero in lingua Græca *aoriſtus ſecundus* non magis exiſtat, quam tria *ſecunda* activi, paſſivi, medii, et primum medii, *futura*, ac *paulo poſt futurum*, quærendum, an ut in activo, ſic etiam in paſſivo, ad imperfectum pertineat. Immo vero etiam et primus paſſivus formatione ad imperfectum referendus eſt. Et quidem iſta tempora facta ſunt ad normam imperfectorum activorum, quæ a verbis in μι oriuntur, quales formas verborum in μι quamplurimas olim in Græca lingua extitiſſe, immo reliquis antiquiores eſſe, ex iis quæ ſuperſunt, abunde apparet; cum præterea in Homero, ſcriptore omnium antiquiſſimo, immo in variis Græciæ dialectis, et præſertim in Æolia frequentiſſime uſurpantur, ubi alii Græci verbis in Ω deſinentibus utuntur. Hoc autem ne temere quis putet proponi, res paulo enucleatius eſt exponenda. Conſtat multa apud Græcos verbi paſſivi tempora in activo ſenſu uſurpari, et contra multa verbi activi in paſſivo adhiberi: mirum itaque videri non poteſt, ſi hæc tempora, etſi ad paſſivum referuntur, quod in uſu plerumque virtute paſſiva gaudeant, formatione tamen ad activum verbum pertinere dicantur; hinc minus mirandum eſt non raro etiam hæc ipſa tempora a Scriptoribus in activo ſenſu uſurpari. Qui autem activa verborum in μι conſideraverit imperfecta, is et facile inveniet quo referri poſſint, hi duo paſſivi aoriſti. Nam et in formatione, et

in

in flexione, immo et in dialectis, imperfectorum quæ verbis in μι adjungi solent, rationem sequuntur; et, quod etiam majus est, in diversis modis, easdem mutationes, quas ista verborum in μι desinentium imperfecta, patiuntur. Certum itaque est, eadem esse natura sua hæc tempora, sed tantum orta a diversis vicinorum verborum formis. Quæ igitur ratio inter ετιθην, imperfectum activum, et præsens τιθημι intercedit, hæc eadem pariter esse deprehenditur, inter ετυφθην, quod pro primo aoristo passivo male habent, et inter obsoletum * τυφθημι. Sic et quæ ratio inter εθην et θημι intercedit, hæc eadem esse pariter deprehenditur inter ετυπην, quod immerito pro secundo aoristo passivo habetur, et inter obsoletum τυπημι. Et quidem τυφθημι cum τυφθεω, et τυπημι cum τυπεω, formis diversis a τυπτω ortis, eodem modo conveniunt, quo cum θεω, quod oritur ex θω, convenit θημι; ex quo θημι, addita reduplicatione, formatur τιθημι: quæ tamen reduplicatio interdum omittitur, ut in φημι, a verbo φαω, quod alias pronunciandum esset πιφημι.

Diximus autem ετυπην nihil aliud esse, quam imperfectum, ut εθην, quamvis illud εθην vulgo pro secundo habeatur aoristo. Enimvero ut in aliis sic et in iis, quæ in μι desinunt verbis, nullus est aoristus

* Sic potius rem habere putem. Τυπω, τυπτω; ετυπον, ετυπτον; ετυπην, ετυπτην, ετυφθην. Ut ετυπον et ετυπην, sic producta forma ετυπτον et ετυπτην. Antiquissimorum vero Græcorum, qui aspiratas fugiebant, tenues aspiraverunt homines recentiores, et sic fortasse ετυφθην. *B.*

secundus,

secundus, sed ad imperfectum pertinet, et eodem prorsus modo formatur. Εθην * itaque ad præsens θημι pertinet, sicut ετιθην ad τιθημι; et εϛην ad ϛημι, sicut ἵϛην ad ἵϛημι, et εδων ad δωμι, sicut εδιδων ad διδωμι. Verbi autem ζευγνυμι aoristus, qui dicitur, secundus nullus traditur, scilicet quod Grammatici nullum aliud invenerint imperfectum, præter id quod vulgo exhibetur, quod tanquam aoristum secundum huic verbo adjungerent. Verbi autem ειμι, *sum*, itidem nullus aoristus secundus notatur: at in ειμι, *eo*, aoristus, qui dicitur, secundus, ιον, ιες, ιε, vere imperfectum est verbi ιω, idque flectitur sicut ετυπτον, &c. Sic εφην ad imperfectum secundum, non autem ad aoristum secundum, referendum est.

Cum itaque passivi primus et secundus aoristus quem vocant, sint mera imperfecta facta ad normam imperfectorum activorum, quæ a verbis in μι desinentibus oriuntur, hisce alium substituimus aoristum passivum, et eum quidem quem Grammatici dicunt *aoristum primum medium*, ut ετυψαμην. Hoc enim tempus male a Grammaticis, si formationem spectes, relatum ad verbum medium, recte ab iisdem repetitur ab aoristo primo activo ετυψα, a quo, addita terminatione μην, formatur ετυψαμην, quod ut terminatione, sic et flexione, cum imperfectis et plusquam perfectis passivis convenit.

Secundus autem *aoristus medius*, ut vulgo vocatur,

* Ut γενω, γιγενω, γιγνω; πετω, πιπετω, πιπτω; &c. sic θεω, τιθεω, θημι, τιθημι: atque adeo eodem redeunt εθην, ετιθην. *B.*

nihil

nihil aliud eſt quam imperfectum paſſivum a diverſa verbi forma ortum. Ut enim a τυπτομαι fit ἐτυπτομην, ſic prorſus a τυπομαι, verbi τυπω, fit ἐτυπομην.

Sic et medii præteritum perfectum et pluſquam perfectum ad activum pertinent, et eodem modo formantur, quo iſta in activo tempora. Ita τετυπα æque ad τυπω pertinet ac τετυφα. Literarum enim π et φ ſimiliumque vicinarum commutatio in temporum et flexione et formatione frequentiſſima eſt. Ea tamen tempora, quæ aſpiratam habent, potius deducenda ſunt a formis verborum, in quibus itidem aſpirata ineſt litera, ſicut τετυφα a τυφω; quemadmodum præteritum medium, quod vocant, κεκυφα, non ab uſitato κυπτω, vel κυπω, ſed a κυφω repetendum: atque ſic in aliis, ita ut eadem conſonans retineatur, quæ in præſenti eſt, niſi literarum durior concurſus obſtet. Ne vero quem offendant ea præterita perfecta media, in quorum penultima pro E eſt O, ut βεβροχα, κεκλοφα, monendum eſt id non adeo diverſi temporis notam conficere, ſed potius diverſæ dialecto vel pronunciationi adſcribendum eſſe; ita, teſtantibus Grammaticis, præterita perfecta apud Atticos, ſunt βεβροχα a βρεχω, κεκλοφα a κλεπτω, aliaque quæ ex Grammaticorum præceptis pronuncianda eſſent κεκλεφα, βεβρεχα. Fieri tamen poteſt ut in his omnibus non adeo literæ E in O mutatio primum habuerit locum, ſed his formis diverſæ verborum formæ vicinæ originem dederint; qua ratione βεβροχα ad præſens βροχω, κεκλοφα, ad præſens κλοπτω,

ſeu

ſeu χλοφω, referendum eſſet. Ut ut ſit, certum eſt non aliam hujus perfecti, quod medium dicitur, quam in activo præteriti perfecti formationem poſſe ſtatui: ex quo porro ſequitur neque pluſquam perfectum medium differre a pluſquam perfecto activo, ut enim ετετυφειν a τετυφα, ita et ετετυπειν, quod medium dicitur, a τετυπα fieri manifeſtum eſt."

P. 80. l. 6.] Locum Ariſtophanis ſic diſtinguit *Taylorus* apud *Toupium* Cur. Nov. p. 82, 83. deleta Lyſiſtratæ perſona ante και ταυτα——

Σιγ' ω καταρατε. Π. Σιωπω 'γω, και ταυτα καλυμμα φορουση
Περι την κεφαλην; Μη νυν ζωην. ΛΥ. Αλλ' ει τουτ' ——

Sic quoque diſtinguendum monuerat *Marklandus* ad *Euripidis* Supplices. Quorum virorum doctiſſimorum ſententiam ſua porro confirmat TYRWHITTUS.

P. 82. l. 9.] Verborum ειμι, απειμι, εξειμι, &c. veram ſcripturam eſſe, ιμι, απιμι, εξιμι, argumento ſunt, ut putat *Daweſius*, quæ paſſim leguntur, ιτον, ιμεν, ιτε, &c. Iſtud vero argumentum minus tutum eſſe videtur. Ειμι opinor eſſe ab εω, unde Latinum *eo*, εμι, ειμι; ιτον vero, et ſimilia, ab ιω. Et ſimili, ut videtur, varietate, Latinorum *Volo*, *vis*, *vult*—*velis*—Quæ ſic formari putem: *Volo* et *volit*, ſive *volt*, *vult*, a Ϝολω, ſive ϜοϜλω, unde βολω, βουλω, βουλομαι, βολη *, βουλη. Sed *vis* a Ϝιω, et *velis* a Ϝελω.—De hiſce

* Βολα et βολλα, dixerunt Æoles. cf. *Koen.* ad *Gregor.* p. 82.

ſcriptnris

ſcripturis nonnulla porro in *Specimine Originationis Græcæ.*

P. 90. l. 7.] Verſum iſtum Ηδ' ἵνα μιν—Od. Γ. 78. in *quibuſdam* editionibus deeſſe poſt *Stephanum* monet *Clark.* " Atque non in quibuſdam, inquit *Erneſtus,* ſed *omnibus* antiquis præter *Rom.* ex qua in alias venit. Haud dubitanter deleverim verſum ab hoc loco alienum." Ita ut *Daweſii* ſententiam confirmet, cujus vero non meminit.

P. 91. l. 17.] In verſu *Ariſtophanis* Nub. 130. pro σκινδαλμυς *Dukerus* quoque corrigit σκινδαλαμυς, (in Editione *Burmanni Bergleriana*) qui de loco legi meretur. Pro σκινδαλμος, ſive σκινδαλαμος, Attici χινδαλμος, cum χ. *Mœris:* Σχινδαλμος, εν τω χ, Αττικως· Σκινδαλμος, Ελληνες. Ubi hoc *Ariſtophanis* loco χ pro κ ponendam eſſe monet *Pierſonus.*

P. 92. l. 8.] De literæ Ζ poteſtate varie diſputatum eſt. Alii ex literis δς componi ſtatuunt; alii ex σδ. in quibus *Dionyſius Halicarnaſſenſis,* ut noſter quoque. Neutra ſententia forte a vero aberrat. Permutabantur enim δς et σδ, ut κς et σκ pro ξ, et πς et σπ pro ψ. dixerunt enim ξιφος, h. e. κσιφος, et σκιφος; ψελλιον, h. e. πσελλιον et σπελλιον. cf. *Maittaire,* p. 149. et *Gregorium,* p. 281. Fundus ſoni videtur eſſe modo Δ, modo Γ. quibus variandis et confirmandis inſervit Σ. ut alias λ, μ, ν, ρ. Aoriſta enim

 in

in δον et nonnunquam γον ad themata in ζω referuntur. Ratio et progreſſio compoſitionis forte hæc fuit: ϝαω, βαω, *Vado*, βαδω, βαδδω, βασδω, βαδσω, βαζω, βιβαζω; δευς, σδευς, ζευς; δυγον, σδυγον, ζυγον; φραδω, φραδδω, φρασδω, φραζω, εφραδον, &c. Et ſic binarum literarum poteſtatem obtinet. Duplicem vero literam eſſe negat vir doctus et ingenioſus, *J. Robertſon*, medicus Aberdenenſis, qui putat Z medium eſſe τȣ Σ ſonum, ut β τȣ π. quem medium ſonum ſubindicaret et regeret το Δ in iſtis ΔΣ et ΣΔ, non ipſa vero enunciata. Vid. "*The True and Antient Manner of reading Hebrew without Points.*" p. 39. et 36.

P. 93. l. 17.] De hac enunciandi ratione ſupra ad p. 14. l. 19.

P. 94. l. 3.] "*Servii* lectionem et interpretatio-
"nem TYRWHITTUS putat confirmare *Juvenalem*,
"Sat. XIII. 133.

—— *Nemo dolorem*
Fingit in hoc caſu, veſtem diducere ſummam
Contentus, vexare oculos humore coacto.

"i. e. *vi expreſſo.*" Et *Servium* recte ſequutus eſt *Henſius*, *Heynii* judicio, qui *coactas lacrymas* defendere cenſet ipſam rerum rationem ac veritatem.

P. 96. l. 5.] Συ τεθνηξει, inquit *Daweſius*, perinde eſt ac ſi dicas *tu morietur*. Certe, ſi id quod Grammatici ſtatuunt, verum eſt, nempe Atticis adhibere

τεθνηξομαι

πεθνήξομαι (ut iisdem licuit πεθνήσομαι) pro πεθνήξω non licuisse: de quo fortasse dubitandum. *Atrocem* adeo *solœcismum* vocat πεθνήξει pro *morieris*, *Dawesius*, qui nihil tamen mutat. Si quidem ut Dawesio, ita aliis id minus placeat, reposuerim ΤΕΘΝΗΞΕΙ, quod usurpat Aristophanes ipse Acharn. v. 590.

Οιμ' ὡς ΤΕΘΝΗΞΕΙ.———

et in Vespis v. 652.

Ουκ εστιν ὅπως ουχι ΤΕΘΝΗΞΕΙ.

P. 99. l. 20.] *Bentleii* Emendationes in *Menandrum* et *Philemona* minus *Dawesio* satisfecisse, et hinc liquet et ex observatione ad Plut. v. 986. Intercidisse vero *Dawesii* scripta, quæ hic et alias subindicantur, (necquicquam certe de iis quæro,) in *Menandrum* et alios Poetas Atticos, maxime est dolendum. In Bibliotheca *Bodleiana* inter cæteros *Sanctamandi* libros MSStos Emendationes ipsius sunt copiosæ in *Menandrum* et *Philemona*, in quibus ut in *Aristophaneis* suis, quæ copiosissimæ ibidem conservantur, rem ille quoque cum *Bentleio* sæpe habet. Multa, quantum ego equidem judicare possim, bonæ frugis protulit. Sed *Sanctamandus*, ut ut eruditus ac ingeniosus, minime ad *Dawesii* præstantiam accessit, nedum *Bentleii*. Unam atque alteram ex observationibus *Sanctamandianis* in *Menandrum* fortasse infra proferam.

P. 97. l. 5.] Epigramma, quod intelligit *Dawesius*, extat apud Analecta *Brunckiana*. T. III. Epigr. Αδεσποτ. DXXXIX.

P. 98. l. 7.] *Callimacho* et *Homero* adhibitum ετραφες pro ετραφης, defendit *Ernestus* ad *Callimachi* locum, qui omnino consulendus est. Præter *Dawesium* multos offendit usus activæ formæ passivo sensu adhibitæ: importuno illo fortasse studio motos, quo sæpe viri docti anomalas dictiones immutaverint ad certas regulas, quas scriptores politi, sed recentiores, sequuti sunt, florente Græcia. Probabile vero est istum activæ formæ usum vetustissimis temporibus creberrimum fuisse; et plura sane exempla in scriptoribus occurrere videntur, quo sunt antiquiores. Vide iterum infra p. 494.

Deinde ετραφες forte non *nutritus es* sed *educatus*. Τρεφω et τροφη sæpe de vivendi *ratione*; *conditione*, *statu*; ubi male ad *nutrimentum* traducuntur. cf. Ind. *Pentalogiæ Burton.* ed. altera. Porro hic versus minime redundare videtur, ut *Ruhnkenio* placebat, sed potius, viri pace ornatissimi, cum sequente conjunctus pulcherrimam climacem constituere.

Καλα μεν ηεξευ, καλα δ' ετραφες, ουρανιε Ζευ,
Οξυ δ' ανηβησας, ταχινοι δε τοι ηλθον ιουλοι.

Αεξεσθαι ad *infantem* refero, τρεφειν ad *puerum*, ανηβαν ad eum *qui ad pubertatem contendit*; et sequentia *puberis facti* sunt signa. Optime αν-ηβησας, *pubertatem assecutus es*, *puber es factus*: nec abundare videtur ανα, sed eam vim habere, quæ significatur nostro, *grown UP*. Ανηβησας de *pubere*, ut *Homero* et *Theocrito* ανεδραμεν de *arbore quæ adoleverit*, *succreverit*. Il. Σ. 56. Idyll. 18. 29. ubi *Wartonus* in Addendis

dendis cum noſtro, *to run up*, opportune comparat. Eadem elegantia *Virgilius* Bucol. X. 74.

Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit *alnus.*

Et Georg. II. 19.

——— *etiam Parnaſſia laurus*
Parva ſub ingenti matris ſe ſubjicit *umbra.*

P. 99. l. 17.] Infelicem admodum conjecturam ad hunc Euripidis locum conjecit *Daweſius.* Vide *Dorvillium* de loco diſputantem ad *Chariton.* p. 442. *Heathius* quoque in Addendis II. *Euripideis* notat *Daweſium*, quod ſe in errorem induxerit, ad Oreſt. 1223. Et, vulgatam lectionem firmat egregie, inquit *Toupius* (ad *Suid.* P. I. p. 46.) quod et fecerat Scholiaſtes. Pro σιωπηλος σοφος Edd. *Suidæ* habent σιωπηλος ανηρ, quod *Pearſonius* correxit [illegible] πελει. Sed vera lectio eſt σοφος, quam ut monuit *T.* repræſentant libri *Euripidis*, et *Suidæ* porro Cod. MS. C.C.C.

P. 100. l. 17.] Λεγεις ΑΚΟΥΕΙΝ μαλθακ'—*Euripid.* Med. 316. Editiones legunt ΑΚΟΥΣΑΙ, qua vero melior videtur *Daweſii* lectio, quam hic tacite protulit, et infinitivi uſui in hac locutione convenientior. Novas lectiones ſæpenumero ſic tacite exhibuit, quas egi ut ſuo quamque loco indicarem.

P. 103. l. 5, et 12.] Quod *Daweſius* contra *Theocriti* Idyll. 25. dicit, ſi quid aliud, eſt leviſſimum. Quia *Suidas* verbum νωτώμενος *Callimacho* tribuit, quod

quod hodie in *Callimacheis* Hymnis aut Epigrammatis, non legitur, ſed in *Theocrito* comparet, igitur Idyllium iſtud, *Theocrito* abjudicari debet, *Callimacho* ſcilicet tribuendum! Si ad hanc ratiocinationem aliorum veterum ſcripta exegerit aliquis, quantas turbas non excitaverit! Quis ſuum aliquid ſcriptor ſervare potuerit? Plurima ſunt vocabula a veteribus Grammaticis memorata, ex cujuſquam ſcriptoris excitata deperdito opere, quæ in alius ſcripto, quod extat, comparent. An ſcriptum adeo ab hoc ad illum tranſcribamus? Sed *Daweſii* verba vel poſuiſſe, ut merito judicat *Erneſtus*, eſt refutaſſe. Jam Idyllium iſtud utroque abjudicat noſter, tanquam *a nebulone aliquo neque linguæ neque proſodiæ ſciente ſcriptum.* Sed hoc quoque temere, ut videtur, dictum. Cum addit ex Idyllio illud

Ωσει περ σφετερῃσιν ενι φρεσι βαλλομαι αρτι,

ut ſententiam ſuam confirmet, oblitus fuiſſe videtur, quanta fuerint vel in uno *Ariſtophane* loca, quæ contra ſententiam, metrum, et linguæ indolem peccarent, quæ nihilominus Ariſtophanea judicabat utcunque corrupta a librariis, itaque ab eo emendata: aut quanta ſint, quæ adhuc Criticorum operam expectent. (cf. *Daweſii* Præfat. p. 5.) Quidni igitur in cauſa fuerit librarius, aut neſcio quis, cur Ωσει περ male ſcriberetur? Ωσει περ, inquam: etenim σφετερος pro εμος, etiam renitente *Daweſio*, videtur eſſe bene Græcum. cf. *Canter.* Novar.

Novar. Lect. Lib. V. c. 13. qui ibi locum ipsum *Theocriti* adhibet. Et exemplum quoque affert ex *Apollonio* Rhodio, L. IV. 1353.

> Μητει δη ΣΦΕΤΕΡΗΙ μενοεικεα πσαι αμοιβην,
> Ων εκαμεν, δηεον κατα νοδυς ΑΜΜΕ φερεσα.

Heroides Libyæ dominæ paulo ante Jasoni dixerant, v. 1327.

> Δη εα ποτε ΣΦΕΤΕΡΗΙ απο μητει τινετ' αμοιβην
> Ων εκαμεν, δηρον κατα νηδυος ΥΜΜΕ φερεσα.

Dearum jussa sociis suis repetit Jason, atque adeo pro *vestræ matri vos gestans*—dixit *nostræ* vel *meæ matri, nos gestans.* Interpretes vero utrinque reddunt *vestræ.* Adde *Apollon.* L. III. 302. et habemus σφετερος de tribus personis usurpatum, eodem modo quo ἑος, et Latinum *suus*, de quibus vide *Abreschium* ad *Æschyl.* p. 175. et *Viger.* Cap. IV. reg. 7. et in eum *Hoogev.*

Quod ad ὡσει ὡϖ pertinet, mendum tollere conatus est *Brunckius* in Analectis legendo ΩΣΠΕΡ ΕΓΩ σφετερησιν——Malim legere,

> ΩΣ ΗΠΕΡ σφετερησιν ενι φρεσι βαλλομαι αρτι.

(ἡπερ *qua ratione, quo modo, uti.* cf. *Hoogev.* p. 1045. §. 6, & 7.—Ως ἡπερ—*Sic uti meo pectore agito, recolo*) —si non ΕΙΠΕΡ eandem vim habeat; cum ει, quod et *si* significat, et ὁτι ac επειδαν, huc quoque forte referendum.

P. 103.

P. 103. l. 18.] *Herodotum*, inquit *Dawesius*, scriptorem Ionicum verborum ἐννοήσας, ἐννοήσαντα, &c. formam in ἐννώσας, ἐννώσαντα, &c. *immutasse*, cum in iis ne Attici quidem *crasin* adhibuerint, nemo unquam mihi persuaserit." Talem vero formam adhibuisse *Herodotum* confirmarunt *Ernestus* ad *Callim.* Excurs. p. 260. et *Wesselingius* ad *Herod.* p. 717. n. 47.

Occasione vero *Dawesii* observationis, observem liceat, Nempe Grammaticos, ut alias, et in hoc quoque Dialectorum rem perverse utique tractare, quod tot verba *contracta* fingant, et quod dicant Atticos Ionicam formam e. g. νοήσας in νώσας *immutare* et *contrahere*. Cum revera νώσας simplicior sit et antiquior forma, ex qua altera *producitur*. Νοω, νώσας, producta forma νοέω, νοήσας.

Deinde cum Ionico scriptori Atticam formam *interdicunt*, et contra, oblivisci videntur, diversas Græciæ dialectos tantum indicare progressionem Græcæ orationis et mutationes, et ætatum diversarum indicia esse. Antiquissima dialectus, mollitur et producitur in Ionica, quæ dicitur. Et Iones sane formas productas studiose sectabantur, ita tamen ut nonnullæ simplices iis restarent formæ, antiquæ dialecti vestigia. Attici vero, Pelasgica illa gens, veteribus adhærebant formis, neque tamen non sæpenumero recentiorum usui accedebant.

P. 104. l. 2.] Vulgatam lectionem, quam *Daweſius*, non modo quod præſtet ea formam, ut ait, contractam, ideo improbat, (immerito quidem ut ſupra dictum eſt,) ſed quod vox *diſſyllaba* verſum ſpondaicum terminet *ſine exemplo*, (quod quoque refutat *Erneſtus*, p. 260, 261.) tandem corrigit τα κεν ΗΡΙ νοησῃ, facile profecto, ſed minus neceſſario, cum et in verſu ſpondaico vocem diſſyllabam eſſe liceat, et νωσαι, βωσαι, et ſimilia, etiam ab Ionicis ſcriptoribus ſolant adhiberi.

P. 107. l. 13.] *Callimachi* Ου γενετ', ουκ εςαι· τις κεν Διος εργματ' ΑΕΙΣΕΙ; corrigit *Stephanus* αειδοι. quod probat *Daweſ.* ſed et hic diſtinguit aliter, et legit, —τις, Ο κεν διος εργματ' αειδοι. *Non fuit*, *non erit*, QUI *canat*—*Daweſio* accedo, quatenus nove interpungat et explicet. Verum verba ipſa vulgata retinere malim. Ου γενετ', ουκ εςαι, τις κεν Διος εργματ' αεισει. *Daweſius* ſane negat voculam κεν cum futuro indicativo recte conjungi. ſed cum futuro conjunxit *Homerus* Il. α. ab *Hoogeven.* p. 83. citatus:

—— Ο ΔΕ ΚΕΝ ΚΕΧΟΛΩΣΕΤΑΙ, ὃν κεν ἳκωμαι.

Deinde τις pro relativo cum *Reiſkio*, et *Brunckio*, accipio, ut accepi ad *Sophocl.* Oed. Tyr. 1492. Cujus exemplum ibi deprehendere videbar, uti ad *Æſch.* Sept. v. 441.

Sic quoque *Theocritus*, *Callimachi* æqualis, videtur uſurpaſſe τινι pro ῳ, ſive ῳ τινι. Idyll. 16. v. 68. loco ſupra p. 359. adhibito,

 Διζημαι

Διζημαι δε TINI θνατων κεχαρισμενος ενθω
Συν Μοισαις· χαλεπαι γαρ ὁδοι τελεθοντι αοιδοις
Κουραων απανευθε Διος, μεγα βουλευοντος.

Quæro, cui veniam—Hunc vero locum corrigendum voluerunt viri doctissimi *Wartonus* et *Koppiersius*, quod postea in textum recepit *Brunckius*,

Διζημαι δ' Ωι KEN θ. κ. ε.

Tres Codd. habent ὡπνι. unus ὡγε. quæ sane eodem referenda puto, quo Μουσαων, quod hoc ipso loco pro Κουραων legebatur, nempe ad interpretandi studium.

Igitur Græci τις pro ὁς, ut videtur, adhibent, et Latini contra *qui* pro *quis*. *Virg*. Georg. II. 488.

—— O, qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat ? ——

Et notandum est utriusque obliquos casus ejusdem esse scripturæ, et distingui accentu atque acutiore vocis enunciatione.

Cum Græco τις, et ejusdem usu, maximum habet commercium nostrum *WHO*. Τις, *quis*, *who*. τις, *qui*, *who*. et τῳ τις, *aliquis*, sive *aliqui*, respondet etiam, *who*. Vulgatum est idioma, et a *Chaucero* quoque adhibitum, *who was who*.

But sikerly she n'iste who was who.

Canterbury Tales, v. 4298. Vol. I. ed. *Tyrwhitt*. *Nescivit quis fuerit eorum aliquis*. ita nempe ut alterum ab altero discerneret.

Ut veteres Græci utebantur τις, quomodo recentiores

centiores ὅστις, pro ὁ*, quod poſtea dictum ὅς, ſic quoque ὁ pro τις, certe τȣ et τῳ pro τινος et τινι. Et hæ profecto voculæ videntur poteſtates ſuas invicem commutaſſe ſæpius quam hodie forſan ſentire poſſumus †. Sed res eſt hæc, quæ non niſi diuturno veterum ſcriptorum uſu ad liquidum deduci poſſit. Quare ego equidem de ea ampliandum mihi duco.

* Vetuſtiſſimi Græci videntur ignoraſſe ὅς, (pro quo uſurpabant ὁ, vel, και ὁ, cf. *Harriſes* Hermes, p. 79.) ſaltem differentiam inter *demonſtrativum* et *relativum:* et recentiores, ut alia, ita hæc quoque diſcreviſſe. Exempla occurrunt plurima utriuſque locutionis, et ὁ et και ὁ, in *Homero* et Ionicis, et *Homeri* docto imitatore, *Sophocle.* — Scaliger cenſet Latinos *qui* deduxiſſe et compoſuiſſe e Græcorum και ὁ: ſed viri ſummi pace, putem Latinis quoque *relativum* e *demonſtrativo* profectum, ſed ſcriptura plus paulo mutata: et ſic *qui* ab *hicce* fuiſſe, ſive ut ſæpe in Inſcriptionibus vetuſtiſſimis *hice*, ſive denique *hic*, nempe per metatheſin, (quæ quantum in linguarum formatione valuerit, ut bene ſciunt harum rerum periti, ita ab aliis vix excogitari poteſt:) et *cui* ab *huic*; *quo* ab *hoc*, &c. Quod probabilius videri poſſit, ſi conſideremus *quotidie* et alia ſimilia ſcripta quoque fuiſſe *cotidie*. Atque ita fuerit ab *hic*, *ci* ſive *qui*; ab *huic*, *cui*; ab *hoc*, *co* ſive *quo*.—Sed hæc obiter, de quibus plura ſuo loco.

† De ratione, qua commutare *potuerint*, cf. eundem *Harriſium*, p. 207. cujus obſervatis hoc noſtrum adde exemplum; interrogative, τινι θνατων κεχαρισμενος ενθω; διζημαι. inverſo ordine et relative, διζημαι, τινι θνατων κεχαρισμενος ενθω.

SECT. IV.

De Hiſtoriâ literæ Digamma multi expoſuerunt, in quibus præcipui *Bouhierius*, *Chiſhullus*, *Reinoldus*, et de ea bene meritus *Franciſcus Wiſe*; qui poteſtatem ejus quoque et uſum explicavit, et quantum valeat in rebus Etymologicis ad linguarum progreſſionem indicandam et cognationem dialectorum. Primus vero omnium *Bentleius* vidit quantam vim ad Græca metra expedienda habuerit. Et quod pro ſingulari ſua ſagacitate reperit vir ſummus, eandem rem *Apollonius*, graviſſimus ſane grammaticus, in ſcriptis poſt *Bentleii* ſententiam publicatam editis confirmavit: qui literam quoque memorat adhibitam fuiſſe ab antiquis poetis in illis ipſis vocabulis, quibus eam *Bentleius* adjudicavit. Quod in univerſum docuerat *Bentleius*, id ſingulatim et fuſius pertractavit *Daweſius* in Sectione, de qua nunc agitur. Poſt *Bentleium* et *Daweſium* nonnulla egregia notavit *Foſterus* in libro eruditiſſimo *de Accent. et Quant.* cap. IV. unde excerpſi, quæ noſtri obſervationes augerent aut emendarent.

Cum vero *Daweſius* Digamma *Homericis* a *Bentleio* affixum oppugnaret, duo in primis videntur ei occurriſſe: nempe *Homerum fuiſſe Ionem et non Æolenſem*, atque adeo *Æolicam* literam ab illius ſcriptis alienam eſſe:—et *ſignum quoque illud* [’] *pro* VAU *fuiſſe* adhibitum, ut contrarium pro *He*, et

ſic

ſic Æolicæ literæ loco in Homericis adhibendum. Qui tamen de utraque re minus accurate, ut videtur, judicavit: quod fortaſſe palam faciamus, ita tamen ut Daweſianæ obſervationes de *uſu* et *poteſtate* ſigni ſui, æque τῃ Digamma conveniant.

I. Et primo, ut dialectum Homeri (vel qualis illa per librarios, Grammaticos, et neſcio quos alios huc uſque tradita remanſit,) vocemus, ſi non Æolicam æque ſane ac Ionicam, at *Æolicam* tamen, induci poſſumus ex teſtimoniis ipſorum veterum, quæ ſententiis quoque doctorum quorundam recentiorum confirmantur;—et ex documentis, quæ poetæ ipſa præſtant ſcripta; — atque ex hiſtoria Græcarum dialectorum, et ratione illarum progreſſionis.

1. Jam vero auctor tractatus de vita Homeri* ſive Herodotus fuerit, ſive quis alius, certe antiquus, Homerum fuiſſe *Æolenſem* affirmat, atque id ſane potius quam aut Ionem etiam, aut Dorienſem. Ὁτι δε, inquit, ην Αιολευς Ομηρος, και ουτε Ιων, ουτε Δωριευς, τοις τε ειρημενοις δεδηλωται μοι, και δη και τοισδε τεκμαιρεσθαι παρεχει.—Δηλοι δε και εν τοισδε τοις επεσιν, ὁτι Αιολευς ων τοις νομοις τοις τουτων εχρητο.

Καιε δ᾽ επι σχιζης ὁ γερων, επι δ᾽ αιθοπα οινον
Λειβε᾽ νεοι δε παρ᾽ αυτον εχον πεμπωβολα χερσιν.

Αιολεες γαρ μονοι τα σπλαγχνα επι ΠΕΝΤΕ ΟΒΕΛΩΝ οπτωσιν, οἱ δε αλλοι Ελληνες επι τριων᾽ και γαρ ονομαζουσιν οἱ Αιολεις τα πεντε, ΠΕΜΠΕ. Cum hoc ſcriptore eandem ſententiam amplexi ſunt Grammatici, qui de dialectis

* Cap. 13. ed. Reinold.

ſcrip-

ſcripſerunt; et *Philelphus*; ac nuper *Foſterus*, et *Woodius*.

2. Et hi quoque ſcilicet propter documenta, quæ in *Homeri* ſcriptis obvia ſunt. *Philelphus**, quo neminem recentiorum Græcorum cenſet *Foſterus*† diligentius omnem Græcarum literarum partem inveſtigaſſe, *Æolicam* dicit linguam *Homerum* et Callimachum in ſuis operibus potiſſimum ſecutos eſſe. Sed et ante *Philelphum* notatu dignum eſt Grammaticos Græcos regulas de dialecto *Æolica*, ut etiam de Ionica, traditas ſæpe ex *Homero* illuſtraſſe. *Etymologico* quoque *Magno* dicitur (ὅτι) ὁ ποιητης πολλοις Αιολικοις χρηται. V. Αλαλυκτημαι. Optima ſunt, quæ de *Æoliſmo Homerica* loco dicto obſervavit *Foſterus*: quæ lectori non invideam. "Terminatio, inquit, primæ declinationis in *a* ab *Æolica* dialecto ad Romanam tranſiit: ut ἱπποτα, ποιητα; unde *poeta*, *athleta*, *cometa*, *planeta*, &c. Hunc nominativum ab Homero uſurpatum *Macedonicum* ſane fuiſſe plerique dicunt: quem vero non minori jure *Perſicum* quoque appellaſſent. Eo autem Homerus utitur, non metri gratia, ut in illo ἱππότα Νεϛωρ fieri videatur: ſed alias quoque utitur, ubi terminatio της pariter atque illud in τα verſui conveniret: nempe μητιετα Ζευς, νεφεληγερετα Ζευς. Jam ſi *Homerus* fuerit *Æolenſis*, (et fuiſſe per quam credibile eſt,) et magnam vitæ partem in patria ſua degerit, quanquam peregrina-

* Apud *Hodium* de Græc. Illuſtr. p. 188.

† De Accent. et Quant. p. 108.

tus

tus aliquando multas Græciæ regiones viſerit; quidni putemus illum in ſcriptis ſuis *Æolicam* dialectum maxime ſecutum eſſe. *Æolicæ* illæ variationes, quæ ab Apollonio, et aliis probatiſſimis grammaticis memorantur, quales ſunt reſolutio vocalium circumflexarum, et aliæ ſupra notatæ, paſſim in *Homericis* occurrunt. In quibus ſane ſunt etiam, quæ non ſunt Æolicæ dialecti: quæ tamen par eſt ſtatuere poetam cum nativa ſua et propria *Æolica* inter itinera faciendum immiſcuiſſe. Principia tamen *Homericæ* orationis et ſtamina, ſi ita loqui liceat, non dubito quin *Æolica* ſint. Atque illam nimirum *Ionico-poeticam*, ut aiunt, dialectum probabile eſt nihil aliud fuiſſe a dialecto, quam populares ſui vulgo loquebantur. Quin etiam dicendi formam, qua Iones augmentum rejiciebant, haud ſcio an *Æolicam* quoque debere ſtatui: quæ cum cæteris adeo *Æolicis* ad Romanam invecta fuit."

3. Auctoritati vero ſcriptorum veterum et recentiorum alia etiam addere licet, quæ *Æoliſmum*, hoc eſt, antiquam et fere primævam Græciæ dialectum, *Homero* vindicandam nobis perſuadeant, ex hiſtoria Græcarum dialectorum repetita, et ratione illarum progreſſionis. Profectas enim fuiſſe diverſas Græciæ dialectos ab eadem origine nemini non conſtat. Et ſcilicet quid illæ aliud, quam præ ſe ferant indicia diverſarum ætatum, per quas inter progrediendum a primæva orationis ſimplicitate ad politiorum elegantiam ſæculorum devenerunt? Has autem Græcæ linguæ mutationes dum inveſtigamus,

gamus, perſpicuum erit, ut videtur, illos minus perite agere, et contra uſum naturamque linguarum, qui ſuam cuique regioni Græcæ dialectum ita diſtribuunt, ut certis limitibus *omnino* coercere velint. Humana ſcilicet oratio naturâ longe eſt mutabilior, quam ut profecto, diverſarum inter ſe commercio gentium, aliiſque cauſis, dialecti alia in aliam ne aliquatenus demum tranſeant. Et quomodo Græcæ linguæ id acciderit, non difficile eſt colligere.

Sub primis Græciæ temporibus coloniarum migrationes crebro factas, ut aliter fieri non potuit, ita ex teſtimoniis veterum conſtat fuiſſe. Multæ ſeptentionalium populorum, quæ Hellada habitabant, ſuis deſertis regionibus, in provincias meridionales migrarunt, ducti, ut aiunt, domus Deucalioneæ principibus. Hi populi, qui dialecto utebantur, quæ poſtea *Æolicæ* nomen tulit, ſic ab Æolo, nepote Deucalionis, dictæ, partim Bœotiam occuparunt, partim ulterius progreſſi, in Argolide et Laconia conſtiterunt. Hi vero, cum Heraclidæ Peloponeſum redirent, expulſi inde ad eam peninſulæ partem fugerunt, quæ *Ionia* vocabatur, quam profecto novi incolæ Achaiam nominabant ſecundum Achæi nomen, qui eos ab Hellade in Poloponeſum deduxit. Pars adeo veterum incolarum *Ionicorum* locum iis coacti cedere, in *Atticam* ſe receperunt. Jam facile hinc accidere potuit, ut *Æolica* dialectus, qua Achæi utebantur, cum *vetere*

Ionica

Ionica permifceretur: uti *Ionica* etiam, nunc in Atticam invecta, cum *vetere* Ατθιδι commercium haberet.

Verum hæc dialectorum *Æolicarum* et *Ionicarum* affinitas non potuit quin confirmaretur, cum poftea binas regiones Afiaticas duo illi populi incolebant proxime a fe ipfis diftantes. *Iones* autem (adhuc enim in Attica nomen fuum fervabant, *Iones Attici* dicti, ut illi, qui in Peloponefo cum Achæis mifti reftabant, *Iones Ægialenfes*,) diu apud *Atticos* manebant, quibus amice et familiariter utebantur: ita ut miratus fueris ni plerumque ipforum lingua ad *Atticam* propius quam ad *Æolicam* acceflerit.

Cum vero incolis tandem Attica abundabat, Neleus imperium Atticæ Medonti cedens fratri, magnam *Ionum* partem in Afiam deduxit, et regionem, qua fui defiderunt, Ioniam vocavit. Et non ita longo poft ex Achæis etiam colonia in vicinam Afiæ partem migravit, quam deinde *Æoliam*, poft Achæi fui avum vocarunt. Dialectus autem *Ionica*, fortaffe familiariffimo Atticorum commercio non parum melior facta, brevi adeo exculta* fuiffe vi-

* *Brevi adeo exculta*] Hoc factum fuiffe probabile admodum videtur. Migraverunt Iones fecundum *Marmor Parium*, Anno ante C. 1077. Homerus fecundum idem marmor floruit anno 907. Jamque non dubitandum eft, quin multi extiterint boni fcriptores ante Homerum, poetam quippe numeris omnibus pene abfolutum, ex quibus fcriptoribus nonnullorum ætas ad migrationem illam ufque proxime redeat neceffe eft.

 detur,

detur, ut *Æolicam* vicinam poſt ſe longo relinqueret intervallo.

Iones vero ſic literis regnantes, ſi quis *Atticus* ad bene ſcribendum adſpiraverit, ſequi debuit. Et in uno ſcilicet Homero, omnium præſtantiſſimo, ſe defixiſſe videntur: quem quidem id fere egerunt, ut exprimerent. Athenienſes vero jam potentes facti, et cæteris civitatibus Græcis bello ſuperiores, ita linguam ſuam excoluerunt, ut elegantia, gravitate, et omnibus ſane artificiis συνθέσεως excellerent, nec tamen Ionici numeri ſuavitatem, et rotunditatem illam æquarent, qua aures adeo mirifice implentur et oblectantur. Cæterum ut in Attica tandem dialecto plerumque, quod ad ſcriptorum conſuetudinem, deſiit Ionica, cæteræ; ſic Tuſcæ ceſſerunt variæ dialecti, quæ per recentiorem Italiam vigebant.

Jam conſtat linguam Græcam in tres majores partitiones dividi, Æolicam ſive Doricam, Ionicam, et Atticam. Verum ut ex linguæ progreſſione factæ fuerunt illæ partitiones, ſic quæque partitio habet ſuas varietates, ſuaque minora progreſſionis ſigna. Nam, qui has res diligentius tractarunt, Æoliſmum Doriſmumque memorant antiquiorem et recentiorem: Ionicam quoque veterem et novam: cujus etiam χαρακτῆρες τέσσαρες ab Herodoto memorantur. (vide Bentlei Diſſert. p. 289. ed. Lond. 1777.) Atticorum dialectus etiam *triplex* dicitur.

dicitur. Attici enim audiunt *Veteres*, *Medii*, *Novi*. De triplici Atticorum ordine vide *Koenium* ad *Gregorium*, p. 305. *Pierſonum* Præfatione ad *Mœrin*, p. 26, 27. et not. p. 405. *Taylor*. Ind. Attic. ad Lyſiam. et *Bentleium*, ubi ſupra.—In hac vero progreſſione dum multa antiqua ex uſu exciderint, multa quoque cum recentioribus miſta remanſerunt. Et ſic Æolica dialectus habet multa cum Ionica communiter, qualis eſt reſolutio verborum, &c. Ut Ionica cum Attica. De Ionica fere eadem cum vetere Attica, vide *Koenium*, p. 66. 68. &c. Tantum ſane fuit illis invicem commercium et affinitatas, ut *Homerus* etiam in veteribus *Atticis* cenſeri ſoleat.

4. Jam vero hæc Dialectorum hiſtoria convenit quoque cum natura et uſu linguarum, et cum cauſis, quæ earum progreſſionis afficiant rationem, et ſuam cujuſque indolem conſtituant. Græcæ linguæ, ut cæterarum, principia admodum ſimplicia debebant eſſe. Novæ autem egeſtates et nova ſtudia occupationeſque primos animi ſenſus dilatabant et variabant et cum aliis conjungebant. Ut novos igitur ſenſus, qui ad præſenſa pertinebant, atque ad ea accommodabantur, exprimerent, neceſſe erat, ut verba quæ veterum ſenſuum ſigna fuerint, variarent: ad quod perficiendum, præter iſtam utilitatem conduceret quoque caſus, et neſcio quid ornatus ſtudium, quod ſæculis etiam morum incultiſſimis ac-

 cidere

cidere ſolet *. Prima harum variationum atque hujus ſtudii ſigna ſe prodidiſſe aiunt in *Æolide*, quæ, auctore Diomede, *amat per circuitum verba protendere.* Illorum vero dialectus adhuc erat nondum emolita ſatis; ita ut illorum moribus conveniret. — Quod Æoles inchoaverant, *Iones*, qui ante Æoles in Aſia conſiderunt, ſereniſſimo ejus felices cælo, et benigna ad modum terrarum fertilitate formoſiſſimaque facie, (quæ res tantam in hominum ingenia et mores vim habent,) ulterius provexerunt, qui Æolico verborum circuitu liberrime utebantur. Sub hæc tempora cum alia addebant, tum quoque ſimul augmentum verbis præfigere potuerunt: quod in Homericis ſæpe apparet, et ſæpius

* Gentis lingua, quæ plerumque cum moribus ſuis convenit, in hoc diſcrepat. Etiam feroces illi barbari qui Romam everterunt, in linguam ſuam videntur magnam impendiſſe operam. Poetas ſuos vocabant *Scaldos*, hoc eſt, *qui orationem excolunt et poliunt*, (vide Preface to *Five Pieces of Runic Poetry.*) et quid de Poetica ſenſerint inde conſtat, quod eam *Deorum linguam* appellarent. Quod plane indicat poetas ſermone uſos fuiſſe, qui vulgari conſuetudine excidit, tum in multis eo antiquior, cum numeroſior venuſtiorque. *Deorum* vero *lingua* eſt locutio notatu digniſſima et mire convenit in illud *Homericum* ὃν Βριαρεων καλεουσι θεοι, ανδρες δε τε παντες Αιγαιων. Il. α. 403. ubi vide *Clark.*—ad quam eandem rationem ἰχωρ, qui cum antiquitus ut cenſeo et generatim fuerit *fluor aliquis*, *liquor*, atque adeo deinde *ſanguis*; apud *Homerum* fit *Deorum ſanguis*: ἰχωρ ab ἰκω, ut ab illo *liquor*. Et ſic quoque αμβροσια *Deorum cibus*, qui primitus, ut puto, in univerſum erat *cibus*, βρωμα, quod a βροω, (unde βρωσκω,) ut id a βορω, (τε voro cognato,) unde βορα, per metatheſin, ut βροτος a μορτος, &c. α autem additur compoſitionis cauſa, opinor, ut in multis ſimilibus, de quibus alibi.

ſane,

ſane, veriſimile eſt, quam reliquerit antiquiſſimus poeta. Et in iſto linguæ ſæculo Homerus vixiſſe videtur, quo ei non omnino exoleverit antiquiſſima ſimplicitas: cumque valere cæperint, quæ poſtea, latius in uſu venerint: cum porro ea, quæ vulgi uſu exciderant in promptu fuerit revocare. Quæ vero apud Homerum ad diverſas dialectos referuntur, ſunt varietates locutionis non diverſis populis et quaſi e diverſis linguis petitæ, ſed quæ inconſtantia linguarum peperit, quæ nova aliqua quotidie comminiſcitur, dum ſane a rudibus ſuis principiis ad elegantiam progreditur. Et alias profecto inter Homeri felicitates videtur fuiſſe linguæ Græcæ conditio, quæ tum valebat, cum ſcriberet; qua Muſa potuit tam magnifice, tamque *ore rotundo loqui.*

Quod vero poeticæ tantum favebat, non ita podierno uſui et negotiis civilibus congruebat. Atque adeo forſan Attici, gens rerum commerciis a primis temporibus occupata, qui aliter quoque contractam loquendi rationem affectabant, iidem etiam formis antiquis et ſimplicibus ſæpe adhærebant, vel eas, quæ antiquis prope accedebant, ſequuti ſunt, ut in plurimis vulgo ſolebant Græci.

Jam demum dialectis ſic deductis, facile Æolicam cum vetere Ionica atque illam cum vetere Attica conjungimus; nec mirum eſſe videtur in *Atticis* ſcriptoribus Tragicis ſæpe extra Choros occurrere dictiones *Æolicas*, *Doricas*, *Ionicas*, (quarum exempla nonnulla citavi *Parte Prima Obſerv.* ad

Sopho-

Sophoclis Oed. Col. v. 910. de qua eadem re in *Altera* parte pluribus diſputatur;) aut alias rurſus pro *Atticis* in Ελληνικοις reperiri. Qui autem orthographiam et dictiones certas certæ genti Græcæ adſcribunt, ac cæteris *omnino* abjudicant, et contra uſum naturamque linguarum peccare videntur, et Grammaticorum rationem, qui de dialectis tradiderunt regulas, minus intelligere. Atque adeo ſæpe illos invehuntur, quod Atticis tribuant, quæ in aliis occurrunt et contra. Nam vocem Atticam plerumque vocant et alteram ἑλληνικον ſive κοινην, non quod ea ſit his vel illis omnino propria, ſed quod uſitatior. Illi vero quam recte judicent docuit *Pierſonus* Præfatione ad *Mœrin*.

Denique adeo *Æolicam*, ſive *Doricam*, antiquam fuiſſe Græciæ dialectum, et cæterarum dialectorum principem ac quaſi matrem, ſtatuamus, quam loquebantur non una gens, ſed antiqui univerſi Græci, unde cæteræ variis mutatæ cauſis defluxerunt. Venerandæ iſtæ antiquitatis multa ſunt veſtigia in recentioribus etiam ſcriptoribus: plura vero cuique, ut par eſt, quo ſit antiquior. Quam plurima ſunt in Homero fere primævæ ſimplicitatis vocabula, quæ ut probabile eſt, quum ſcriberet, vulgi uſu excidiſſe, ita plane conſtat grammaticos veteres, qui poſt eum vixerunt, eorum cum origines, tum ſignificationes, parum perſpexiſſe, analogiæ iſtius cognitione, quam repererunt noſtri ſeculi homines et

exco-

excoluerunt, cujus ope lingua in primis Græca ad prima ſua elementa redigatur, deſtitutos. Atque hinc tot *Homero* απαξ λεγομενα, tot vocabula quæ a poetis fuiſſe ficta* dicunt, et tot alia, quæ ad poeticam licentiam referuntur, ſed quæ forſan a vetuſtate repetita fuerint, atque extant antiquiſſimæ dialecti monumenta. Cuſtodes enim linguæ antiquioris ſimplicioriſque ſunt Poetæ. Etenim quæ vulgo obſoleverunt, illa ipſa affectabant, quæ gravitatem dignitatemque orationi tribuerent. Verba autem quæ antiquitatem redolent, *et ſanctiorem et magis admirabilem faciunt orationem*, ut bene *Quinctilianus*, et legentium adeo animos mirifice oblectant. *Eo ornamento*, inquit idem, *acerrimi judicii P. Virgilius unice eſt uſus*; ut inter noſtrates *Miltonus* et *Thompſonus*: quod quoque ſcriptis ſuis liberrime adſperſerunt Tragici veteres.

Jam quæ dicta ſunt, eo pertinent, ut oſtendant, " Æolicam dialectum non unius gentis " fuiſſe propriam, ſed antiquam univerſæ Græ- " ciæ dialectum: deinde ex progreſſione linguæ " Græcæ, et cognatione dialectorum ejus, ac " tempore quo vixerit Homerus, atque conſuetu- " dine poetarum, antiquitatis ſcilicet cuſtodum,

* Ariſtotelis locus eſt, Poet. Cap. XXI. qui huc pertinet, fortaſſe ſic legendus, Πεποιημενον δε εϛιν, ὁ ὁλως ΜΕΜΗΧΑΝΗΜΕΝΟΝ, ΕΠΙ τινων αὐτος τιθεται ὁ ποιητης, niſi participium aliquod ſub ὑπο τινων latet. Vulgo μη καλουμενον, ὑπο.

" *Homerum*

" *Homerum Æolica* dialecto usum *potuisse:* denique
" ex testimoniis ipsius poematum, una cum scrip-
" torum veterum auctoritate, *revera* ea fuisse usum:
" atque adeo *Æolicum* Digamma ab *Homericis* scrip-
" tis *olim* non alienum."—Et hæc hactenus de progressione et cognatione Græcarum dialectorum, et de Æolismo Homerica, summatim quidem et leviter, sed ut in præsens potuimus.

II. Et cum satis appareat *Homericam* orationem, magnam in partem, esse *Æolicam*, atque adeo Digamma suis scriptis non abhorruisse, de signo quoque illo simul Dawesiano ['] jam actum esse videatur. Verum cum ille post alios putaret signa [ʽ et ʼ] inventa fuisse, ut *duas* res *diversas* exprimerent, atque adeo illud pro *He*, hoc vero ut ipse primus censebat, pro *Vau* positum; si effici possit ut probabile videatur *duo* illa signa *eandem* aspirationem designasse, cumulate forsan argumento satis faciemus. Atque de hac re verba *Francisci Wise* proferre liceat *. " Cum antiqua dialectus paulo emolliret, atque alphabetum elementorum numero augeretur, Digamma F negligi cæpit; et ante quam in desuetudinem prorsus abierit, forma ejus facta fuit mutila; ita ut superior linea tolleretur, hoc modo, ⊢; vel quando βȣϝοφηδον scribebant, sic ⊣. *Utrumque* enim signum *aspirati-*

* *Enquiries concerning the first Inhibtants, &c. of Europe.* p. 134.

nem

nem notaſſe arbitror; et minime mihi perſuadere poſſum nempe poſteriorem notam priori contrarium ſonuiſſe: namque nihil erat, cur lenis ſyllaba ita diſtingueretur. Haud neſcio *Quinctilianum* Romanoſque Grammaticos contra meam ſententiam omnino facere: verum Romanæ *Inſcriptiones* plus quo vis cunque Grammatico valere debent. Iſtæ autem *utraſque* notas præſtant nullo diſcrimine adhibitas *aſpirationis* loco; et ψιλὴν quidem, lenemve, ut eam vocant Grammatici, altera fortaſſe ſæpius: ut in hiſce,

T. OCTAVIVS THALLVS E VIBIA R⊣ODE
SAPPIENA LYC⊣NIS MATPIS
DIGITO P⊣ARNACE
DIS MANIB. SACR. IVNIA PANNYC⊣IS.

Fabretti Sylloge Inſcript. p. 195.

Iſtæ quidem inſcriptiones Quinctiliani Ævum videntur non æquare; verum Græcis accentibus multo ſunt antiquiores. Cum primum in uſu eſſe cæperint accentus, hoc eſt mille abhinc annis, Græci librarii his notis pro *leni* et *aſpero* ſpiritibus utebantur: cujuſmodi diſtinctio in vetuſtioribus Græcorum numiſmatis et marmoribus occurrit nulla. *Aſperi* loco hoc ⊢ deprehendimus, ut in ⊢ΕΛΕΝΙΤΩΝ. *Goltz.* ⊢ΗΡΑΚΛΗΙΩΝ. *Goth. Num.* vel FΗΡΑΚΛΗΙΩΝ, ut in *Beger. Theſaur. Brand.* 204. Illud vero ⊣ nunquam pro *leni* adhibetur." Atque

hæc

hæc sufficiant de signo illo, quod literæ Digamma loco adhibendum voluit *Dawesius.* Cum vero signum illud minus placeat, inquirendum porro num *Æolica* litera *Homericis inserta* scriptis, qualia nempe nobis remanserint per Græcos Homerico ævo recentiores tradita, magis placere debeat.

Fuerunt igitur, qui vel post editam *Dawesii* sententiam nihilominus *Bentleii* sententiæ faverent; atque ita etiam ut putarent novum Homeri editorem, quæcunque commoda ad poetam alias emendandum aut illustrandum adferat, minime compensare posse litera illa desiderata. Quibus ego equidem nolim accedere. Quippe difficillimum sit necesse est certo definire, quà istam literam quovis verbo usurpabant veteres, cum in diversa abire soleant, qui de ea re ad judicandum sunt peritissimi. Deinde ubi antiqui Digamma adhibebant, sæpe ipsi vel recentiores ei alteram cognatam literam substituebant, ut Ϝαω, vado, βαδω, βαινω; Ϝαδυς, βαδυς, ἁδυς, ἡδυς; Ϝαδω, γαδω, γαδομαι, gaudeo, ἁδομαι, ἡδομαι; Ϝισχυς, viscus, βισχυς, γισχυς, ἰσχυς; θαϜασσω, θαβακος; volo, βυλομαι, &c. Prout enim digamma sonum labiis vel faucibus palatoque formabant, sic facile, pro mutabilitate enunciationis, ei succedere potuerunt B, Π, ΠΗ, Φ, M, Γ, K, KH, X. Quamobrem fere putem *multa* vocabula quæ in Hesychio occurrunt literis B vel Γ scripta, non esse errores

errores ex inſcitia librariorum ortos *, aut quas peperit figurarum ſimilitudo †, ſed varietates enunciandi quæ innotuerunt antiquiſſimis Græcis, quorum ſimiles proprietates ſervavit *Heſychius* a Laconibus, Bæotiis, Cretenſibus, Pamphyliis, &c. ſumptas. E. g. probabile eſt verba illa γαδειν, γαδεπαι, γαδεω, ſic tum ab aliis enunciata fuiſſe pro ϝαδειν, &c. cum a Latinis, quorum *gaudeo*, et *gaudium*, plane eodem pertinent ‡.

Porro in iſtis vocabulis, quibus duplex ϱ ineſt, priorem corruptelam eſſe cenſet *Daweſius* et portentum ſcilicet. Hoc quoque late pertinet, et multa occurrunt, quæ ſcrupulum injiciant. Et primo Dores et Æoles, hoc eſt, antiquiſſimi Græci, dicuntur duplices conſonantes frequentaſſe: qualia, inter alia multa, εγερρω, φθεϱϱω, τοσσος, οπ‌πως, &c. quæ vide apud *Gregorium* ed. *Koen*, p. 276. Nempe longam ſyllabam per Digamma, vel iteratam ſequentem conſonantem, vel τῃ Digamma cognatam aliquam, et ſimiliter, efferebant: quorum loco recentiores ſæpe longas vocales et diphthongos adhi-

* Vide *Taylor*. ad Marmor Sandvicenſe, p. 44.

† Vide *Foſter*. de Accent. et Q. p. 135.

‡ Ut credam γαδειν, γαδεω, &c. non eſſe librariorum errores, præter Latinum *gaudeo*, inducit me in animum quoque verbum florente Græcia uſurpatum, nempe γηθεω, quod ipſum quoque ſignificat *gaudeo*, quodque, ſi ei recentioris inventa ſæculi detrahas, præſtat γαπεω, (vel potius γατεο,) quod quomodo ad γαδεω pertineat nemo non videt.

 buerunt.

buerunt. Et ſic opinor accidit iſtis Τοῤῥα, Τῳῤῥα, Τοφρα, quorum origo non dubito, quin ſcripta fuerit Τοδρα, quoquomodo accipias ea, pro κατα το, δια το, &c. vel pro επι τῳ, vel ἑνεκα τε. Nec non ſimiliter hodierni Græci pro βασιλευς dicunt βασιλεφς; et pro αυτος, αυθεντης, αφτος, et αφθεντης, de quibus vide Miſcell. Obſerv. Tom. VII. p. 27. et præſtantiſſimum librum *de Origine et progreſſu linguarum*, ſupra citat.

Alia etiam Grammatici tradunt Æolici diplaſiaſmi exempla, in quibus repetuntur λ et ν, ut κτεννω, φαεννος, εμμι, εμμα, μελλιχος, εννεπε, κεννος, &c. pro quo diplaſiaſmo recentiores uſi ſunt vel diphthongo, vel ſimplici conſonante. In poetis autem ſæpe occurrit brevis vocalis producta ante *ſimplicem* conſonantem liquidam. "Literarum enim, quas liquidas vocant, inquit *Brunckius* ad *Æſchyli* Septemtheb. 490. ea vis eſt et proprietas, ut quia earum ſonus facile nec ingrate *geminatur*, brevem vocalem producant." Verbis, quæ memorat vir doctus, addere poſſumus, *Pōlypus*, Horat. Epod. XII. 5. *mēlos* ibi a *Baxtero* citatum e *Perſio*; ſic quoque ut videtur κᾱλος κᾰλος *Theocrito*, et *Homero* Αχῑλευς et Αχῐλευς, (ita enim ſemper ſcribitur in Codice, cujus lectiones refert Erneſtus in Addendis Homericis.) *Vāle vāle, inquit Iola*, Virgilio. Eadem ratione, ut videtur, *perſŏnus*, et *perſōna*, larva. Immerito autem viris doctis diſplicuiſſe putem mutatam quantitatem; qui aliud adeo etymon quæſivere, quam *perſŏnus:* Namque in derivatis,

vatis, ſuis etiam, non ſemper quantitatem obſervant Latini *. *Velet* pro *vellet* legitur in *ſenatus conſulto Marciano*, vide *Taylor*. in *S. C.* illud adjectum ejuſdem *Elementis Juris Civ.* Atque adeo malim ελαϐε, ſi minus placeat ελλαϐε, quam cum *Daweſio* εWλαϐε. Jam vero ſi *una* liquida hanc poteſtatem habet, ut *ſimplex* vocalis ante eam *producatur*, quid fiat de illis βούλεσθαι, εϐούλοντο, (vide *Taylor*. ubi ſupra) quæ apud Homerum *diphthongos*, quæ vocantur, præbent ante liquidam *correptas?* Præſtare videntur βόλεσθαι, εϐόλοντο, ut corrigunt nonnulli, quibus favent Codices MSS. Certe commodus nimis eſſe videtur, qui grammaticorum placito credat de diphthongo ΟΥ apud Æoles ante conſonantem *correpto* †, ut aiunt: et multa quidem

* Vide *Gatakerum* Diſſertat. de *Nomine Tetragrammato*, p. 36. in editione *Operum Gatakeri* ſplendida et optima *Trajecti ad Rhenum* edita, 1698.

† Hoc quoque minus probabile videbitur, ſi *Gatakeri*, accuratiſſimæ viri eruditionis, ſententiæ, (in Diſſertatione de iſta re ex profeſſo ſcripta,) *nullas eſſe diphthongos* accedamus: et literas illas ι, υ, alteri ſubjectas, quæ alibi vocales ſunt, iſthic conſonantes fieri, eadem ratione, qua noſtra *y* et *w*, in *may, joy, claw, dew, now*, &c. Et ſic ο in βουλεσθαι corriperetur ante duas conſonantes, quorum vis æquet *duas liquidas*. *Gatakeri* Diſſertationi hoc addere poſſumus ad ſententiam ejus opinor confirmandam. Notiſſimum eſt *Digamma* inter duas vocales *conſonantis* vice functum fuiſſe: et porro iſtud Digamma in ι et υ ſæpe abiiſſe. Ut ποϝα fit ποια, *herba*; λοϝω, λουω *lavo*; &c. Cum vero literæ Digamma loco ſucceſſerint ι et υ, quidni ejuſdem quoque ſucceſſerint poteſtati? quidni υ in λουω ſit conſonans

contra id diſputari poſſint. Cum vero Homerica ſcriptura ad recentiorem corrigeretur, inter alia, quod reperit librarius ſcriptum βολεσθαι, mutare in βουλεσθαι potuit ut cæteris conveniret.

Deinde in eodem verbo vim literæ Digamma quam modo agnoſcebant, eandem modo pro nihilo habebant. Exemplum ad hanc rem a *Priſciano* adductum eſt,

Αμμες δ' Fειργαν το δε τ' αρ θετο Μωσα λιγαια.

quod Daweſio vehementer diſplicet. vide p. 168, 169. emendatum igitur ab eo Αμμε, vel Αμμι δε Fειραν. — Priſciani vero obſervationem ex *Homero* confirmare ut videtur poſſumus. Verbis ειδω, ιδον, &c. antiquiſſimos Græcos literam digamma præfixiſſe conſtat ex Latino *video*. Et ſic profecto apud *Homerum* metro eam interponimus in hiſce:

1 Θαμβησαν δε και αλλοι, ες αλληλες δε Wιδοντο —
2 Δεξιος αΐξας ύπερ αστεος· οἱ δε Wιδοντες, &c. &c. —

In ſequentibus vero digamma nihil valet,

1 Ως φασαν· οἱ μεν ιδοντο πονευμενον ———
2 Ου ποτε γ' ὡδ' Οδυσηος αγασσαμεθ' ειδος ιδοντες. —

ſonans æque ac *v* in *lavo?* de quo poſteriore nemo dubitat. Deinde nonne ex hac *Gatakeri* doctrina bene et facile perſpicere poſſumus, cur *diphthongi*, ut aiunt, ante *vocalem* corripiantur, ante *conſonantem* vero producantur? Nam in πολλοΙ οθεν eandem vim habet ι quam alia quælibet ſimplex conſonans, ut cum præcedente vocali breve ſonet tam quam πολλοΙ οθεν, μακροΣ οθεν, vel ſimile quid; verum πολλοN ποθεν, ut longum ſonet, pariter atque πολλoN ποθεν.

Quid

Quid enim de hoc faciamus αγασσαμεθ' Ϝειδος Ϝειδοντες! Eadem ratione opinor bene ſcribitur et δωρα ανακτι, επεμψε αναξ, (h. e. δωρα Ϝανακτι, επεμψε Ϝαναξ,) &c. et παντεσσι δ' ανασσειν, χαρεποιο τ' ανακτος; (nam id egit Digamma ſyllabis interpoſitum et præfixum, ut vim enunciationi tribueret, et hiatum ſuppleret; cui officio bene ſatis videntur facere conſonantes ν, θ, δ', τ', in μιν, αγασσομεθ', &c.) quæ vero, ut alia ſimilia corrigit *Daweſius*; atque hæc ſane πασιν δε ανασσειν, χαρεπτε τε ανακτος. vide p. 141. Et ſic quoque Latini modo *audīvi*, modo *audĭi*, dicunt; nunc *lenīvi*, nunc *lenĭi*; *fūviſti* et *fŭiſti*, &c. de quibus iterum infra.— Quod vero de Digamma dictum eſt, idem fere *aſpero ſpiritui* accidit, qui ab ea formatus, quique ei ſimiliter brevem ſyllabam præcedentem producere poteſt; quæ tamen vis plerumque pro nihilo habetur. Verum quod digamma *non nunquam* accidit, id aſpero ſpiritui contigit *plerumque*.

Jam in iſtis omnibus, in quibus Digamma alteri cognatæ literæ locum ceſſit; vel pro nihilo habebatur; nempe in βαινω, βαδω, βαδυς, γαδειν, *gaudeo*, φθεγγω, τοφρα,—Αμμες δ' ειραναν, &c. quæ uſus ac conſuetudo antiquiorum confirmaverit, immutare non horum eſſe temporum videtur.

Denique non tantum difficultas rei, et periculum, ac incertitudo Digamma inſerendo obſtant, ſed et aliud quoque quod fortaſſe majus eſt. Nempe ſi una antiqui alphabeti proprietas reſtituatur, quidni

quidni alias etiam *Homeri* ſcripta ad *Homerici ævi* ſcripturam exigantur? Iſtud ſcilicet Alphabetum *longis vocalibus*, *diphthongis*, et *duplicibus conſonantibus* carebat; quibuſcum recentioribus inventis miſtum ſane Digamma, quid aliud fuerit, quam Doricus character ædificandi cum Ionico aut Corinthiaco, aut utroque ſimul in eodem ædificio adhibitus? Verum enimvero ut pauciſſimi, vel nemo, non temere, ut videtur, et ſine periculo nonnulla *Homerica* revocare tentent: neminem prorſus quenquam omnia verendum eſt revocare ullo modo poſſe. Nam poematis, quæ tam multis abhinc ſæculis ſcripta fuerint, (quorum oratio etiam florente lingua Græca Græcis ipſis obſoleverat) quæ tot adeo gloſſatoribus explicata, tot Criticis emendata, quid mirum ſi plurima antiquioris dialecti exempla interciderint, quæ alii locis ſuis moverunt ob ignorantiam, alii quod putarent analogiæ ea repugnare, vel conſuetudini ſuorum temporum. Dorica et Æolica, et Ionica, veteraque Attica, plurima e Tragicis deturbata ſunt, quorum multa viri docti e collatione Codicum MSS. et Scholiorum deprehenſa reſtituerunt; et multa adeo quid vetat putare, quin in perpetuum perierint. Tanto plura vero *Homero* periiſſe credibile eſt, quanto eſt antiquior. Ad hoc, multi veteres Critici ex profeſſo emendationem *Homeri* inſtituerunt: et quamvis Scholia, quæ extant, ſæpe quid ab *Ariſtarcho* aliiſque mutatum monent; attamen

men exiguam profecto commentariorum, præsertim vetustiorum, in poetam conscriptorum partem habemus, itaque multas mutationes ab iis factas nescimus forsan, pro *Homericis* hodie habitas. *Homeri* quidem poemata, qualia nunc habentur scripta, non immerito, ut videtur, Homeri *rifacimento*, ut Italo utamur vocabulo, vocemus, non quasi tanta sane licentia immutata, quanta *Boiardi*, Itali, poema a *Bernio* *, neque quanta *Chauceri* nostri poematia a *Drydeno Popioque* conversa, sed majore, ut videtur, quam *Spenserus* ab *Hughesio* editus. Sed vel sic demum quod ad *scripturam*, de qua hic maxime agitur, pertinet, longe plura antiquæ dialecti Græcæ vestigia in Homero, quam alibi, invenienda. Interim vero eadem et integra est *loquendi* forma, eædem *sententiæ*, iidem characterum *mores*: qui ita depinguntur, ut POETA ubique animos legentium tanta dulcedine perfundat, quanta ex omnibus, quotquot extiterint, huc usque profecto potuit nemo.

Jam vero etiam si minus bene †, ut videtur, faciat, qui *hodie* Homericis scriptis, nempe *qualia nunc habentur*, Digamma, cæteraque *Homerici ævi* propria, restituere tentet: verum tamen multum expedit scire, quæ fuerint hæc, et ubi illud locum

* L'Orlando Innamorato del BOIARDO, rifatto da Francesco BERNI.

† Supra dictis accedant, quæ observata sunt infra in *Specimen Homericæ scripturæ Uptonianum*.

habuerit. Quantum harum rerum ſcientia ad metra expedienda pertineat, ex *Bentleio*, *Daweſio*, *Tayloro**, probe ſcimus: qui poſterior vir doctiſſimus optime quemque monuit, qui poetam legere velit, ut *Homerum* ſecundum *Homericum alphabetum* legat, et quæ iſtius propria fuerint, in *animo habeat*: (nihil enim virum doctum de Homeri *editione* vel litera Digamma, vel alia quaquam antiqui alphabeti proprietate, inſignita, cogitaſſe putem.) Quod vero forſan majoris eſt, cognitio antiqui Græcorum alphabeti, et præſertim poteſtatis ac uſus literæ *Digamma*, multam et utiliſſimam lucem inter origines linguarum (dicam? cum revera unius et ejuſdem ſint ſtirpis; an dialectorum?) Græcæ Latinæque indagandas dabit †. Nonnulla e ſupra adductis verba afferre liceat, quorum ratio Etymologica, (de qua

* Vide *Elements of Civil Law*, p. 553.—555. *There are paſſages which generally are paſſed over diſregarded, and without being underſtood, by all ſuch who are ſtrangers to the circumſtances of Greek literature at the time when Homer wrote.—Upon the whole, a man who ſits down to Homer, muſt read him in his own Alphabet; and not ſcrutinize his text by powers and characters, by thoſe helps and conveniencies of language, which were introduced after his age, and of which it is impoſſible he ſhould have had any Idea.*

† *By keeping the* Digamma *in view, by diſcerning where it has formerly been affixed to a vowel or a conſonant, or admitted between two vowels; by noting its ſeveral gradations, and what letters came into the place of it, we may perhaps diſcover the gradual refinement of languages, and conſequently the cognation of dialects.* Vide *Wiſe's* Enquiries, p. 139.

peri-

peritiorum ſit judicium,) quod hic et antea diximus, forſan illuſtrare poſſit. Jam Αω, ſive ϝαω, primitus ſignificat *eo*; deinde *pervenio*, ſive *finem viæ facio*; et ſic *conſiſto*, *quieſco*, *ſedeo*, et me pono, *inclino*, *jacio*; deinceps *pono*, *jacio*, *ſterno*, *alterum*. His poſitis erit, quo ſequentia facile referantur. Ab Αω fit ταω, et θαω antiquum pro *ſedeo*, unde θαασω, θαζω, θακος. A θαϝω fit θαβω, θαβα*, unde TABULA, quæ alicui ſupponatur, in quam ali-

* Θαβα. Atque hinc fortaſſe proprium nomen, Θηβη, quod poſtea dictum Θηβαι. Et ſic opinor Αστυ de *urbe* dictum, a στω, unde Lat. *ſto*, et Græc. σταω, ισταω, &c. Αστυ igitur eſt *ſtatio*, *ſedes*, *manſio*, *habitatio*, *urbs*. Et ſic quoque, quod notabat *manſionem*, *domum*, nempe οικος, fit *Vicus*. In his vero, ut ab innumeris vetuſtis oſtendi poſſit, a *generali* transfertur *propria* ſignificatio. *Philochorus*, Grammaticus, in Etymologico M. Αστυ quoque a στω derivat; nec male quidem ad ævum refert, quo primum homines προτερον νομαδες και σποραδην ζωντες συνηλθον επι τας κοινας οικησεις. Initio α additur ut ſæpe alias (ſicut quoque ε, ι, ο, ut in εθελω, ιστημι, οκελλω, ορυσσω, &c.) Quæ vero vocabulis præfigitur *compoſitionis* cauſa *ſolummodo*, ut ſæpe fit, ridiculas admodum argutias et errores Grammaticis peperit, qui in multis vocabulis α *privativam*, ut aiunt, cogitantes nihil non fecerunt ut *privandi* vim *copiæ* ſignificationi accommodarent: in quibus ſunt vetuſtiſſimi etiam Homeri interpretes. Iſtiuſmodi ſunt verba αξυλος, αθεσφατον, αβροτη, αμβροσιη, (ubi de *cibo deorum*, et de *nocte*,) αστηρ, αστεροπη, ακολος, &c. Ut vero αδω, ακμη, &c. adſciſciunt ι, ſic idem huic literæ præfixæ accidit, ut αιδεισθαι, αιδηλος, αισδηλον, ſive αιζηλον, unde αειζηλον, (ut αιδω, αειδω,) αιζηος, αιητον, αιζαλεος, αισυλος, &c. Ut στεροπη adhuc extat ſine α adſcititiâ; ſic STELLA quoque, ut opinor. *a-Ster* enim et *Stella* eodem refero, uti vulgo ſolemus *ager* et *agellus*; *caper*, *capra*, et *capella*, &c. Sed hæc ſatis τη α adſcititiæ του Αστυ.

quid reponatur: θαβος, θαμβος, *ſtupor*, ex rei actione. Ut Virgilio *mortalia corda Per gentes humilis* ſtravit *pavor.* θαπα etiam *ſtupor*; ταπης, ταπεινος, θαπτω ad ſimilem actionem pertinet. Ut a θαω, θακος, ſic a θαβω, θαβαω, θαβακος, *ſedes.* Hæc cum conſonante præfixa. Reſtant, quæ conſonante præfixa carent, Αβαξ, Abacus, αβακης, αβακημων, αβακεω: et quæ huc uſque, opinor, minus intellecta a ſupra dictis facile explicantur. Et primum Αβαξ, et ABACUS fiunt ab Αϝω, ut θαβακος a θαϝω, et ſignificant *repoſitorium aliquod, menſam, tabulam,* &c. deinde αβακης, αβακημων, *quietus, ſtupidus,* ανοητος: unde facile derivatur ſignificatio, quam *Homeri* απαξ λεγομενον, Αβακεω habet, *ignoro.*—Sic ab οω, *eo* (unde οιω, et οια *via,*) ſive Ϝοϝω, fit VOLO, βολω, (unde Æolica βολα, βολλα,) βουλω, βουλομαι, ſed ad originem propius VOVEO: οιω *eo*; *fero,* (unde οισω;) *puto,* ut apud *Homerum,* quamvis potius pro *puto* invaluit οιομαι vulgatum, ut τῳ βουλομαι ceſſit βουλω. Hæc vero ad animum transferuntur ab *eundi* ſimplici et primitiva actione, ut omnia quæ ad *appetentiam* pertinebant, ut οργη, ab οϱω; et OPTO, ab οπω, οπτω, unde οπτομαι, *video:* quod οπτω, quoque eſt ab οω, *eo:* verba enim *viſûs,* ut cæterorum *ſenſuum* transferuntur ab externis actionibus: ποθος a ποω, (unde ποϱ Laconicum, et πος, ſive πους commune *,) ποτω, ποθω; ut

* Ποϱ et πος, ut *labor* et *labos,* &c. Ab eodem quoque ποϝω, fit ποϝϱ, ſive PUER, et ποιϱ, ut a καϝω, καυω, et καιω. Deinde ποϱ et παιϱ, ſive ΠΑΙΣ, ut απο, απαι, &c. Ποϝϱ vero et *puer,* non quia *pedes* ſunt et radices generis (vide ad *Heſych.*), ſed quia *fiunt* et *naſcuntur* a parentibus, ut ποαι *herbæ* et *gramina,* atque οζοι ramique, a *terra* et *arboribus* exoriuntur.

PETO a πιω, unde πεδον, et PES *. Primitivæ vero actionis adhuc extant, οισω (*feram*), οια (*via*), VOLO, (*volare*,) VOLVO, (ut ab ὑλη, ſylva,) οϱω, οϱγαω, ab οϱγω, URGEO, οϱμος, ORDO, ORDINO, οϱθος, οδος, οθω, &c. Addam unum ſolummodo, quod hujus ope analogiæ melius, opinor, quam exponi ſoleat, explicare poſſumus, *Vanus:* quod alii deducunt a *Valde anus!* alii aliter; quorum ſententias vide apud *Voſſium*, qui vir doctus ipſe cenſet *Vanus* derivari a φαινειν, quia id verum non eſt quod apparet: vel a κενος quod eſt *vanus*. Nemo autem cogitat, quod obvium, et ſimplex, et verum puto, *vaneo*. Iſtud refero eodem quo βαινω. Ϝαω, Ϝανω,

* Cognatæ autem formæ ſunt *peto*, ποθω, ut λεγω, LOQUOR, φεϱω, φοϱω, &c. Hoc magis notatu dignum eſt, quod tales varietates ſæpe referuntur ad præteritum *medium*, ut vocatur: Cum tamen a diverſis oriantur ſed cognatis formis. Namque ut quinque ſimpliciſſimæ ſed diverſæ formæ αω, εω, ιω, οω, υω, eandem primitivam et generalem actionem notant: ſic omnia alia verba, (et omnia ſane ab iis oriuntur,) quæ peculiarem aliquam notant actionem, variari poſſunt ſecundum eas formas, ita ut ad eandem ſimul actionem pertineant. Sic Βαω, παϜω, (unde PAVI, et πασομαι) FABA, PABULUM, PASCO, PANIS, φαγεω; ΒιϜω, BIBO, πιω, πινω; Ϝοω, VORO, Βοω, βοϱω, βοϱα, βοσκω, ποω, (unde πεπωκα,) POTO.—(*Pavi* autem a παϜω, et GNOVI a γνοϜω, ut *audiſo audivi*, *lego legi*, &c. *Paſco* enim et *gnoſco* daret *paſci* et *gnoſci*, ut *poſco*, po-*poſci*.)—Quæ omnia ad eandem *deglutiendi* actionem pertinent. Quomodo vero hæc ſignificationes ad generalem et primitivam pertineant notionem, quæ quinque formis ſimpliciſſimis αω, εω, ιω, οω, υω, ineſt, alibi eſt inquirendum.

βαινω,

βαινω, &c. *Vanum* igitur ſit, quod *abiit*, *evanuit*, quod nihil eſt, ϰδεν, ϰπιδανον. *Vaneo* autem et *Vanus*, ut *Caneo* et *Canus*.—Atque hæc dicta ſunto in univerſum de quarta Sectione Miſcellaneorum.

P. 120, 121.] Eandem fuiſſe Græci F, quam ſyllabæ OΥ poteſtatem, *mirum* eſſe *errorem* Dionyſii Hal. putat Daweſius, "quodque nemini unquam alii "ϰδ' εν ονειρϱις in mentem venerit." Optime *Dionyſium* defendit *Foſterus* de Accent. et Quant. p. 127—130. Nempe Dionyſius Græcum F et Latini V, per cognatum ſonum OΥ extulit. Atque id eum recte feciſſe docuit *Foſterus* ex conſuetudine Græcorum, qui *Severus* ſcribunt Σεϰηϱος; *verus*, ϰηϱος; *Varro*, Ουαϱων, &c. ut Latinis ſimiliter ϰαι in *væ* abiit:—Eandem rationem Gallos hodie obſervare, qui noſtrum W per OΥ deſignant, ut *Cornwall* per *Cornouaille*; quam confirmat quoque auctoritate illuſtriſſimi ſcriptoris de Anglica grammatica, qui ſonum conſonantis W per OU explicat. Sed totus locus dignus eſt qui legatur. Ante *Foſterum* vero idem docuerat *Gatakerus*, (*de Diphthongis*, p. 6.) qui, *Dionyſio* laudato, ei conſtantem fere ait Græcorum conſuetudinem adſtipulari; qui pro *Valerio*, *Verginio*, *Veientibus*, *Volſcis*, Ουαληειον, Ουεϱγινιον, Ουεντανϰς, Ουολουσϰϰς, paſſim nobis repræſentant.

P. 121.] In Sigea inſcriptione, quod ſcribitur

μελεδαινεν

μελεδαινεν correxit Dawesius μελεδαινειν. Vetusta autem Græcorum scriptura in infinitivis exhibuit εν, non vero ειν, de qua re vide *Gregorium*, p. 141, 142. ubi *Koenius* Dawesii mutationem improbavit, et veteris scripturæ exempla addidit. En vero inscriptionem, qualem nuper integram repræsentavit, vir doctissimus et de Græcis Antiquitatibus optime meritus, *Ricardus Chandler*, in *Inscriptionibus Antiquis*.

ΦΑΝΟΔΙΚΟ: ΕΙΜΙ: ΤΟΗ
ΟΧΟϘΠ ΟΤ : ΞΟΤΑϘΧΟΜϘΞ
ΝΕΣΙΟ: ΚΑΓΟ: ΚΡΑΤΕΡΑ
ΜΘΞΗ ΙΑΧ : ΝΟΤΑΤΞΙΠΑΧ
ΟΝ: ΕΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ: Ε
ΥΞΊΙΞ : ΑΜΞΝΜ : ΑΧΟΔ
ΕΥΣΙ: ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΠΑΣΧ
ΟΕΜ : ΝΞΝΙΑΔΞΛΞΜ Ο
ΣΙΓΕΙΕΣ: ΚΑΙ ΜΕ ΠΟ
ΙΑΧ ΞΟΠΟΞΙΑΗ : ΝΑΞΙΞ
Η Α Δ Ε Λ Φ Ο Ι.

Post *Chishullum*, *Maittarium*, *Dawesium*, alios, vir summus quoque Emend. ad *Suidam*, P. III. p. 306. inscriptionem refingere et supplere tentavit. Sed nihil opus est, ut virorum doctorum conjecturas repetamus, cum Cl. *Chandlerus*, doctissimus αὐτοπτης, manifesto scriptum esse testetur μελεδαινεν ΜΕΟ Σιγειες. Hoc est, *si quid vero patiar*, *siquid accidat*, *habeatis*

volo

volo curam mei, O Sigeenſes, ut quicquid ſit detrimenti, reparetur. Cæterum formula teſtamentaria ſunt hæcce: εαν δε τι πασχω, μελεδαινειν με, ο Σιγειεις. Teſtamentum Ariſtotelis apud *Laertium*, L. V. §. 11. ſic incipit, Εσται μεν ευ· ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΣΥΜΒΑΙΝΗΙ, ταδε διεθετο Αρισοτελης· επιτροπον μεν ειναι παντων και διαπαντος Αντιπατρον·—ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΑΙ Αρισομενη — κ. τ. λ. Teſtamentum Theophraſti, §. 51. ſimiliter: Εσται μεν ευ· ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΣΥΜΒΗΙ.—Ad Inſcriptionem vero proxime, partim, Stratonis Teſtamentum, §. 61. Ταδε διατιθεμαι, ΕΑΝ ΤΙ ΠΑΣΧΩ.—Μελεδαινειν vero pro βουλομαι μελεδαινειν, ut in jam citatis επιτροπον μεν ειναι pro βουλομαι ειναι—et in iis quæ ſtatim ſequuntur, επιμελεισθαι Αρισομενη: quod επιμελεισθαι recentiorum eſt pro μελεδαινειν. In Theophraſti teſtamento βουλομαι fere ubique ſuppletur.

P. 123.] De vexatiſſimo *Achæi* loco hæc Tyrwhittus: "*Achæi* locum, ut apud *Athenæum* ex-" "tat, L. XI. p. 466. deſcripſit *Daweſius.* In eo" "emendando et interpretando a *Caſaubono* procul" "diſcedit; ab utroque Cl. *Toupius* in alia omnia" "abit, Epiſt. ad Epiſc. Glouceſt. p. 121. Lon-" "gum eſſet ſingula indicare in quibus a III viris" "his illuſtribus ipſe diſſentire cogar. Simplicius" "erit, (Adraſteâ prius venerata,) locum reſcribere," "ut mihi ſcribendus et interpretandus videtur.

Ο δε σκυφος με του θεου καλει παλαι
Το γαμμα φαινων. ———

" Hoc

" Hic ſtigma pono. *Poculum autem me jam diu*
" *vocat*, dei nomen ſcriptum *præferens*. τȢ θεου
" enim cum το γραμμα, non cum ὁ σκυφος conjungo.
" Cæterum deinde uno tenore procedant.

——— Δελτ', Ιωτα, και τριτον
Ο, ΝΥ τε, κ' Υ παρεστ' κ' ȣκ απουσιαν
Εκ τȢ 'πεκεινα Σαν, το τ' Ο κηρυσσετον.

" Quæ ſic interpretor, Δ, Ι, *et tertium* Ο, *et* Ν, *et*
" Υ *adeſt*; *et ex alia parte* Σ *et* Ο *proclamant non-*
" *abſentiam*, i.e. præſentiam ſuam. Ουκ-απουσια ſcilicet
" idem valet ac παρȣσια. Sic apud *Eurip.* Hipp.
" v. 196. habemus ȣκ-αποδειξιν, *non-demonſtrationem.*
" apud *Thucyd.* I. p. 89. την των γεφυρων ȣ-διαλυσιν *pon-*
" *tium non-ſolutionem.* Ad quem locum *Dukerus* et
" auctores ab eo citati dabunt, quæ ad hanc phra-
" ſin illuſtrandam apprime faciant. Neque vero
" locutio illa ȣκ-απουσιαν (vel παρȣσιαν) κηρυσσειν mul-
" tum abeſt ab ea, quam ex *Sophocle*, Aj. 540.
" citavit *Daweſius*. Τι δητα μελλει μη ȣ παρȣσιαν εχειν.
" —Poculum autem ſic inſcriptum concipio, ut in
" uno latere literas Δ, Ι, Ο, Ν, Υ, exhiberet, in
" altero Σ, et Ο. Unde hæc duæ εκ τȢ 'πεκεινα cla-
" mare dicuntur."

P. 127, 128. 133.] In Deliaca inſcriptione, ar-
ticulum, quem quærit ante ανδριας *Daweſius*, ex-
tare putat vir doctus (in Miſcell. Obſerv. T. VII.
 p. 27.)

p. 27.) in voce, quæ ab initio eſt, nempe O; quam plerique mutilam cenſent, pro TO, h. e. τȣ: ſcilicet

Ο αſυτο λιθο εμι ανδριας και το σφελας.

Ο ανδριας και το σ. Veruntamen interpretatur cum Bentleio, *Ejuſdem lapidis ſtatua ſum et baſis.* At *Daweſius* præter alios obſervat vocabulum αυτος de *eodem* dictum, *ſemper* articulum poſtulare. An vero ſemper ac ubique, et apud antiquos et recentiores, id factum fuerit fortaſſe non extra litem eſt.—Senarium quoque cogitabat, ut *Daweſius*, vir doctus in iiſdem Miſcell. Obſerv. T. III. p. 200.

P. 134. l. 14.] Qui in loco Ariſtophanis craſin agnoſcit, ut *Berglerus*, aliique, in Ιτ̓ω tamen elidit ω *Daweſius* ante Η, quam illi retinent. Deinde Ιτθ' reſcribendum voluit: minus bene vero, ut videtur, cum Æolica Dialectus, qua hæc *Ariſtophanea* ſcripta ſunt, aſperum ſpiritum refugeret.

P. 136] Fortaſſe Vil. I. 390. in hac editione corrigere debebam Vil. A. 390. ne quis hic *Daweſium* errati ſive negligentiæ inſimularet, uti in alio loco, p. 109. ubi *Erneſtus* ad *Callimachi* locum, de quo ibi agitur, Od. I. iracundiùs correxit, Od. A. 48. ſecundum quem emendavimus: cum non mihi id temporis ſuccurreret, propter vulgarem *elementi* Ιωτα uſum, quo *decem* deſignatur, *Daweſium* per *ſignum*

illud

illud ſignificaſſe, quod vero certe ſignificavit, *primum* librum Odyſſeæ, ut hic primum Iliados.

P. 159. ab im.] Ως φατο, κωκυWσεν δε μαλα Wμεγα, παιδα Wιδεσα. Hunc verſum fruſtra in *Homero* inquiſivi. Locus ſimilis eſt Il. X. 407.

Τηλοσε· κωκυσεν δε μαλα μεγα, παιδ' εσιδεσα.

Haud ſcio an noſter poſteriora mutaverit, ut conſonanti *Vau* locum faceret.

P. 161. l. 6. et 11.] In loco Pac. 698. (male priore ed. ſcriptum *Veſp.*) editiones legunt επι το ἑιπος cum articulo. — Mox quoque in *Euripidis* loco *Ion.* pro μη — ἑηξης, *Muſgravii* ed. habet ἑηξεις. e MSS. necne incertum: cum de ea lectione nihil monuit. Certum vero eſt μη cum futuro Indicativi conjunctum bene Græcum eſſe, vide *Hoogeven.* p. 711. 23. Cum Indicativo conjungi poſſe docuit quoque *Muſgravius* ipſe ad Phæniſſas: quare putem *Muſgravium* ex induſtria mutaſſe, et e MSS. forſan.

Ibid. l. 23.] Ακταισιν επι ῥηγμισιν — *Muſgravius* e Plutarcho edidit poſt *Pierſonum* Ακραις επι ἑηγμισιν. —

P. 163. l. 12.] *Ariſtophanis* loco pro προσπελουμεν *Berglerus* correxit et in textum recepit, προσπηλεμεν, *carnifici tradimus.*—Ad *Æſchyli* locum, quem citat

Dawesius, *Brunckius* notavit, quæ illius observationem firment.

P. 165, 166.] Observationem *Dawesii* probat *Fosterus*, p. 105. et confirmari eam putat ab iis quæ *Priscianus* dixit de consonante V perfectis quibusdam inserto, quo ista producerentur: qualia sunt *cupĭi*, *cupīvi*; *audĭeram*, *audīveram*; quibus addit ex Ennio, *fuvisset*; ex Lucretio, *fluvida*; *luvit*, ex Lucilio, &c. Diversimodæ enunciationis rationem sic reddit noster: *Si vocali claudatur* λυ-wω, *non potest non corripi: sin a consonante* λῡw-ω, *eam simul ac pronunciaris, ea erit oris figuratio, ut ante sequentem vocalem altera* w *necessario sit efferenda.* Verum nonne simplicior sit ratio, si statuamus λυω et similia, modo longas penultima fuisse, modo breves, prout Digamma inter enunciandum efferretur, vel pro nihilo haberetur, λῡwω vel λῠω? ut non nunquam negligi ait *Priscianus*, atque nos supra ostendere conati sumus. Et nonne istæ rationi favet diversa Latinorum scriptura, *audivi*, *audii*, &c. Si vis præcedentis vocalis eadem per Digamma manere potuit, cur non semper *audivi*, nempe modo *audīv-i* enunciandum, modo *audĭ-vi?* præsertim cum non ea της Digamma vis sit, ut præcedentem vocalem semper producat; confer *ăveo*, *lăvo*, &c. et contra *gnāvo* *, *gnāvus*, *nāvis*, *rīvus*, &c. sed flŭida et flūvida; et sic, ut videtur, λῠω, λῡϝω.

* Gnavus a *Festo*, *Julio Frontone*, et *Vossio* derivatur a *navis*, quasi dictum *a navis velocitate*. Liceat mihi alterum proponere etymon,

P. 169. l, 8.] De Obſervatione illa *Priſciani*, nempe *Æoles Digamma pro nihilo quandoque accepiſſe*, nonnulla dixi, p. 414. et obſerv. ſuperiore, et infra ad *Specimen Salterianum*. Quinetiam ut de ea re Priſciano Daweſius injuria obloquutus eſt, ut mihi videtur, ſic certo Doricam λιγαια in communem λιγεια mutavit infeliciter, ut monuit *Koenius* ad *Gregor.* p. 115. apud quem videre licet λαιας pro λειας, et ſimilia.

etymon, et putare *gnavus* eodem referendum eſſe, quo καμνω *laboro*. Καμνω, a ΚΑΩ, καμω, ut δεμνιον, a δεω, δεμω; ταμνω, a ταμω, unde εταμον, &c. Deinde καϝω, et ΚΝΑΦΩ ut καμπτω et κναμπτω. Denique κναϝω, et GNAVO, ut κναφευς et γναφευς, &c. Vocabulum *gnavus* in uſu fuiſſe, et *ſtrenuum*, *diligentem*, &c. ſignificaſſe, multo diu ante *inventas naves* probabile eſt. Quod ad conſonantes μν inſertas, loco digamma facile ſucceſſerint, ut ſupra dictum eſt, p. 410. cognatæ literæ M, B, Π, Γ, K, &c. Atque adeo a καϝω fieri potuit καμω, καμνω, ut a λαϝω, *capio*, *poſſideo*, *fruor*, λαβω, et deinde λαμβω, λαμβανω, quo modo αβροτος, fit αμβροτος. Sic ab οϝω, unde OS, fit ομμα; et οπω, οπα, οππα, οπτω, οπτος, οπτα, οπτομαι, οπτιλος, οπταλος, οπταλεος, οφθαλμος; οκω, οκος, OCULUS, οκκος, οκτω, οκταλος, οκταλλος. Vide οππα, οπτα, οπτιλος, οπταλεος, οκκος, οκταλλος, et ſimilia Æolica ſive Dorica apud *Gregorium*, p. 272. et *Heſychium*, et doctiſſimos eorum editores. De *gnavus* quoque obſervandum eſt, quod tradunt Romani Grammatici, nempe Romanos literâ G caruiſſe, uſque dum annum U. C. 520, plus minus: de qua re vide *Taylor.* ad *S. C. Marcianum*, p. 557. atque adeo *gnavus* ſcriptum fuit CNAVUS, ut *acna*, *lece*, pro *agna* et *lege* a *M. Victorino* memorata: *exfociont*, in *Columna Duelliana*, pro *exfugiunt*, &c. Et ſic malim PRODIGIUM ad προδεικω, referre, i. e. προδεινυμι, *oſtendo*, *portendo*, quam ad *prædico* probatum a *Cicerone*, vel *pro ago*, quod præfert *Voſſius*, aliique. Et ſic quoque fortaſſe EFFIGIES ad *efficio* pertinet, (ut *facies* ad *facio*,) potius quam ad *effingo*.

P. 173.

P. 173. l. 5. ab im.] Analogiam, qua in formandis patronymicis genitivi terminatio ος vel ου post syllabam *brevem* in ιδης, post *longam* vero in ιαδης migrabat, a *Dawesio* indicatam, quam ille quidem ante isthac ignotam fuisse censuit, confirmat idem doctissimus *Koenius* ad *Gregor.* p. 231. ex Eustathio ad Il. p. 11. 13. (p. 30. ed. Polit.) Ιστεον δε και ὁτι ουκ αει το α ποιητικως πλεοναζει εν τοις δια του ιδης πατρωνυμικοις, αλλα μονον εξ αναγκης, ὁτε περ του ι ΜΑΚΡΑ εστι συλλαβη. οιον Τελαμωνιδης, Τελαμωνιαδης, Νηληϊδης Νηληϊαδης. οὑτως ουν και Πηληϊδης Πηληϊαδης. Sed vide sis alia apud *Koenium.*

P. 176. l. 2. ab im.] Pro μετα ἠθεα edd. habent μετα τ' ηθεα.—Mox, p. 177. l. 8. ab. im.] Pro σμερδαλεος, (qui memoriæ, ut videtur, lapsus,) edd. habent Κυανεος.——

P. 180. l. 4.] De vocibus χαδειν, χαδεσθαι et similibus nonnulla dixi, p. 411.

P. 183. l. 7.] De antiquis terminationibus αντς, εντς, οντς, pro ας, εις, ους, post *Dawesium* monuerunt *Marklandus* de *Quinta Græcorum Declinatione imparisyllabica. Gul. Bowyer* in observationibus *Kusteri* de Verb. M. editioni subjectis p. 86. et scriptor libri eximii toties supra laudati de *Origine et Progressu linguarum*, T. II. p. 547.—Eadem ratione antiqui-

tus

tus εντι, οντι in verborum pluralibus dictum, ubi recentiores εισι, et ουσι.

P. 185. l. 10.] Ηλεκτροισιν εερτο. Od. O. 459. De Dawesii sententia hæc Tyrwhittus. " In Cod. " MS. bonæ notæ inter *Harleianos* N°. 5674. scri- " bitur εερκτο ab antiqua, licet non prima, manu. " In uno margine explicatur συνεδεδετο, απο του ειρω το " συμπλεκω· in altero leguntur hæc Scholia, συγκλεισ- " μενος και ηρμοσμενος ην ο περιδεραιος κοσμος.—Περιδεραιος " κοσμος, απο του συνδεδεσθαι. In altero loco, Od. Σ. " 295. idem Codex habet εεργμενον, neque id tamen, " ut videtur, a prima manu, quod in glossa inter- " lineari explicatur εγκεκλεισμενον. Alius etiam Co- " dex inferioris notæ N°. 5658. habet εερμενον. Quæ " sane Dawesii de hac voce judicium nonnihil con- " firmant. Fatendum est simul me in iis codi- " cibus, aut in duobus aliis ex eadem Bibliotheca, " nihil invenisse, quod conjecturas ejus in reliqua " *Odysseæ* loca suffulcire possit."

* * * * * *

Adnotationem in quartam Sectionem Miscellaneorum claudant duo specimina scripturæ Homericæ Digamma suo suppletæ a duobus viris doctis instituta, *Johanne Upton* et *Samuele Salter* : cujus *Salteri* observationes pauculas non nullam celeberrimæ illi controversiæ *Phalarideæ*, (adeo feliciter a

Bentleio

Bentleio devictæ et compofitæ, ut nihil fupra,) lucem adferentes, neque lectu injucundas, continet editio *Bentleianæ* Differtationis nuper *Bowyeri*, doctiffimi typographi, typis repetitæ. Illud quidem Specimen defcriptum eft, ut integram finceramque Homericæ fcripturæ formam exhiberet; hoc tantum, ut Digamma fuis vocabulis tribueret. *Uptoni* fpecimen editum fuit *Obfervationum* fui *in Shakefpearium* libello, (p. 186.) qui plurima habet obfervata ad antiquas, præfertim Græcas, literas pertinentia, quæ, *per fe*, non minoris effe videntur propterea quod fæpius adhibita, ut Shakefpearii *doctrinam*, an eruditionem! voluerit, illuftrarent: de cujus fane doctrina meliora tandem et faniora edocti fumus a viris noftrarum antiquiorum literarum peritiffimis, a *Farmero* in primis, et *Wartono*, *Tyrwhitto*, ac noviffimo etiam ejus et egregio editore. Specimen vero fic fe habet:

I.

ΜΕΝΙΝ ΑΕΔΕ ΤΗΕΑ ΠΕΛΕΙΑΔΕΟ ΑΚΗΙΛΕΟΣ
ΟΛΟΜΕΝΕΝ Ε ΜΥΡΙ ΑΧΗΕΟΙΣ ΑΛΓΕΑ ΤΗΕΚΕΝ
ΠΟΛΛΑΣ ΔΙΠΗΤΗΙΜΟΣ ΠΣΥΚΗΑΣ ΑΙΔΙ ΠΡΟΙΑΠ-
ΣΕΝ
ΕΡΟΟΝ ΑΥΤΟΣ ΔΕ ϜΕΛΟΡΙΑ ΤΕΥΚΗΕ ΚΥΝΕΣΣΙΝ
ΟΙΟΝΟΙΣΙ ΤΕ ΠΑΣΙ ΔΙΟΣ ΔΕ ΤΕΛΕΕΤΟ ΒΟΛΕ
ΕΚΣ Ο ΔΕ ΤΑΠΡΟΤΑ ΔΙΑΣΤΕΤΕΝ ΕΡΙΣΑΝΤΕ
ΑΤΡΕΔΕΣ ΤΕ ϜΑΝΑΚΣ ΑΝΔΡΟΝ ΚΙ ΔΙΟΣ ΑΚΗΙΛ-
ΛΕΥΣ

Hoc

Hoc ſpecimen, quamvis a viro magnæ et ſpectatæ eruditionis inſtitutum, ſatis, puto, documenti habet, quam difficilis et incertæ operæ ſit, qua Homeri ſcripta ad Homerici ſcripturam ævi revocentur. Multa enim ſunt etiam in brevi iſto ſpecimine, quæ fortaſſe non omnibus placeant. Et primum, pro ΟΛΟΜΕΝΕΝ, Ε, ΒΟΛΕ, quæ hodie ſcribuntur ουλομενην, ἡ, βυλη, haud ſcio an ſcribi debuerit ΟΛΟΜΕΝΑΝ, Α, ΒΟΛΑ. βολα, et βολλα, pro βουλη, dixerunt Æoles. Deinde diphthongos, quæ vocantur, Ου, Ει, et Αι, rejecit vir doctus, retinuit vero Οι, et Ευ, in ΑΚΗΙΛΛΕΥΣ, ΟΙΟΝΟΙΣΙ, ΑΚΗΕΟΙΣ. Nonnulla quoque lis de ΠΣ pro Ψ in ΠΣΥΚΗΑΣ moveri potuit. Etenim ante inventam duplicem literam Ψ, ſæpe, præſertim initio vocabulorum, antiqui Græci σπ dixerunt, ut in σπελλιον pro Ψελλιον: et puto equidem, ſi originem vocis Ψυχη indagemus, ad σπυχη nos, potius quam ad πσυχη, redituros. — ΚΙ ultimo verſu edidit vir doctus: quod vero fortaſſe typographi eſt erratum. Nam qui ΑΚΗΕΟΙΣ pro Αχαιοις ſcripſit, idem quoque, puto, pro και voluit ΚΕ. Et a κε fortaſſe profectum Latinorum *que*.—Sed hæc ſatis. En *Salteri* Specimen :

II *.

Μηνιν αϝειδε, θεα, πηληϝιαδεω αχιληϝος
ουλομενην, ἡ μυρι' αχαιϝοις αλγε' ετευχε,
πολλας ϝιφθιμους ψυχας αϝιδι προιαψεν
ἡρωων, αυτους δε ϝελωρια θηκε κυνεσσιν,
οιωνοισι τε πασι· διος δ' ετελειετο βουλη·
εξ ὁυ δη τα πρωτα διαστητην ερισαντε
ατρεϝιδης τε ϝαναξ ανδρων, και διϝος αχιλλευϝς.

Τις δ' αρ σφωε θεων εριδι ξυνεηκε μαχεσθαι;
λητους και διος ὑιος· ὁ γαρ βασιληϝι χολωθεις
νουσον ανα στρατον ωρσε κακην, ολεκοντο δε λαϝοι.
οὑνεκα τον χρυσην ητιμησ' αρητηρα
ατρεϝιδης· ὁ γαρ ηλθε θοας επι νηϝας αχαιϝων,
λυϝσομενος τε θυγατρα, φερων τ' απερεισι' αποινα·
στεμματ' εχων εν χερσι ϝεκηβολου απολλωνος,
χρυσεω ανα σκηπτρω· και ελισσετο παντας αχαιϝους,
ατρεϝιδα δε μαλιστα δυω, κοσμητορε λαϝων·

Ατρεϝιδαι τε, και αλλοι ευκνημιδες αχαιϝοι,
ὑμιν μεν θεοι δοιεν, ολυμπια δωματ' εχοντες,
εκπερσαι πολιν πριαμου, ευ ϝοικαδ' ἱκεσθαι·

* Huic ſpecimini, (cujus typis impreſſi, ſed nondum antehac editi notitiam *Salteri* cuidam familiari debeo,) novam et minuſculam Digamma formam ϝ pro vetuſta illa F fieri curavit *Salterus*, quæ cæteris literis conveniret æque ac ſ, ˥, ϑ, ξ, &c. Recordari quoque potuit notiſſimum *Popii* locum, ubi Satyricus ille, verſibus quidem facetis et admodum ridiculis, *Bentleium*, et Digamma *ſuum* ſcilicet, in ludibrium vertit, ingenioſior ſane quam doctior poeta. De loco illo, cujus ſales nonnihil deſipuit *Salteri* inventum, vide quoque *Foſterum*, p. 133.

παιδα

παιδα δε μοι λυϝσαιτε φιλην, τα δ' αποινα δεχεσθε,
αζομενοι διος ὑια, ϝεκηϐολον απολλωνα.
  Ενθ αλλοι μεν παντες επευφημησαν αχαιϝοι,
αιδεισθαι θ' ἱερηϝα, και αγλαα δεχθαι αποινα·
αλλ' ουκ ατρειϝιδη αγαμεμνονι ϝανδανε θυμῳ,
αλλα κακως αφιει, κρατερον δ' επι μυθον ετελλε.
  Μη σε, γερον, κοιλησιν εγω παρα νηϝυσι κιχειω,
η νυν δηθυνοντ', η ὑστερον αυθις ιοντα·
μη νυ τοι ου χραισμῃ σκηπτρον και στεμμα θεοιο.
την δ' εγω ου λυϝσω, πριν μιν και γηρας επεισιν,
ἡμετερῳ ενι ϝοικῳ, εν αργεϊ, τηλοθι πατρης,
ἱστον εποιχομενην· και εμον λεχος αντιοωσαν.
αλλ' ιθι, μη μ' ερεθιζε· σαωτερος ὡσκε νεϝηαι.
  Ως εφατ'· εδϝεισεν δ' ὁ γερων, και επειθετο μυθῳ·
βη δ' ακεων παρα θινα πολυφλοισϐοιο θαλασσης·
πολλα δ' επειτ' απανευθε κιων ἠραθ' ὁ γεραιϝος
απολλωνι ϝανακτι, τον ηϋκομος τεκε λητω.
κλυθι μευ, αργυροτοξ', ὁς χρυσην αμφιϐεϐηκας,
κιλλαν τε ζαθεην, τενεδοιο τε ϝιφι ϝανασσεις,
σμινθευ· ει ποτε τοι χαριεντ' επι νηϝον ερεψα,
η ει δη ποτε τοι κατα πιονα μηρι' εκηϝα
ταυρων ηδ' αιγων, τοδε μοι κρηηνον εϝελδωρ·
τισειαν δαναοι εμα δακρυα σοισι βελεεσσιν.
  Ως εφατ' ευχομενος, του δ' εκλυε φοιϐος απολλων·
βη δε κατ' ουλυμποιο καρηνων χωομενος κηρ,
τοξ' ωμοισιν εχων, αμφηρεφεα τε φαρετρην.
εκλαγξαν δ' αρ' οιστοι επ' ωμων χωομενοιο,
αυτου κινηθεντος· ὁ δ' ηϊε νυκτι ϝεϝοικως.

εζετ' επειτ' απανευθε νεϝων, μετα δ' ιον εϝηκε·
δϝεινη δε κλαγγη γενετ' αργυρεοιο βιοιο.
ουρηϝας μεν πρωτον επωχετο, και κυνας αργους·
αυταρ επειτ' αυτοισι βελος εχεπευκες αφιεις,
βαλλ'· αιει δε πυραι νεκυων καιοντο θαμειαι.
εννημαρ μεν ανα στρατον ωχετο κηλα θεοιο·
τη δεκατη δ' αγορηνδε καλεσσατο λαϝον αχιλλευϝς·
τω γαρ επι φρεσι θηκε θεα λευκωλενος ἡρη.
κηδετο γαρ δαναων, ὁτι ρα θνησκοντας ὁρατο.
οἱ δ' επει ουν ηγερθεν, ὁμηγερεες τ' εγενοντο,
τοισι δ' ανισταμενος μετεφη ποδας ωκυς αχιλλευϝς.
Ατρεϝιδη, νυν αμμε παλιμπλαγχθεντας οϊω
αψ απονοστησειν, αι κεν θανατον γε φυγοιμεν·
ει δη ὁμου πολεμος τε δαμα και λοιμος αχαιϝους.
αλλ' αγε δη τινα μαντιν ερειομεν, η ἱερηϝα,
η και ονειροπολον, (και γαρ τ' οναρ εκ διος εστιν·)
ὁς ϝειποι, ὁ τι τοσσον εχωσατο φοιβος απολλων·
ειτ' αρ' ὁγ ευχωλης επιμεμφεται, ειθ' ἑκατομβης·
αι κεν πως αρνων κνισσης αιγων τε τελειων
βουλεται αντιασας ἡμιν απο λοιγον αμυναι.
Ητοι ὁγ' ως ϝειπων κατ' αρ' εζετο· τοισι δ' ανεστη
καλχας θεστοριδης, οιωνοπολων οχ' αριστος·
ὁς ϝηδη τα τ' εοντα, τα τ' εσσομενα, προ τ' εοντα·
και νηϝεσσ' ἡγησατ' αχαιϝων ϝιλιον εισω,
ϝην δια μαντοσυνην, την ϝοι πορε φοιβος απολλων,
ὁς σφιν ευφρονεων αγορησατο και μετεϝειπεν·
Ω αχιλευ, κελεαι με, διι φιλε, μυθησασθαι
μηνιν απολλωνος, ϝεκατηβελεταϝο ϝανακτος·

τοι γαρ εγων ερεω· συ δε συνθεο, και μοι ομοσσον,
η μεν μοι προφρων Fεπεσιν και χερσιν αρηξειν·
η γαρ οϊομαι ανδρα χολωσεμεν, ὃς μεγα παντων
αργειFων κρατεει, και μιν πειθονται αχαιFοι.
κρεισσων γαρ βασιλευFς ὅτε χωσεται ανδρι χερηFι,
ειπερ γαρ τε χολον γε και αυτημαρ καταπεψη,
αλλα δε και μετοπισθεν εχει κοτον, οφρα τελεσση
ταν στηθεσσι Fεοισι. συ δε φρασαι, ει με σαωσεις.
Τον δ' απαμειβομενος προσεφη ποδας ωκυς αχιλλευFς.
θαρσησας μαλα Fειπε θεοπροπιον, ὅ τι Fοισθα·
ου μα γαρ απολλωνα διι φιλον, ᾧτε συ, χαλχαν,
ευχομενος δαναοισι θεοπροπιας αναφαινεις·
ουτις, εμευ ζωντος και επι χθονα δερκομενοιο,
σοι κοιλης παρα νηFυσι βαρειας χειρας εποισει
συμπαντων δαναων· ουδ' ην αγαμεμνονα Fειπης,
ὃς νυν πολλον αριστος ενι στρατῳ ευχεται ειναι.
Και τοτε δη θαρσησε, και ηυδα μαντις αμυμων.
ουτ' αρ' ὅγ' ευχωλης επιμεμφεται, ουθ' ἑκατομβης·
αλλ' ἑνεκ' αρητηρος, ὃν ητιμησ' αγαμεμνων·
ουδ' απελυFσε θυγατρα, και ουκ απεδεξατ' αποινα.
τουνεκ' αρ' αλγε' εδωκε Fεκηβολος, ηδ' ετι δωσει·
ουδ' ὅγε πριν λοιμοιο βαρειας χειρας αφεξει,
πριν γ' απο πατρι φιλῳ δομεναι Fελικωπιδα κουρην
απριατην, αναποινον, αγειν θ' ἱερην ἑκατομβην
ες χρυσην· τοτε κεν μιν ἱλασσαμενοι πεπιθοιμεν.
Ητοι ὅγ' ὡς Fειπων κατ' αρ' εζετο· τοισι δ' ανεστη
ἡρως ατρειFιδης ευρυκρειων αγαμεμνων,
αχνυμενος· μενεος δε μεγα φρενες αμφιμελαιναι

πιμπλαντ',

πιμπλαντ', οσσε δε Fοι πυρι λαμπετοωντι Fεικτην.
χαλχαντα πρωτιστα κακ' οσσομενος προσεFειπε·
μαντι κακων, ου πωποτε μοι τα κρηγυα Fειπας· &c.

* *The Digamma has been inserted, now and then, by conjecture; but most commonly, by the authority of Mr.* Dawes; *and the writers, whom he quotes on the subject. A few alterations have been made, in the text: the reason of* all *which, and the necessity of* some, *will appear to every Scholar. Thus ver.* 2. εθηκε † *is so lamentably cold; (if indeed* τιθεναι αλγος *was ever heard of, but here;) that I should incline to read,* εφηκε· *or, if that is too bold, to make* εθηκε *and* τευχε *ver.* 4. *change*

* Sequentia, quæ *Salteri* sunt, reliqui eodem, quo scripsit ea vir doctus, idiomate.

† Αλγε' εθηκε, (vel ut *Uptono* placet αλγεα θηκε, quo modo v. 5, διος δε τελειετο, quam lectionem quoque præstat Cod. MS. *Novi Coll.* in Scholiis:) synonimum est τῳ εποιησεν atque adeo τῳ ετευχε. Τιθεναι sæpe pro ποιειν. vide Il. Ζ. 432. *Apollon. R.* L. III. 65. L. II. 1147. *Ælian.* V. H. L. XIII. 6. τας δε γυναικας τεκνοποιους ΤΙΘΗΣΙΝ (ὁ οινος). quem locum interpretari possumus ex *Athenæi* loco, p. 31. (quem indicat *Perizonius*; et illustrat etiam vir summus in *Curis Posterioribus ad Theocr.* p. 8.) τας δε γυναικας ΤΕΚΝΟΥΣΑΣ ΠΟΙΕΙ.—At nihil notius quam κακα ποιειν, δραν, εργαζεσθαι, &c. et sic ΚΑΚΟΝ ΤΙΘΕΙΣΙ Il. Π. 262.—Deinde τιθεναι quoque idem sonat, quod φερειν, δουναι, &c. Sic αλκην τιθη *Soph.* Oed. Col. 1520. θηκε τερας *Apollon. Rhod.* L. I. 1146. igitur αλγε' εθηκε idem est quod αλγε' εδωκε v. 96. Demum his positis, quæ locutionis vim illustrarent, ecce quod rem conficit, ΑΛΓΕ' ΕΘΗΚΕ, Il. Χ. 422. ΑΛΓΕΑ ΤΙΘΕΝΤΕΣ, Il. Ε. 384. Εθηκε sit ornatum minus quam εφηκε vel ετευχε. Sed fortasse verba ornatiora in hoc exordio, ob simplicitatem ejus celeberrimo, non requirere debemus.

places.

places. [*we have* αλγεα πευχει, *ver.* 110.] δ' (*ver.* 3. *and* 19.) *cannot stand before* * ϝιφθιμυς *and* ϝοικαδε· *in the former case, it is not missed; in the latter, it cannot be parted with; till* εκπερσαι *is made a participle: which is here done. For the same reason,* υἱον, *ver.* 21. *is altered to* υἷα. *and* το κρηγυον (*ver.* 106.) *to* τα κρηγυα· *which is more proper too; as contrasted with* τα κακα *in the next line. so* αυπα *for* αυπιον, *ver.* 230. *Ver.* 83. *the article seems so necessary; that I was glad, it could be so easily put-in:* τα εν *contracted to* τα 'ν. *Much difficulty has formerly been made, about the patronymic in ver.* 1: *but Dr.* Clarke *has shewn, that it was utterly without ground.* Πηλευς, Ατρευς, Αιγευς, *&c. make* Πηλεος, Ατρεος, Αιγεος, *in the genitive case; and* Πηλειδης, Ατρειδης, Αιγειδης, *for their patronymic. When the original nominative is* Πηληυς, *&c. the genitive is* Πηληος, *&c. and the patronymic* Πηληϊδης, *&c. But, as this last will not stand in a heroic verse,* α *is inserted* Ionicè; *and we have* Πηληϊαδης, Μενοιτιαδης, *&c. and, as* Πηλεϊδης *or* Πηλεϊων, Ατρεϊδης *or* Ατρεϊων, *&c. are always of four syllables; the first syllable never closes a foot, but always begins one: the reverse of which in the case with* Πηληϊαδης, Μενοιτϊαδης, *&c. and the digamma makes no difference, in this.*

* VV. 3, 19, 21, 106. addere malim exemplis p. 414. allatis. Mutatio, qua versus 19. ad *Dawesii* mentem accommodatur, forsan est audacior: ita ut vulgatam lectionem commendet, atque adeo *Prisciani* observatum.

SECT.

SECT. V.

Quem mihi otium feciſſe monui in eo loco Miſcellaneorum, ubi de Accentuum uſu et auctoritate agitur, (Sect. III. init.) idem vir doctiſſimus *Thomas Edwards* hic quoque argumentum *de vera orationis metricæ legendæ ratione* occupavit, qui iſtam rem pertractavit in Miſcellaneis ejus Criticis, brevi, ſperem, prodituris. vide alteram ejus appendiculam ad *Selectorum Idylliorum Theocriti* editionem.

Interim vero ratio, quam Daweſius ſervandam vult, nempe *ut per ſeriem iambicam aſcendas, uſque dum ad cæſuram ſive* πενθημιμερη *ſeu* ἑφθημιμερη *perveneris; ſyllabam autem, quæ cæſuram conſtituit, tanquam pedis præcedentis jam majoris facti partem enuncies: deinde autem per trochaicam, quam ſyllaba catalectica claudet, ita deſcendas; ut ultimus trochæus cum ſyllaba ſequente tanquam pes unus, creticus ſcilicet, efferatur:* cujus ſcanſionis exempla protulit

Λιπῶν|ἵν' ᾅδης|—χωρὶς|ᾠκι|σται θεῶν
Ηκω|νεκρῶν|κευθμῶνα|—καὶ σκό|του πύλας:

multum videtur præſtare rationi vel qua vulgo metra præſertim Iambica proſæ ritu legantur; vel qua verſus in ſingulos pedes dividatur, ut

Λιπῶν- ἵν' ἅ- δης χω- ρὶς ᾠ- κισται- θεῶν.

Utrinque

Utrinque enim periit *cæſuræ* vis tantopere alias celebrata. Quare verſus *Soph.* Electr. 518. quem ita diſpunxit vir quidam doctiſſimus, et legi voluit,

Ανει- μένη- μὲν ὡς- ἔοι- κας αὖ- στρέφειν

ſecundum *Daweſii* rationem, qua *cæſura* ſervetur, ſic melius opinor legi poſſit

Ανει- μένη μὲν—ὡς ἔ- οικας- αὖ στρέφειν.

In priore ratione videndum eſt ne *pedes* magis dimetiamur, quam *numerorum harmoniæ* gratiæque conſulamus: ne *metro* ſervato tollamus *rythmum*. Verſus enim legitur κατα ποδα. At τα κατα ποδα ſunt κακομετρα, *Tryphonis*, doctiſſimi Grammatici, judicio, quod mox proferimus. Iſtud modo antea monemus, *Foſterum*, p. 307. corrigere errorem, quem noſter cum *Bentleio* communiter erravit, quod ictus *metricos* appellaret ictus *Accentuum*: atque iterum p. 314. quod putaret poſtulaſſe rei muſicæ neceſſitatem, ut acutum *longæ ſyllabæ ſedes* determinaret.

Verba *Tryphonis*, quæ hic adducuntur, excerpta ſunt ex opuſculo celeberrimi illius Grammatici adhuc inedito, *de metris*, quod et alibi occurrit, et in Codice *Barocciano*, 72. Hæc vero ſunt: Κακομετροι ποδες εισιν, ὁς κατα ποδα, η διποδιαν, η κατα περιοδον απαρτιζει τοις μερεσι τȣ λογȣ. Το γαρ καθ' ηρωικον επι κοπτειν θελει την λεξιν εν τοις μερεσι των χωρων ανευ των τομων. Εισι μεν ȣν τα κατα ποδα κακομετρα, ως το

Ὑβριος|εινεκα|τησδε συ|δ' ισχεο|πειθεο|δ' ἡμιν

Κατα διποδιαν δε, ως το

Ειπετε νυν μοι|Μουσαι ολυμπια|δωματ' εχουσαι, &c.

Huic excerpto adjiciam alterum ex eodem Codice, quod, ibi quidem ανωνυμως habitum, extare video in tertio *Longini* Fragment. Locus eſt elegans, ſed ab interpretibus, puto, minus intellectus. in Codice Titulum habet, Περι διαφορας μετρου και ῥυθμου.—Διαφερει δε μετρον ῥυθμου. ὑλη μεν γαρ τοις μετροις ἡ συλλαβη, και χωρις συλλαβης ουκ αν γενοιτο. Ο δε ῥυθμος γινεται και εν συλλαβη, γινεται δε χωρις συλλαβης. και γαρ εν κροτῳ ὁταν τους χαλκεας ιδωμεν καταφεροντας τας σφυρας ἁμα, τινα ῥυθμον ακουομεν. Και ἱππω ποξεια, ῥυθμος ενομισθη, και κινησις δακτυλων, και κινηματα χορδων πτερισματα. Μετρον δε ουκ αν γενοιτο χωρις λεξεως ποιας και ποσης.

Ετι διαφερει· το μετρον πεπηγοτας εχει τους χρονους, μακρον, βραχυν, και κοινον· Ο δε ῥυθμος, ὡς βουλεται, ελκει τους χρονους· πολλα τον βραχυν χρονον ποιει μακρον. Hæc vero plerumque multo ſunt, ut videtur, emendatiora editis. 1) ὑλη μεν. μεν abundare cenſet *Boivinus*. Sed nonne ei bene et rite reſpondet ὁ δε ῥυθμος 2) quod in Cod. ſcribitur, et ipſe legendum voluit. 3) και εν συλλαβη. recte abeſt μεν. ubi rectius, ut videtur, συλλαβη, quam συλλαβαις; cum ter hoc loco *Longinus* ſingulari numero utitur, et ne ſemel plurali. 5) Και γαρ εν κροτῳ ὁταν. Pulcherrime, opinor, ſe habet hoc membrum in MS. et inſigniter edito emendatius. Imprimis vertitur, *Rythmus vero in ſyllabis et citra ſyllabas fit: nempe*

nempe in eo ſono, qui pulſatione efficitur. Etenim cum ab ærariis &c. Atqui *Longinum* putem cum cogitaret, quid Rythmus a metro differat; et *rythmum* χωρις συλλαβης *fieri poſſe*: non de *ſono* qui pulſatione efficitur, cogitaſſe, ſed de *certa aliqua motuum et pulſuum ratione et proportione, ac temporum,* quibus iſti motus dividuntur ac menſurantur. Ac verbi cauſa, inter exempla, quæ protulit, in *motu avium volitantium,* vel in *digitorum motu et pulſatione,* quis *rythmum* quærat in *ſono?* ad hæc, in rythmo *ſaltationis,* quis ſonum cogitet? quis non potius *ordinatam motus rationem ac numerum?* Atque adeo in *ictibus ærariorum,* et *equorum quadrupedantum,* quærendus videtur rythmus in ordine et συμμετρια, ἁρμονια, concinna miſtura ictuum, qui ἁμα et permiſtim, ſed ordinatim καταφερονται. Quamobrem puto και γαρ εν κροτῳ ὁταν τους χαλκεας ιδωμεν καταφεροντας τας σφυρας ἁμα optime continuo tenore legi: et ἁμα bene collocari, ut clauſulam finiat, quippe quod multam vim habeat, et pertineat ad ordinatam *miſtionem* ictuum, ἁρμογην, ἁρμονιαν. Deinde vero alias iſtam interpunctionem confirmare, ut videtur, poſſumus. Κρουω, κροτος, &c. ſæpe τεχνικως et de re fabrili uſurpantur. *Sophoclis* Antig. v. 437.

Εκ τ' ΕΥΚΡΟΤΗΤΟΥ ΧΑΛΚΕΑΣ αφδην πεχου.

Locus eſt *Æſchyli* Septemtheb. v. 548.

Σφιγγ' ωμοσιτον προσμεμηχανευμενην

Γομφοις ενωμα, λαμπρον, ΕΚΚΡΟΥΣΤΟΝ δεμας.

 Ubi

Ubi εκκρουσον vertendum videtur, non *terrible*, neque καταπληκτικον και υπερεκπληκτον τη λαμπροτητι της θεατης: ſed, ſplendidum et *eminens* ſimulachrum: ſcilicet malleis laboratum et *extuſum*, ut plano exſiſteret et *emineret*. Quare iterum εν κροτῳ cum της χαλκειας recte conjungi videtur. — Sed ad ſequentia pergamus. ἱππω ϖορεια ſcribæ eſſe erratum videtur pro ἱππων· nemo enim puto præferat vel ἱππȣ ϖορεια, vel ἱπποπορεια.—Quæ ſequuntur και κινησις δακτυλων, και μελων σχηματα, και κινηματα χορδων, omnia ad rem muſicam mihi videntur pertinere. Atque adeo convertendum μελων σχηματα non *apta membrorum conformatio*, cum *Pearcio*, neque *numeroſus membrorum motus*, cum *Moro*, ſed *modorum figuræ* hoc eſt, συνταξις και κοσμια, et ratio, quam ad ſe invicem habent, quaque mutuo connectuntur. *Plato* dicit σχηματιζομενος pro συντασσομενος. vide *Timæi* Lex. et ibi *Ruhnk*. *Bacchius ſenior* ed. *Meibom*. inquit, ῥυθμος εστι, κατα Διδυμον, φωνης ϖοιας τινος ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ. Η μεν ȣν φωνη ϖοιως ΣΧΗΜΑΤΙΣΘΕΙΣΑ, ῥυθμος εστι.—Deinde κινηματα χορδων melius, ut videtur, verterimus, *chordarum vibrationes*, quam *motus*. Iſtarum de *rythmo vibrationum* breviter et obiter, ſed pulcherrime vero diſputatum eſt in libello nuper edito, ubi agitur de modo, quo juſtam loci ſive conclavis proportionem definias *ex ratione vibrationum monochordi* *. Præter και μελων σχηματα

* *Letters from a Tutor to his Pupil*, Lett. IV.

omit-

omittuntur etiam in Codice και των ορνιθων τα—Cæteras differentias Codicis MS. a libris editis notare non tanti eſt. Addam ſolummodo, ſcilicet in iſtis ὁ δὲ ΡΥΘΜΟΣ, ως βȣλεται, ΕΛΚΕΙ τȣς χρονȣς, *Longinum* ετυμολογιζειν videri, quomodo *Homerum* alioſque ad ετυμα, et latentem vim verborum alludere ſolitos monuit *Sylburgius* præfat. *Etymologi M.* quod melius conſtabit ſi originem *nominis* ῥυθμος paulo latius tractemus: (*rem ipſam* et alii expoſuerunt, et optime omnium vir doctiſſimus infra memorandus:) neque id fortaſſe ab re erit, cum, opinor, non parum ſimul valeat tum ad explicandum quid ſit ῥυθμος, cum ad confirmanda quæ ſupra dicta ſunt.

Etymon igitur ſit ῥυω, quod ſignificabat, *eo*, *recta eo*, *celeriter eo*, RUO, &c. deinde *ire facio*, *duco*, *traho*, *rapio*, &c. et huc pertinent ῥυομαι, et ερυω: ubi ε adventitium eſt, ut in ερεσσω; ο in ορυσσω; α in αριθμος, (de quo mox,) et αρασσω, cujus cognatum quoque extat, ῥησσω, &c. et loco, ut videtur, της Digamma ſucceſſit, quod literæ ρ præponere ſolebant vetuſtiſſimi. Ad priorem claſſem notionum, ut puto, pertinet RUMOR, ῥυμη, &c. quæ proprie ſignificant *rectam motionem*, *proceſſum*, *curſum*, *lapſum*, &c. Proprie Virgilius *rumorem* adhibuit *Æneid.* VIII. 90.

Ergo iter inceptum celerant RUMORE *ſecundo:*
Labitur uncta vadis abies.———

Vel ut malim interpungere,

Ergo

Ergo iter inceptum celerant: rumore ſecundo
Labitur uncta vadis abies.

Ut, amota mora illa importuna, verſus una cum rumore ſecundo defluat. *Labitur rumore ſecundo*, ut *labitur fluctu ſecundo*, *Æneid.* X.

Labitur *alta ſecans* fluctu*que æſtuque* ſecundo.

Auſonius ab Heynio citatus:

Interlabentis *tacito* rumore *Moſellæ*,

h. e. *tacito lapſu*. Verum *rumor ſecundus* eſt *rectum* illud *flumen*, quod Æneæ pollicitus eſt pater Tybris v. 57. neque enim, opinor, hoc ſenſu *rumor* quidquam habet cum *ſono*; (etſi haud ignoro contra me ſtare quos, magna enim ſunt nomina, memorare vereor: vide *Heynium* ad locum;) neque etiam cum tranſlate dicitur de *fama*, nempe, quæ *abiit*, *diditur*, *circumfertur*, *diſſipatur*, *vireſque acquirit* EUNDO.—A ῥυω vero *rumor*, ῥυτμος, ΡΥΘΜΟΣ, eadem varietate, qua ab αω, *ſpiro*, ατμος, ασθμα.

Et hactenus ῥυθμος ſit *recta motio*. Deinde ex *recta motione* facile fit notio *ordinatæ motionis rationiſque* ut ab οω, ορω, ORDO, ορθος. vide p. 421. Ρυθμος igitur bene appellatur *ordinata motio, ratio, quam ad ſe invicem habent res, qua apte diſponantur, ac mutuo connectantur*; itaque ἁρμονη, et ΑΡΜΟΝΙΑ. Ex notione *ordinis* fit notio *pulchri decorique:* et ſicut ῥυθμος, et ἁρμονια ad *motus corporum cæleſtium* transferuntur, et ad *rerum univerſa-*

verſarum concentum concordiamque: ita κοσμος, quod proprie *ordo* eſt, eſt quoque cum *mundus*, tum *decus* et *pulchritudo*. Pulcherrima *rythmi* exempla ſunt *militum inceſſus* et *undarum motus*; imprimis vero *ordinata ſerpentis voluminum motio*: de quibus omnibus adhibetur *agmen*, quod quoque eſt proprie *recta motio* et *proceſſus*, ab *ago*. cf. Æneid. II. 212. Georgic. III. 423. et I. 323. de quo loco nonnulla dicta ſunt in *Obſervat.* ad *Æſchyl.* Septemtheb. v. 764. et in *Altera* Obſervationum parte largius diſputatur.

Quæ de ῥυθμος propoſita ſunt, confirmari, puto, poſſunt ex ratione vocabulorum affinium αριθμος, NUMERUS, MODUS. Notiones enim, quas habent illa, eodem modo progredi videntur, et ſtatim a *proceſſu* venire: ut a ῥυω, ρυθμος; ſic, opinor, a ῥιω, RIVUS, RITUS, ῥιτμος, ῥιθμος, et αριθμος*; (*ritus* vero et ριτμος, ut οδω, (unde οζω,) *odor*, οδμη.) Αριθμον, enim fuiſſe non ab αρμος, et dictum ex ἁρμογης μοναδων, ut Etymologo videtur; ſed ex *proceſſu*, *cumulatione*, et αθροισεως μοναδων. Sic NUMERUS quoque a νοω, νομω, (unde νομος, *conſuetudo*, et deinde *loca conſueta*, *paſcua*;) eadem ratione qua *ritus*, a ριω; a

* Ut a ῥυω, ῥυθμος; ῥιω, ῥιθμος, αριθμος; ſic a ρεω, REGO, ῥεσσω, ερεσσω, REMUS, ῥετμος, ερετμος. *Rego* autem et ρεσσω, ut πλαγω, (unde PLANGO et PLAGA, et aoriſtum επλαγην,) πλασσω, πλησσω. Hæc videtur eſſe *remigandi* notio: Ρεω, *eo*, *recta eo*; *recta ire facio*, *rego*, *dirigo*. Et ſic bene de aliis quoque rebus quam nauticis dicitur a poetis. *Euripid.* Iph. A. 138. ερεσσων ποδα. *Soph.* Antig. 164. μητιν ερεσσων *conſilium agens*; *animo agitans*, ut ſæpe de *cogitantibus aliquid* Latini.

μοω, five μοϝω, (unde MOVEO,) MOS, MODUS, (ut οδος, ab οω,) MOTO, MUTO;—a σοω, five σοϝω, (unde σοος h. e. ορμη; σουσις, σοϐεω, &c.) σοεω, SUEO, SUESCO, SOLEO, SOLENIS, SOLENNIS *. Namque *confuetudinis, moris, ritufque* funt, quæ *rectà, rite*, et *ordinatim fiunt*, ut quæ contra fiunt, *extraordinaria* funt, et præter ordinem accidunt. Verum ut νοω, νομω, proprie *eo*; deinde, (et fic in omnibus factum effe credo, ut a *neutra* fignificatione ad *activam*, ab origine, tranfierint verba,) *ire facio*; *moveo, do, addo, admoveo, adjicio*, NUMERO; NUMERUS, quod eft rerum *cumulus* et αθροισις: et fic νεμω, cognata forma, eft *ire facio*; *do, tribuo, trado, diftribuo*; *duco, rego*, &c. At cum ad res humaniores transferuntur, αριθμος, *numerus*, et *modus*, non *omnem* proceffum, non omnem modum notant, fed *certam et ordinatam rationem*.

* Veteres quidem, fatendum eft, *folennis* derivant alii ab Ofco *follus* et *annus*; alii a *foleo* et *annus*. Similes recentiorum conjecturas videndum eft apud *Voffium*. Sed duplicibus etymis nimis, ut videtur, indulgent plerumque Etymologi, fono quippe decepti. *Solennis* a *foleo* fuiffe puto, ut a λεϝος, lēvis, λειος, LENIS; πεος, (verbo abfit inhoneftum,) PENIS; Παω, five πασομαι, PANIS; &c. Alterum *n* adfcititium effe videtur, ut in *annus* quoque. ANUS enim et *annus* primitus eadem fuiffe puto, et *anum* dictam effe ab *ætatis* notione, ut SENEX conjicio ad ενος pertinere, formatum quidem, ut λιθος, λιθαξ, in fequente adnotatione. ANNUS vero proprie fuiffe nihil aliud videtur quam *ætas indefinita*, et eodem redire quo αιον, five αιων, *n* interpofita, ut in λειος *lenis*.—Quod ad diverfam quantitatem των *sŏleo* et *sōlennis*, vide fupra p. 412, 413.

Jam

Jam vero ſupra dicto quid ſit Rythmus; hic quoque opinor conſtat, qua ratione ρυθμος, αριθμος, *numerus*, *modus*, adeo cognatarum ſint ſignificationum.

Cum vero ρυθμος *neutro* ſenſu ſit *ordinata motio*, ſive *ordo qui in motu eſt*, (την της κινησεως ταξιν dicit Etymologus:) idem *active* dictus eſt *qui ordinat*, *ducit*, &c. Et ſic bene *Longinus* ad vim verbi; ὁ δὲ ΡΥΘΜΟΣ, ὡς βουλεται, ΕΛΚΕΙ τους χρονους. Et ſane Græci recentiores, qui ignorabant * vetus et La-

* Hoc Græcis Etymologis ſæpe accidit, atque adeo plurimos errores peperit. E. g. Ορφανος derivant, ab οιοφανος, vel οροφος, vel ορφνος, et neſcio quibus. Sed quanto ſimplicius eſt referre ad Latinum ORBUS, unde aſpiratum ορφος, (quod extat in ορφοβοται, indicante *Voſſio*,) ορφανος, ορφανικος: eadem formationis ratione, qua ικω, ικανω, ικανος; δικη, δικανος, δικανικος; et ſimilia. Sic χηρος *viduus* referendum videtur ad CAREO.—Καιαδας et Καιατα, Laconica pro *cavernis* eodem quo CAVO, nempe ad ΚΑΩ ſive ΚΑϜΩ, unde χαος, χασκω, χαινω, &c. Ος, ας, αξ, cognatæ ſunt terminationes. Et ſic χαος, ſive detracta aſpiratione, καος et καιας, ut λιθος, λιθας, λιθαξ. Quod λιθος ad LIDO refero, quod remanſiſſe puto in compoſitis *allido*, *elido*, &c. potius quam a λιαν θεειν cum *Etymologo* et *Euſtathio* derivem.—Et Ομφαλος ad UMBO. *Umbo*, ομπαλος, ομφαλος, UMBILICUS, eadem varietate, qua ab οπλω, οπλομαι fiunt οπλος, οπλαλεος, οφθαλμος, οπλιλος; a καμπω, καμπλω, καμπαλεος, καμπιλος, καμπυλος, &c. Fortaſſe ad *umbo* non injuria referri poteſt ομφαξ, ut λιθαξ, ad *lido*, quod dicunt eſſe quaſi αμοφαξ, ωμη εις το φαγειν, decepti, ut ſæpe, a terminatione: cujus quoque erroris eſt, quod μελεδαινειν, (quod paulo ſupra attigimus,) a μελη εδειν derivent. vide Etymol. M. et Lexica: de quo confer etiam Addenda.

tinum, five Æolicum, neutrum, *ruo*, neque cogitabant fuum ῥυω, quod quoque fignificat *ruo*, in *Euripid.* Hippol. 443. etfi ifto fenfu non in Lexica relatum; deducebant ῥυθμος ab ερυω, aut ρυομαι, *traho.* Ελκειν et ελκυειν de re dicitur, in qua *rythmus* magnam admodum venuftatem habet, nempe de *Saltando. Ariftoph.* Pac. v. 327. Εν μεν ουν ΣΧΗΜΑ*) τουτι μ' εασον ΕΛΚΥΣΑΙ, ut Latini dicunt *choros et choreas ducere:* cujus rythmi exquifitiffimam imaginem præbet *Pindarus* nofter in Oda fua *de Progreffu Poefeos*; quam adjicere liceat quafi coronidem, quæ fuperiorum obfervationum minutiis de ῥυθμω, αριθμω, *numero*, *modo*, &c. favorem aliquem conciliet, gratum tanquam faporem, qui, poft aliud quid infuavius, palato reliquus fit:

* Multam neceffitudinem habere σχημα cum ῥυθμω et hinc et aliunde conftat. Ut σχημα de ῥυθμω muficæ et faltandi, fic rurfus ῥυθμος, five ΡΥΣΜΟΣ a Democrito, fuifque dictum pro σχηματι: nempe de *atomis* fuis, quæ cafu, fed ordinatim ita RUEBANT, coibant, cohærefcebant, ut efficerentur rerum *formæ* atque *figuræ.* vide *Diogenem Laert.* L. IX. 47. ibique *Menagium*: et *Harrifii* Philofophica Elementa p. 340. Abderiticum enim illud ῥυσμος cognatum videtur τω ῥυθμος, ut Laconica et Dorica παρσενος, σιος, ορσος, &c. τοις παρθενος, θεος, ορθος. Etymolog. Mag. Ρυσμος· εικων, ιδεα, σχημα. quod mihi in mentem revocat locum *Theocriti* Id. X. 39.

Ως ευ ταν ΙΔΕΑΝ τας αρμονιας εμετρησεν.

ubi ιδεα, ut fupra σχημα, ad ῥυθμον pertinere videtur; atque adeo ad *modum*, σχημα, ῥυθμον, *cantûs* referendum putem.

Slew

Slow melting ſtrains their Queen's approach declare:
Where'er ſhe turns the Graces homage pay.
With arms ſublime that float upon the air,
In gliding ſtate ſhe wins her eaſy way.
O'er her warm cheek and riſing boſom move
The bloom of young Deſire, and purple light of Love.

Jam quæ de *nomine* profecto ῥυθμου dicta ſunt, ut quid ſit iſte conſtaret *ex vocabuli ipſius, ejuſdemque affinium, etymo ac poteſtate*, atque proinde ac ſecundum ea *Longinum* illuſtrarem, pro difficultate argumenti accipiat lector eruditus. Ab iſto vero tenui conamine velim illum ablegare poſſe ad librum DE RYTHMO GRÆCORUM, quem typis impreſſum, ſed nondum editum, ſcripſit vir doctus mihique amicus; in quo *rem ipſam* Rythmi ſolerter explicuit, et docte ex veterum teſtimoniis illuſtravit munivitque. Expoſuit vero *quid ſit Rythmus*; de *Rythmo Muſicæ*; *Carminis*; *Proſæ*; *de Rythmi ſcanſione*; et de *Cæſuræ vi*, quam, tantopere ac merito prædicatam a *Daweſio*, erudite, et ex Muſicæ rationibus, explicat: quem ſane librum multo optandum eſt, ut ne diutius auctor privatum retineat.

P. 196. l. 9. ab im.] Vulgatæ εἰναλιαν, quam damnat *Daweſius*, multa ſimilia apud Tragicos occurrere monet *Valkenarius* ad *Euripidis* Phœn. p. 6.

P. 197.] De binis iſtis regulis, quas *Daweſius* ſtatuit, hoc in memoria tenendum eſt, nempe *priorem* ad proſodiæ rationem a *Comicis* ſervatam *ſolummodo* pertinere; *alteram* vero et *Comicos et Tragicos* reſpicere: uti ipſe monuit *Daweſius* p. 204. Quod non attendiſſe videtur *Pierſonus* ad *Mœr.* p. 20. quique adeo ibi dixit non pauca iſti primæ *Daweſii* regulæ adverſari exempla apud *Poetas Atticos.* Cum profecto, ut *Daweſium* refellant, exempla non ex *poetis Atticis univerſis* ſed ex *Comicis ſolis* petenda ſunt. Loci, quos adduxit *Pierſon.* ex *Ariſtophane,* in quibus αθρους adhibetur, quorumque proſodiæ, ſecundum regulam iſtam de *Comicis* traditam, αθρυς non ſatis faciet, favere *Daweſio* videntur. —A *Daweſio* vero ille recte emendatum (p. 199.) *Ariſtoph.* Eccleſ. v. 384. Οσος ουδεπωποτ' ηλθ', pro O. ουδεποτ' ηλθεν. dicit ad *Herodiani* Excerp. p. 461. ubi *Herodianus* ait ουδεποτε de *futuro,* ουδεπωποτε de *præterito* adhiberi ſolitum.

P. 198. l. 3. ab im.] Contra *Suidam* et Scholiaſtam facit *Mœris,* qui κναφευς attribuit, non παλαιοις, ſed δευτεροις Αττικοις. vide Lexicon Atticum V. Πλυνεις et confer V. ακναπτον. vide multa huc pertinentia in obſerv. ad gloſſas in *Oppian.* Halieuc. L. V. 164. in Miſcell. Obſerv. T. IX. p. 118. Attici vero fuerunt παλαιοι, δευτεροι ſive μεσοι, et νεωτεροι, ut monitum eſt ſupra p. 402, 403. Hæc autem res eſt ampli et ſubtilis

ſubtilis argumenti, quam meditabatur *Pierſonus*, et deinde *Koenius:* quos tamen, ne conſilium efficerent, intercepit mors. Patria vero ſua habet ſuperſtites, qui fortaſſe omnibus aliis accurata illa eruditione magis inſtructi ſunt, quæ ad ſatis faciendum iſti argumento idonea eſt et neceſſaria.—Diverſi autem Atticorum ordines et ab aliis ſæpe confuſi et a noſtro quoque, qui p. 99. et 229. dicit Atticos ττ pro σσ adhibere ſolitos. Recentiores certe id fecerunt; non item veteres: hi φυλασσειν, et ſimilia dixerunt; illi φυλαττειν. vide *Valkenarium* ad *Euripid.* Phœn. v. 1387. Φυλασσω igitur eſt idem et vetus Atticum et commune. Et multa profecto continet communis dialectus, quæ Atticâ recentiore magis antiqua ſunt. Ut noſter quoque Anglorum vulgaris ſermo multa retinet, quæ et ab elegantia ſcribendi aliena ſunt, et ex uſu politiorum hominum exciderunt.

P. 198. l. 4. *ab uno eodemque.*] Diverſæ apud Scholia ſententiæ non ab uno eodemque *auctore* proficiſci potuerunt, ab uno tamen eodemque Scholiorum *collectore* potuere, qui non unius, ſed plurium, et *variorum notas*, ut vulgo dicimus, in antiquos ſcriptores convaſarit. Jam dudum enim conſtat Scholia vetera pleraque non ab uno ſcripta fuiſſe, ſed ex multis et diverſorum criticorum commentariis collecta. Vide *Valkenar.* Diſſertat. *de Codice*

dice Leidensi, et Scholiis in Homerum ineditis; et *Ernestum* Præfat. ad *Aristophanis* Nub.

P. 199, 200] De *Aristophanis* loco illo notissimo Plut. diversi diversa. *Bentleianam* sane *Muscipulam* rejicientis, et ιπνον esse *laternam* statuentis *Dawesii* sententiam (cum quo consentit etiam *Dukerus* ad l.) improbat *Toupius* qui per ιπνον intelligi credit *latrinam*, sive *sellam familiarem*, qua—sed vide ipsum Emendat. in *Suidam* P. II. p. 36. *Sanctamandus* in *Comment. ined.* ad hunc locum, "Servum, inquit," semper introducit *Aristophanes* de *edulibus* quid loquentem. Hic characterem servat, ac de patellis, et rebus ad *Culinam* spectantibus verba facit. Rectius itaque hic legitur ιπνος. quam enim connexionem habuerit *Muscipula* cum præcedentibus?"

P. 202. l. 16.] "Quæ de præterito perfecto (in-" quit TYRWHITTUS) verbi ὁρᾷν notavit *Dawesius*, "dubito an omnino vera sint. Ne credam *vocis* "*illius potestatem apud poetas Atticos non nisi* trisylla-" bam *fuisse*, obstat in primis locus *Machonis* Co-" mici, apud *Athen.* IV. p. 244. a *Dawesio* præter-" missus, in quo vox illa bis occurrit, ita ut, lege" metri cogente, scribenda sit ἑόρακα, et in *quatuor* "*syllabas* dispertienda.

1 Μὴ ΠΑΡΕΟΡΑΚΕΝ Ἀρχέφων τοὺς γωβιοὺς;

2 Πολέμαι', ΕΟΡΑΚΕ πρῶτος, ἀλλ' οὐχ' ἅπτεται.

"Mihi

"Mihi igitur verisimillimum videtur, tam *quadri-*
"*syllabum* ἑόρακα, quam *trisyllabum* ὥρακα, in usu
"fuisse; vel potius veram formam fuisse ἑόρακα,
"eamque in ὥρακα per crasin mutatam. Obser-
"vandum est enim, inter exempla, quæ collegit
"*Dawesius*, ut vocis hujus potestatem non nisi tri-
"syllabam adstrueret, ne unum quidem esse, cui
"non quadrisyllabum ἑόρακα satis apte conveniret.
"Quinetiam tria ista loca *Aristophanis*, quæ, velut
"canoni repugnantia, et hic et p. 313. emendare
"conatur, sarta tecta erunt, si modo ἑόρακα pro
"ἑώρακα rescribamus:

Pl. 98. Πολλȣ γαρ αυτȣς ȣχ' εορακα τȣ χρονου.
Thesm. 32. Ουκ αλλ' ἑτερος τις· ȣχ' εορακας πωποτε.
33. Μων ὁ δασυπωγων; ȣχ' εορακας πωποτε."

Hæc non humaniter minus quam docte TYRWHIT-TUS. Ut adducam vero calumnias *Dorvillii* ad Charit. p. 136. nihil opus est; viri quidem longe eruditissimi, sed erga *Dawesium* tantum non semper parum æqui: qui tamen non præter rem notare videtur Tragicam verbi οπωπα speciem. Neque vero meum est præstare illud ab *Aristophane* et Comicis non usurpari.

P. 206.] Qui præclare a *Dawesio* emendatum ανυσηται pro ανυση in loco *Aristophanis* censet *Abresc-chius* ad *Thucyd.* p. 139. idem non consentit nostro cogitanti

cogitanti χρειας in *Soph.* Oed. C. genitivum eſſe. Accuſativum enim numeri pluralis eſſe, et dictum putat pro εις τινος πραγματος χρειας ανυσαι, vel εις τινος πραγματος χρειων ανυσιν. Deinde in altero *Sophoclis* looo προξενει vel regi a κατα in κατηνυσαν dicit, vel ſtructuram eſſe προς το σημαινομενον. Sed quid ſi hic legamus ΦΙΛΗΝ γαρ ΠΡΟΞΕΝΟΝ κατηνυσαν? ſcilicet κατηνυσαν (ὁδον εις) φιλην π. ut ηνυσαν τον Αιδαν, *Euripid.* Suppl. v. 1142. pro ηνυσαν (ὁδον εις) τ. Α. vel ſervata vulgata lectione ita intelligamus, κατηνυσαν (ὁδον εις οικον) φιλης π.—Illic etiam eandem ὁδον ſupplere velim: τινος χρειας (ὁδον) ανυσαι, h. e. εκπληρωσαι, *quid deſiderium et votum ut expleam?* Schol. ad Electræ locum: ηνυσα την ὁδον αντι τε εκπληρωσαι. Cæterum ὁδον ſæpe ſubauditur poſt ανυειν, τελειν, &c. vide *Markland.* ad *Euripid.* Suppl. v. 1142.

P. 207. l. 7.] *Daweſii* obſervato de uſu optativi cum particulis interrogandi conjunctam αν exigentis, quam vero αν reſpuit Subjunctivus, utitur *L. C. V.* ad Hippol. v. 469.—Mox *Euripid.* Hec. 1256. pro μ' αδικειν, qua lectione longa vocalis eliditur, Muſgravius edidit μη αδικειν: fortaſſe ut ſynizeſis fieret. Quam ſynizeſin tuebitur *Toupii* obſervatio *Curis Noviſſ.* p. 106. ubi profertur ex neſcio quo apud Stobæum

Ανηρ δικαιος εστιν ουχ' ο ΜΗ ΑΔΙΚΩΝ.

In

In *Sophoclis* Philoc. v. 956. legendum videtur.

Πρὸς θεῶν πατρῴων, τον βιον μη μη αφελης.

Totus locus plenus eſt affectus, cui admodum conveniunt tales iterationes, de quibus, etiam de repetita μη, jam monui ad *Soph.* Oed. C. v. 1403. Vulgo contra metrum μη μ' αφελης. quod *Heath.* corrigit μη μου 'φελης.

P. 209.] Contra *Daweſium* συγκαλυπτεσθαι et εγκαλυπτεσθαι promiſcue adhiberi affirmat *Dorv.* ad Charit. p. 274, 275. cujus vero uſus nullum ex *poetis* Atticis adfert exemplum. Locum *Ariſtoph.* Plut. corrigit partim cum *Hemſterh.* partim cum noſtro:

Μετα ταυτ' εγω μεν ευθυς ενεκαλυψαμην.

vitii cauſam referens ad male repetitam Σ, unde ευθυΣΣενεκ.—*Daweſii* correctionem verſûs in Av. τις ὁυγκαλομμος improbat.

P. 211. l. 7. & ult.] Emendationem noſtri αλλ' ȣ ΠΕΡΙΕΣΤΑΙ pro ȣκ ενεστι, violentam non immerito, ut videtur, dicit *Reiſkius* in Actis Eruditorum, 1756. qui putat ενεστι δηγματος "bene Græcam eſſe dictionem pro *facit contra morſum*, ut apud *Ælian.* Hiſt. Animal. paſſim αγαθον οφθαλμων, vel νευρων, *facit contra morbos oculorum*, vel *nervorum*: atque hoc ενεστι ſimili analogia eſſe dictum pro εμποδων εστι, qua εξεστι pro εκποδων εστι." Deinde in animadv. ad *Ariſtoph.*

confert cum hoc loco Equit. v. 691. quem vero alii aliter ac ille legunt et intelligunt.—Κατα subintelligi videtur, ϐκ ενεςι (δακτυλῳ κατα) συκοφαντϐ δηγματος. vel legi fortasse possit facilius αλλ' ΟΥΔΕΝ ΕΣΤΙ (κατα) σ. δ. *Annulus vero iste nihili est*, ϐκ ισχυει, ut Schol. ϐκ αγαθον εςι, *contra morsum S.* Præpositionis κατα similiter subintellectæ exempla dabunt *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* 92. 37. et *Taylor* ad *Lysiam* 123. 3. quos non præteriit, neque non eorum copiis plura addidit *Reiskius* ipse Animadv. ad *Lysiam* p. 33. et ad *Dionem Cass.* p. 14.—Atque hæc scripseram. sed non dubito præferre, quod præferent, opinor, alii, emendationem viri summi ad *Suidam* P. II. p. 196.

Αλλ' ϐκ ΑΝΕΣΤΙ συκοφαντϐ δηγματος.

Potentialem illam αν cum præsenti etiam Indicativi adfirmavit *Toupius:* exemplum quoque habet *Hoogeven.* p. 64.—Hujus paginæ lin. ult. in loco *Aristophanis* legitur Ειδει, ubi *Bergler.* ειδει.

P. 218. l. 17.] Errorem hoc loco admissum indicavit *Valk.* ad Phœnis. p. 9. et Vir summus Emend. ad *Suid.* P. I. et literis etiam ad me datis. De eodem hæc optime egregius Reliquiarum et *fragmentorum* Babrii editor: " Excursum hunc de " fragmento *nescio cujus Poetæ Ionici* apud Plutar- " chum, resecâsset, credo, Dawesius, si compertum " habuisset id in *Attici* poetæ, *Euripidis* Troasin,

" v. 888. hodie recte legi. Sed præstat servare, " ut exemplo tam luculento moniti, discamus " omnes de *fragmentis* neque diu, neque acriter " digladiari."

P. 221. l. 8.] Et hic et alibi *Dawesius* monuit de usu voeularum ουμη, ὅπως μη cum *futuro indicativo*, vel cum *aoristo secundo formæ subjunctivæ*, non autem cum *aoristo primo subjunctivo vocis vel activæ vel mediæ*, (etsi liceat cum aoristo primo *passivæ*,) conjungendarum. Diversos Miscellaneorum locos utile erit una conferre. cf. igitur p. 221. 227. 331, et quod, de ὅπως dixit p. 276. *Dawesii* observato viri docti usi sunt sæpenumero, et in primis *Heathius* in Lectionibus ad Tragicorum Dram. qui multa adeo ad istud loca correxerunt. Nonnulla fortasse sic corrigenda vide apud *Hoogeveenium* de voculis ου μη differentem p. 945.—Sed nonne dignum sit, quod consideretur, nempe quatenus *aoristo primo subjunctivo et vocis mediæ et activæ* uti liceret verborum, *quibus nullum erat aoristum secundum subjunctivum.* Cum vero hoc decernere multæ et diuturnæ lectionis experientiæque sit, aliorum esto judicium. Unum est solummodo, quod hac occasione corrigere tentem. *Aristoph.* Thesm. v. 660. hodie legitur

Καλως ὅπως μη διαφυγων ΟΙΧΕΤΑΙ.

quod vitiosum esse vel metrum docet. Cum *Sca-*

M m m 2 *ligero*

ligero refcribendum voluit *Kufterus* οιχοιτο πη. quod *Hoogevenius* p. 839. maluit, mutato accentu, οιχοιτό πη. An error ex abbreviata fcriptura oriri potuerit. Quid fi legamus

Καλως ὁπως μη διαφυγων ΟΙΧΗΣΕΤΑΙ.

Geminum germanum eft quud *Plato* dicit in Phædone, p. 244. ed. *Fofter*. Ευλαβυμενοι ΟΠΩΣ ΜΗ εγω ὑπο προθυμιας ἁμα ἑαυτον τε και ὑμας εξαπατησας, ὡσπερ μελιτῖα, το κεντρον εγκαταλιπων ΟΙΧΗΣΟΜΑΙ.

P. 223. l. 22.] Ratum fixumque haberi jubet *D.* nempe in verfu *Paræmiaco* fyllabam catalecticam foli *anapæfto* fubjici oportere. Legem tamen iftam non femper apud Poetas Tragicos obfervari; interdum enim *Spondæo* fubjici fyllabam catalecticam; docet *Heath*. Præf. ad *Lectiones* p. 8. et ad *Soph*. Oed. T. v. 1332.

P. 224. l. 18.] Quod *Dawefius* in loco *Sophoclis* pro μεγαν αιγυπιαν ὑποδεισαντες corrigit μ. α. Δ' ὑποδεισαντες, *Toupius* Emend. P. III. p. 23. fic velit reftituere μεγαν αιγυπιαν Σ' ὑποδεισαντες. h. e. σε ὑποδεισαντες. Nofter vero correctum ivit, quòd metrum minus integrum putaret. At ultima vocis αιγυπιαν produci poteft ante *afperum fpiritum*, cujus vim fentire videbar *Obfervat*. ad *Soph*. Antig. v. 945. cujus loci vulgatam lectionem nunc et aliis Poetarum locis, et obfervationibus nonnullorum VV. DD. confirmatus, rec-

tam

tam esse, nec *Heathii* fulcro indigere, mihi persuadeo. In præsenti satis sit *Dorvillium* Van. Crit. p. 393-6. indicare, et *Salterum Addendis* ad p. 101, *Bentlei* Differt. Phal. ed. Bowyer. 1777.—De loco *Sophoclis* nonnulla jam monui *Observat.* ad *Æschyl.* S. C. T. ver. 732.

P. 225. l. 1.] *Sanctamandus* quoque corrigit TOΥΤΟ, et *Berglerus* etiam, qui verbi προσφυειν, *adstruendi*, *affirmandi*, *demonstrandi*, sensum docte illustrat.

P. 229. l. 12.] De verbo εισαττειν, quod Dawesius minus bene judicat *plane nihili esse*, vide *Valkenarium* ad Phœniss. p. 467. et ad *Hippol.* v. 1358. qui monet ιωτα, olim sæpius adjectum, apud *Platonem* aliosque omitti solere. Et ejusdem sane Atticorum ordinis sunt *Plato* et *Aristophanes*. Piersonus ad *Mærin.* p. 301. censet Atticos pro αΐσσω *semper* dixisse ᾳσσω vel αττω, δισυλλαβως, et prima igitur producta. Atque adeo bina *Euripidis* loca ad istam normam, quæ unica fuisse existimabat, corrigit. Sed alterum etiam protulit *Musgravius* Exercitat. p. 57, αΐσσω, trisyllabum, et prima correpta. Id quidem fit in Choro *Supplicum*: cujus simile est in Bacch. v. 147. Sed et trisyllabum etiam in Iambo indicavit *Marklandus* ad Suppl. 962.

P. 230. l. 15.] Hoc *Dawesii* observatum, quamvis jactabunde nimis, ut nonnulla alia, inculcatum, de terminationibus Atticis ειν et η, illa non primæ sed

ſed *tertiæ perſonæ*; hac *primæ propria*; ſæpe laudaverunt viri doctiſſimi, præſertim *Valkenarius* et diſcipuli ſui egregii, *Pierſonus*, et *Koenius*. vide ad *Euripid.* Hipp. p. 207. ad *Mær.* p. 174. ad *Gregorium* p. 50. cujus *Koenii* conjecturam επεπονθειν pro επεπονθει, ut id obiter moneam exhibet *Suidæ* codex MS. C.C.C. Vide quoque *Muſgravium* ad Hipp. v. 410.

P. 232. l. 16.] De hoc loco cum *Daweſio Sanctamandus* legit, et ſecundum Syntaxin diſtinguit: " χολη *ſatietatem* hic ſignificare notant Scholia, atque ex iis *Conſtantinus*, nulla vero auctoritate hæc hujus vocis ſignificatio fulcitur. Interpretes et Commentatores hanc vocem omiſerunt. Loci ſenſus eſt, *Si* πιεζομαι *dixeris valde iraſcar*. Ita ες' pro εςαι poſitum erit.—Poteſt forſan legi χολη, ut poſt βουλει γε in ſyntaxi ſequatur πανυ γαρ &c."

P. 233. l. 20.] Παλαιους τ' ενιαυτους. Importunum illud τε, quod poſt χρονιων τ' ετων poſtulare παλαιων τ' ετων *D.* cenſebat, *Kuſterianæ* editionis eſſe proprium monet *Berglerus*, qui priſtinam adeo lectionem χρονιων τ' ετων παλαιους ενιαυτους vertit, *et longævæ ætatis veteres annos.*

P. 235. l. 6. & 15.] Αιρουμαι *Kuſteri* ed. typographi eſt erratum. Αιρωμαι fuit priſtinarum edd. quod ex iis in textum revocavit *Bergl.*—l. 15. Edd. omnes metri vitio legunt αροιμην.

P. 236.

P. 236. l. 4.] Cum Atticum ſit ες non liquet cur vulgatam in εις mutaverit *D.* neque cauſæ quidquam fuiſſe cenſet *L. C. V.* ad *Eurip.* Hipp. cur τω εγχεας ſubſtitueretur εγχεων.—l. 8. Obſervationem de diverſis caſibus, quos regere μεθιημι et μεθιεμαι ait *Daweſius*, ſibi unice probatam illuſtrat idem *Valkenarius* ad Phœn. p. 189. et confimat iterum ad Hippol. v. 333.

P. 237. l. 4.] Εβουλομην μεν male in εβουλομην αν mutaſſe videtur *D.* Etenim quod εβουλομην ſignificat cum αν conjunctum, id quoque poſſe puto, αν ſubintellecta. Hunc imperfecti uſum attigi *Obſervat.* ad *Soph.* Oed. Tyr. 1374. 1386. quem multis porro confirmare in promptu eſt.

P. 238. l. 6.] Sententiam de monoſyllaba vocabulorum νων, σφων, apud Atticos enunciatione confirmat *Pierſonus* ad *Mœr.* p. 266. vide ſimilia apud eundem p. 300. Exempla e *Sophocle* attuli ad Oed. Col. v. 1403. Ejuſdem fabulæ verſum 1431 .etiam hodie me recte correxiſſe puto. Sic Πρω dixerunt pro πρωϊ. *Ruhnkenio* corrigenti πρω pro vulgata *Suidæ* πρωι, adſtipulatur Cod. MS. C. C. C. qui deinde pro πρων, quod *R.* corrigit quoque πρω, exhibet πρῶιν.

P. 239. l. 20.] Ante *Daweſium* ου pro ἢ correxerant *Gatakerus* et *Weſſelingius.* vide *Valk.* ad *Euripid.* Phœniſſ.

Phœniſſ. v. 407. a quibus diſſentit TYRWHITTUS: "Pace ſummorum virorum dixerim lo-
" cum hunc *Sophoclis* mihi ſanum videri. Red-
" damus tantum το Συνθνησκει, non *ſimul moritur*, ſed
" *ſimul ad orcum deſcendit*, ut in verſu poſtremo
" loci, qui citatur ex *Ariſtophane*, neceſſario redden-
" dum eſt. *Sophocles* ſcilicet τον θανατον non *interi-*
" *tum* hominis, ſed *migrationem* quandam ſupponit;
" Pietas igitur *cum moriente commigrare* eleganter
" dicitur. Sic *Homerus* de Dioſcuris. Od. Λ. 302.

Αλλοτε μεν ζωουσ' ετερημεροι, αλλοτε δ' αυτε
ΤΕΘΝΑΣΙΝ. h. e. *ad orcum deſcendunt.*

" Quinetiam ad locum *Ariſtophanis*, de quo agit
" *Daweſius*, illuſtrandum obſervari poteſt, quod
" Scholiaſtem non latuit, *Æſchylum* ſc. alludere ad
" populi A. decretum, quo ſcitum eſt, poſt ejus
" mortem, τον βουλομενον διδασκειν τα Αισχυλου χορον λαμβα-
" νειν. V. *Æſchyli* Vitam. cf. *Philoſtrati* V. Apoll.
" L. VI. p. 245. Poeſin igitur ſuam inter vivos
" adhuc verſari ειρωνικως queritur, cum *Euripidis*
" poeſis ad orcum, ſimul cum auctore, deſcen-
" derit."

Ibid. l. 22.] Edd. habent non Ω ξυνεσις ſed και ξυνεσις.—Salvum erit metrum, ſi legamus

Και ξυνεσις, Η μυκτηρες οσφραντηριοι.

Idem η nonnunquam apud Atticos, quod ηδε apud Ionicos

Ionicos, hoc eſt, και, valere videtur; quod, gloſſema vocis, η loco deturbare potuit: ſic nunc accipio η in *Soph.* Oed. T. 901. Contra *et* pro *vel* dici monet *Muſgravius* ad *Euripid. Bacch.* v. 407.

P. 241. l. 19.] Edd. habent Ερμ' Εμπολαις, ſed rectius videtur noſter brevem poſt longam quam longam ante brevem elidere. cf. p. 331, 332. *Valk.* ad Phœn. p. 151.—P. 242. l. 5.] Ita metri gratia edidit *Berglerus.*

P. 244. l. 4.] Per typothetam hic evenit, ut, quod in prima editione vel *Daweſius* vel typotheta θωτερω fecit, hac altera rectius legatur θατερω. quam veterem lectionem contra *Daweſium* confirmat *Valk.* ad *Euripidis* Hippol. locum. Sed ut in hac editione bene evenit; ita in prima caſu quoque accidere potuit, ut θωτερω legeretur. Namque et a ſcribis et typothetis α et ω permutari ſolitum. Cæterum ut θατερω, θατερον, pro τῳ ἑτερῳ, τον ἑτερον, ſic τἀγαθῳ, &c. pro τῳ αγαθῳ, ſæpe apud Ionicos et Atticos, et Euripidem imprimis, monente eodem *Valk.* ad *Euripidis* Phœn. p. 332.

Ibid. l. 17.] Vulgatæ lectionis, παν δε σοι δρωημεν αν, et analogiam et ſyntaxin tuetur *Muſgravius* ad loc. vide quoque *Heathium.* *Daweſius* videtur formam Atticam οιην et ῳην pro οιμι et ῳμι ſingulari tantum

 numero

numero conceſſiſſe ita ut δρωης bene ſcribas, non autem δρωημεν. Plurales vero δοιημεν δοιητε, extant in Lexicis *Heſychii*, *Cyrilli* MS. et *Mœridis*, conſtanter ſcripti. Probabile eſt numeros dualem et pluralem ſingulari multo rariores fuiſſe. Alîus vero formæ ſunt aoriſti σωθειην, λυπηθειην, &c. alîus, Attica illa τυπτοιην, ποιην, γελωην, δρωην, &c. pro τυπτοιμι &c. Αντιδοιτην vero et ξυγνοιμεν, quæ in cœteris exemplis habet *D.* ex vulgaribus videntur eſſe formis, αντιδοιμι, ξυγνοιμι, (quas Attici etiam non raro uſurpant, vide *L. C. V.* ad *Euripid.* Hipp. p. 220.) itaque aliena eſſe, quippe quæ neceſſe fuit redderent αντιδοιτην, et non αντιδοιητην, quod ad Atticam αντιδοιην pertinet. Σωθειημεν extat in incertis *Menandri*, CLXXXI.

Ουχ ὁθεν απολλυμεθα, ΣΩΘΕΙΗΜΕΝ αν;

Sed forte excidere potuit πως, vel abſorberi initio vocabuli ſequentis. Fortaſſe igitur legendum, Ουχ, ὁθεν απολλυμεθα, ΠΩΣ ΣΩΘΕΙΜΕΝ αν; *Nonne QUODAMMODO ſervari poſſumus, per quos periimus*, vel *per quos in eo ſumus, ut pereamus?* Atque hæc interpretatio magis convenit loco, quem fragmentum hocce *Menandri* habet apud *Suidam*. In Scholiis ad *Ariſtophanis* Aves editis id e loco ſuo movetur. *Euripides* in loco, quem protulit *Laweſius*, Οιμοι· διεφθαρμεθα· ΠΩΣ σωθειμεν αν. Vir eruditiſſimus Emend. ad *Suidam*; P. I. p 49. corrigit quoque Ουχ· ὁθεν ΑΠΩΛΟΜΕΣΘΑ, ΠΩΣ σωθειμεν αν; Ac ſic intelligit *Non: quomodo enim ſervari poſſumus, per quos periimus?* Et ſic quidem loco accomodatur, quem habet in Scholiis. Sed

Suidas

Suidas Scholia ſæpe exhibet cum pleniora editis, tum ſaniora: quod multis in locis docuit ipſe vir ſummus. Απωλομεϑα reſtituit ex *Suida*, et docte *Polybii* loco confirmavit.

P. 246. l. 19.] *Dorvillius* ad *Charit.* p. 637. non acquieſcit in Daweſii κάτανς, quod ſecundum corripere ait, non minus quam quod rejecerat κᾳθεις. Præfert ille κᾳτανς, quod, eodem ſenſu, metro ſimul ſatis facit.—Πνεων μεγα in *Eur.* Bacch. non minus probum quam πνεων μεγας. Dabunt, quæ illud confirmant *Pierſonus* ad *Mærin.* p. 65. et *Dorvillius* loco dicto, qui utrumque attigit.

P. 247. l. 1.] Pro εφαυσε, de quo ampliare voluit *Daweſius*, e Cod. FL. *Muſgravius* reſtituit εθραυσε.

P. 249. l. 12.] Εις το Θησειον πλευσαις, η 'πι των σεμνων θεων. Diſplicent inter alia in his *Daweſio* articulus non repetitus, et mutata præpoſitio, εις—επι. Utrinque fortaſſe parum neceſſario. Solenne eſt εις Απολλωνος, εις Διονυσυ, εν Αμφιαρεω, &c. pro εις το ναον Απολλωνος, εν τω ν. Α. vide *Boſ.* Ellipſ. *Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Nub. 508, εις Τροφωνιυ—et *Pierſon.* ad *Mæridis* Εις Διονυσιυ. itaque επι των σεμνων θεων, dici poteſt pro επι το ναον, vel τυ ναυ, σ. θ. Vel cum επι de motu ad locum cum genitivo etiam adhibiatur, επι των σεμνων θ. ſignificare poſſit εις τας σεμνας θεας *ad venerandas deas*, pro *ad templum dearum.* vide *Pierſon.* ubi ſupra.

ſupra.—Deinde ut hic εις—επι, ſic p. 175. επι—απο, et p. 44, προς—εις, minime ferendas cenſet. Sed ſic *Babrius* in venuſta fabula Αηδονος και Χελιδονος, apud Tyrwhitti Diſſert. p. 35.

Αλλ' ελθ' ΕΣ αγρον, και ΠΡΟΣ οικον ανθρωπων.

Sophoclis Antig. v. 1348. loco difficillimo, quem ſic conſtituo:

Παντα λεχρια γαρ ταδ' ΕΠΙ κρατι μοι
(Ποτμος δυσκομιστος) ΕΙΣΗΛΑΤΟ.

Neſcio quo me convertam. Omnia enim hæc (heu ſors intoleranda!) obliqua et improviſa me invaſerunt. Mutatæ lectionis rationem ſuo loco reddam. In præſenti ſatis erit indicaſſe duo locos, qui eam confirmare videntur. Ejuſdem fab. v. 1286. eadem ſententia,

—— ΕΝ Δ' ΕΜΩ ΚΑΡΑ
Θεος τοτ' αρα τοτε μεγα βαρος εχων
ΕΠΑΙΣΕΝ.

Ubi μεγα βαρος εχων επαισεν malim vertere *gravis* (μεγα βαρος εχων,) vel *graviter, impegit*; quam cum interpretibus *ingens onus poſitum injecit* — Oed. Tyran. v. 271. eadem ſententia, et iiſdem fere verbis,

Νυν δ' ΕΣ το κεινου ΚΡΑΤ' ΕΝΗΛΑΘ' η τυχη.

Ut εις—προς, εις—επι, προς—εις, επι—εις, ſic ſæpe κατα de motu ad locum cum εις uſupatur. Vide

exempla

exempla τε κατεχειν εις — pro *appellere*, et *accedere ad* — citata infra ad p. 337. Jam varietas iſta, quam *Daweſius* tantopere et conſtanter improbat, mihi potius videtur gratiam et elegantiam orationi addere. Cæterum claſſis diverſarum vocum ſimilis poteſtatis de eadem re repetitarum, (quam loquendi rationem συνωνυμιαν Græci vocant,) larga eſt et multiplex: quam vero explicare, quo modo par erat, quamquam multa adferri potuerint ab hoc loco non aliena, at nunc tamen nos diutius detineret.

P. 250. l. 10.] *Sanctamandus:* " *Gryphius* εγραφεν. " recte omnino." Solœciſmum quoque vitavit *Berglerus* edendo εγραφεν ex editione *Farrei.*

P. 251. l. 7.] *Sanctamandus:* " Lege Πολλω. at- " que ita *Gryphius.*" Atque ita poſt *Scaligerum* emendat *Daweſ.* quod vero addit, *comparativa in* ιων *exeuntia in ſermone Attico penultimam* ſemper *producere*, in eo falli docuit *Marklandus* ad *Euripid.* Suppl. v. 1101. qui exempla vocis ipſius ηδιον penultima *correptæ* attulit. Ex ejus adnotatione patet, cur *Scaliger* πολλων ſolum mutaret.

P. 252. l. 7.] Αγαμαι καρδιας. Tyrwhittus: " Eadem ſyntaxi, et eodem ſenſu, ut videtur, oc- " currit αγαμαι λημματος in Rheſo, v. 245." Confer quoque

quoque *Mœrin.* Αγαμαι Υπερβολυ, Ατ]ικως· Αγαμαι Υπερβολον, Ελληνικως. et ibi *Pierſonum.*

P. 255. l. 3. ab im.] Vide *Dorvillium* ad *Charit.* p. 335. qui formam ευραμενος defendit ex analogia verborum ειλαμην, ωναμην, et ſimilium: et εξευρατο etiam protulit ex *Menandro.*

P. 257. l. ult.] *Pierſonus*, qui ad *Mœrin.* p. 37. *Daweſii* obſervato obſtare monet veterum Grammaticorum auctoritatem, *Ariſtophanis* lectionem hanc unice veram eſſe Σκαλοπας, εχινως, ΑΙΕΛΟΥΡΩΣ, πυκτιδας.—Deinde ad eandem lectionem *Anaxandridæ* et *Timoclis* verſus corrigit, cætera Daweſii emendationes ſequutus. Circa Hymnum ad Cererem *Callimacho* abjudicatum a *Daweſio*, vide *Erneſtium*; et *Dorvillium* ad *Charit.* p. 275.

P. 259.] Tyrwhittus: "In hac criſi *Daweſii* "acumen deſidero. Mihi certe *Ariſtophaneum* quam "maxime videtur, ut Senex φιληλιαστης,——

Υπο δυσκολιας απασι τιμων την μακραν,——

"cum mortem alicui minatur, poſcat *gladium, aut* "*—tabellam damnatoriam*; qualem ſcilicet, *gladio* "*non minus mortiferam*, vibrare ſolitus ſit." *Daweſii* mutationem improbat quoque *Dorvillius* ad *Charit.* p. 681. qui quoque ſales et urbanitatem vulgatæ

vulgatæ lectionis laudat. Ad hæc, *Photius* Lexico MS. vulgatam agnoscit. Πιναxιον πμητικον, το τοις δικαζεσι διδομενον, εν ῳ γραφεσι τι χεη. Αριστοφανης.

P. 268. l. 6.] " Disputationem, *an Poetis Atticis licuerit diphthongum elidere*, non attingo; neque vero alteram, quæ moveri potest, *an poeta Atticus nunquam fecerit, quod non licuit.* Hoc tantum moneo, de loco Æschyleo, nullam causam apparere, cur *ob syntaxin*, γενωνθ' mutetur in γενοινθ', si modo locus interpungatur, ut, opinor, interpungi debet. Sic

Κἄζευξα πρωτος εν ζυγοισι κνωδαλα
Ζευγλαισι δελευοντα· σωμασιν θ' ὁπως
Θνητοις μεγιστων διαδοχοι μοχθηματων
Γενωνθ', ὑφ' αρματ' ηγαγον φιληνιες
Ιππες.

" Ηγαγον ἱππες ὑφ' αρματ'—ὁπως γενωνται, *I have brought— so that they may become.*" TYRWHITTUS.—Vulgata lectio ita explicata omnino convenit *Homerico* illo, (quod *Dawesius* ipse de diverso usu formarum subjunctivæ et optativæ differens optime cum Platone confert p. 88.) Αχλυν—απ' οφθαλμων ἑλον,—οφρ' ευ γινωσκης, *I have removed—that you may distinguish.*

Quod ad *diphthongos nunquam Atticis elisas*, pertinet, *Dawesio* accidit, quod aliis quoque viris doctis, qui omnia ad certos canonas, (quales nempe *augmentum*

mentum Atticos nunquam omittere ;—anapæstum in paribus locis nunquam adhibere ;—articulum præpositivum nunquam pro postpositivo ;) exigere vellent ; nempe ut corrigeret, quæ correctione non egerent. Etsi enim leges sunt, quas plerumque servabant Poetæ ; est tamen ubi easdem negligerint. Nonnulla esse vocabula, quæ diphthongum deponant, certissimum est : non autem, inquit *D.*, *diphthongi* elisione, sed alterius solummodo vocalis elisione, alterius crasi cum prima syll. vocabuli sequentis ; quæ adeo longa fit, quale est quod hic proponit γραψομαγω. Necesse est igitur, ut exempla, quæ satisfaciant, primam vocabuli sequentis *brevem* præstent. Talia sunt ερχομ' εχων Il. α. 168. τηρȣμ' ὑπο τωνδε *Aristoph.* Vesp. 318. Ερχομ' ες ακρωρειαν *Orphei* de Lapid. ὑποθεσει v. 65. ex iis, quæ protulit *Koenius* ad *Gregor.* p. 72. Sic quoque *Menander* Fragment. Incert. No. cxciii, apud *Bentleium* :

Και τοι τι λογιζομ' ὁ κακοδαιμων περιεδοκων ;

Adde, de quibus me per literas monuit Tyrwhittus vir amicissimus. " *Philemon*. Fragment. Incert. v. 187.

Τȣς αυτος αὑτȣ βȣλεθ' ὑγι νιν φιλους.

" Iph. Aul. v. 1141.

Παντ' οιδα και πεπυσμ', ἁ συ γε μελλεις με δραν.

" et *Euripid.* Fragm. Incert.

Παιδευμα δ' ερως σοφιας κ' αρετης."

quod

ωρετης. quod non egere videtur licentiæ anapæſticæ excuſatione. Simile eſt *Ariſtoph.* Plut. v. 340.

> Εςιν δε μοι τȣτ' αυτο θαυμαςον, χ' ὁπως
> Χρηςον τι πραττων τȣς φιλȣς μεταπεμπεται.

quod metri ſolius cauſa non corrigi debet. Bene quidem χ' abeſſe poteſt, (et in nonnullis libris abeſt,) quam interpoſuerit, qui neſciebat ult. vocis θαυμαςον ante aſpirationem produci poſſe. Utrinque minus neceſſario *Pierſonus* ad *Mœrin.* p. 188. corrigit, εςιν δε μοι τȣτ αυτο ΘΑΥΜΑΣΙΟΝ, ὁπως.—Alia addi poſſint ex *Heathii* Lectionibus ad Tragicos. ex quibus Lectionibus, et e ſupra dictis, hoc ſtatui poteſt; "*Atticos nonnunquam diphthongum etiam ante brevem in* "*monoſyllabis elidere,* μοι, σοι, τοι, και, &c. *et in poly*-"*ſyllabis verbis:*" an vero in nominibus polyſyllabis liceret nondum ſatis liquet. Qui quot hujuſmodi invenerit vitioſa cenſebat, licuiſſe negat *Heathius*, quem vide ad *Soph.* Aj. 178. Philoctet. 795. 1060. *Euripid.* Med. 57.—Aj. 915. Phil. 373. Jon. 186.

P. 271. l. 17.] De loco *Menandri* hoc *Sanctamandus*: "Ταυτολογια non ferenda ſi συνεπραττον vertitur *adjuvarent*. hoc enim ſignificat συνηγωνισατο. Deinde πικρως et συνεπραττον male hoc ſenſu conjungeretur. Πραττειν inter alia ſignificat *ulciſci.* quare et συμπραττειν *una ulciſci.* Verte igitur *et ſe invicem acerbe una ulciſcerentur*: vel *ſi invicem pœnas una acerbe ſumerent.* ita πικρως geminum ſenſum ſervat. vide ab hoc v. 3."

—De uſu imperfecti, abſente αν, nonnulla monui ad p. 237. l. 4.

P. 274. l. 12.] Τεως εως σαυτον λαθῃς διαῤῥαγεις. *Daweſius* negat τεως et εως uſquam alias apud poetas Atticos in eadem ſententia legi: aut εως cum forma ſubjunctiva abſque αν conjungi. Verum *Hoogevenius* longe omnium in particulis Græcis verſatiſſimus illum ipſum *Ariſtophanis* locum non dubitat citare, ut oſtendat voculam εως ſemper habere τεως vel expreſſam vel ſuppreſſam, ad quam referatur. Exemplum quoque profert voculæ εως cum ſubjunctivo ſine αν conjunctæ: ſed tantum ex novo fœdere petitum. Μεχεις etiam cum ſubj. ſine αν ex eodem N. F. exhibet; ſed nihil e poetis Atticis. Daweſianam certe emendationem commendant probabilis ratio, facilitas, et elegantia.

P. 275. l. 3.[De ὅτι Athenienſibus non adhibita vide *Koenium*, ad Gregor. p. 88. qui noſtrum citat. Optime *Sanctamandus*: "Aufer interrogationem poſt ετυμως, et pone poſt τωνδ'. Deinde pro ὅτι lege ειπ."—Verte igitur εςι τι τωνδ'; *eſtne horum aliquid* verum? ετυμως ειπ'—*dic certo, pater, ſi quid me ames.*

P. 276. l. 1.] Daweſius ſtatuit literas metri cauſa geminatas Atticis ignotas fuiſſe: itaque rejicit in *Ariſtophane* εσσεται, in *Sophocle* εσσομαι. *Heathius* vero, qui

qui olim *Dawesio* accesserat, postea aliis similibus apud Tragicos deprehensis sententiam mutavit. Vide *H.* ad *Sophoclis* Antig. v. 1250.

P. 277. l. 1.] Dawesii emendationem ιμεν pro εμεν probat *Heath.* Toupius P. II. Præf. p. 6. corrigit εσμεν. uti correxerat antea *Berglerus* ad *Aristoph.* Plut. v. 256. De vocali correpta ante σμ, στ, &c. monui initio Appendicis. Adde *Hemsterhusium* Miscell. Observ. Vol. 5. Tom. III. p. 55.

P. 278. l. 1.] Interrogationem post χεῖνον tolli quoque jubet *Sanctamandus.* ἤδε vocem Atticam esse negat cum *Dawesio* vir summus ad *Suid.* Cur. Noviss. p. 111. qui nostri emendationem probat. Et sic emendaverat *Berglerus* ex ed. *Aldina* et *Farrei.*

P. 280. l. 20.] " In hoc loco *Aristophanis* nihil " mutandum esse censeo. Quanquam enim vox " ὁπλοτερος nihil præter sonum cum ὅπλα commune " habeat, (ut Dawesius recte observat,) sufficit ta- " men, opinor, ipse *sonus*, ut ex eo Trygæus occa- " sionem arripiat inceptum poema, quasi *armisonum*, " abrumpendi. Quinetiam hæc verba — Νυν αυθ' " οπλοτερων ανδρων αρχωμεθα — revera initium faciunt " poematis cujusdam antiqui de Expeditione The- " bana των Επιγονων. Αρχη των Αντιμαχου Επιγονων, in-

 " quit

" quit Scholiaſtes. Sed verius credo dixiſſet των εις " Ομηρον αναφερομενων E. nam eo tempore, quo acta " eſt *Ariſtophanis* Ειρηνη, dubito an poema *Antimachi* " in lucem prodierit. Et verba ipſa ſtylum anti- " quiorem redolent." TYRWHITT.

P. 281. l. 16.] In Editione Farreana legitur id, quod corrigit *D.*, ταυτ' αδε. quam editionem hic ut ſæpe alibi ſequutus eſt *Berglerus*.

P. 282. l. 18.] " Inſere in fine verſus ὅπως, cum Florente Chriſtiano. Ita enim ſæpe Homerus: ex quo hæc deſcripta. Cæterum totum filio Lamachi tribuo, ut et ſequentem." *Sanctamandus*.

P. 287. l. 12.] Non uno *Daweſio* diſplicuit ὅποι pro ὅπου, hoc eſt *quo* pro *ubi*, poſitum. Haud aliter judicavit *Valkenarius* ad *Euripid.* Hippol. v. 1247. qui noſtro uſus eſt. Tantorum vero pace virorum, mihi equidem ejuſdem elegantiæ videtur ὅποι pro ὅπου poſitum, cujus eſt εις pro εν, et apud Latinos quoque *ad* pro *in* et *apud* * ; nempe ſecundum analogiæ rationem, quam quidem nuper parum perſpectam habui ad *Soph.* Oed. C. v. 23. quam vero latius perſequor in *Specimine* non ſemel memorato, ubi *de cauſis Præpoſitionum et Particularum* linguæ Græcæ

* *Ubi* pro *quo* uſurpatum, et contra, ex Latinis profert *Schraderus* ad *Muſæum*, p. 270.—De *ad* pro *apud*, vide *Gronovium* Obſerv. L. IV. Cap. 6. p. 580, 581. de εις pro εν cf. *Obſervat.* ad *Soph.* Antig. v. 1257.

Græcæ agitur. Hoc igitur *Ariſtophanis* loco velim ποι, vel ὁποι ut in dictis *Sophoclis* et *Euripidis* locis. Rarius videtur, quanquam ad eandem rationem dictum, ποι τελευτησαι με χρη; Oed. C. 468.

P. 288. l. 12.] " Hic etiam facetia Comici " Daweſium latuit. Verſum autem ſic ſcribendum " ſuſpicor

Ειπε τοιαυτην οιδε πολιν, η 'πεπτατο.

" *Sicubi talem urbem noverit, VEL advolaverit.* Tra-" gici ejuſdem opinor tautologia erat, οιδεν η 'πιςατο " —quam hic παρωδει *Ariſtophanes.* Similes phraſes " ridet in Ranis v. 1184. Ηκω και κατερχομαι. et v. " 1205. κλυειν, ακȣσαι." TYRWHITT.—" Πεπτατο verte *volavit*, ut ſit ſenſus, *ſi talem novit urbem, in iis regionibus, quas pervolavit.* Legi etiam poteſt ᾗ." *Sanctamandus.*—De ſcriptura πεπτατο an πεπτετο, etſi alteram præferre videtur, non certo ſtatuit *Daweſius.* Alteram amplectitur *Pierſonus* ad *Mœrin.* p. 312. Priorem πεπτατο confirmant quæ attulit *Berglerus.*

P. 293. l. 16. & 21.] Edd. habent Ακȣσαθ' οσον— et mox σοφιας επιθυμησας inverſo ordine.

P. 294. l. 19.] *Daweſius* cenſet ὁποιον non eſſe interrogantis. At illum ipſum *Ariſtophanis* locum citavit *Valk.* ad Phœniſſ. v. 1698. ut alterum ſimilem *Euripidis* tueretur. Haud diſſimiliter ὁπως

Ariſtoph.

Aristoph. Nub. 677. πως με χρη καλειν; ΣΩΚΡ. ὁπως; de quo vide *Hoogeven.* p. 844, 845.

P. 295. l. 10.] Difficilis eſt hic Critices locus: in quo tamen liceat mihi, bona doctiorum pace, et ea, qua par eſt in his rebus dubitatione, periculum facere. Primo *Daweſius* negat illud ἀττα pro τινα Athenienſibus innotuiſſe: atque conjunctim ſcribi jubet ὀλιγαττα, et ſimilia, non ὀλιγ' ἀττα. Si quidem continua ſerie ſemper extitiſſet, et ſubjectum, ut ὀλιγα ἀττα, vel ὀλιγ' ἀττα, caſu quidem fortaſſe fieri potuit, ut librariorum errore ſeparari accideret. Sed ἀττα ſæpe extat ſeorſum, et abſolute poſitum: tum adjectivo vel ſubſtantivo ſuo præfixum, cum ab adjectivo etiam pluribus vocabulis interpoſitis disjunctum. *Platonis* Phæd. p. 163. ed. *Foſter.* ην γαρ δη ἀττα τοιαδε. Apologia Socr. p. 92, 93. μελλω γαρ ουν ἀττα ὑμιν ερειν και αλλα. Phæd. p. 49. περι ἁ δη και ωφθη ἀττα ψυχων σκιοειδη φαντασματα. Eraſt. p. 8. Ποιαδε μαλιστα τοπαζομεν ἀττα ειναι των μαθηματων—; E. *Pherecrate Harpocration* et alii citant, τοις δεκα ταλαντοις αλλα πειθης, εφη, ἀττα πεντηκοντα, quæ ſic in Trochaicum modulum facile redigi poſſunt:

—— τοισδι δεκα ταλαντοις αλλα και πειθῃς, εφη,
Ἀττα πεντηκοντα.

Ἀττα vero dicitur pro τα, *aliqua* et *quæ.* Græci dicebant ὁ et σα atque τα, pro τις et τινα. vide *Etymolog. M.* V. ἀττα. Ex σα et τα producitur et formatur ασα, et ατα, ſive per diplaſiaſmum ασσα, et ἀττα.

ἄττα. quæ ſignificant *aliqua* et *quæ*, eadem ratione, qua τις dicitur pro *aliquis* et *qui*. cf. ſupra p. 394, 395. Indefinito autem τις ſæpe utebantur adſcititio. Sic de *numero*, ἑβδομηκοντα τινες, πεντηκοντα τινα, pro *circa ſeptuaginta*, *quinquaginta*, &c. ut nos quoque familiariter, *ſome fifty years.*—Deinde de *qualitate*; ut ποιος τις, οἱος τις: et ſic adjectivis additur ut vim v. intendat, ſæpe in maſculino et fœminino genere, ſæpiſſime in neutro; — δεινος τις, μεγα τι. Atque hæc, de ἀττα dici poſſunt: cognata enim omnino ſunt ἀττα πεντηκοντα, ποια ἀττα, δεινα ἀττα, &c. qualia ſimilia paſſim apud Atticos Ariſtophanem, Platonem, &c. leguntur.

Quod ad diverſas ſcripturas ὀλιγ᾽ ἀττα, vel ὀλιγαττα, illam tuebitur uſus voculæ ἀττα per ſe et ſeparatim adhibitæ: et defendit eam quoque *Koenius* ad *Gregor.* p. 3. Hæc contra fortaſſe non diſplicebit ſi ſtatuamus τα, quæ fundus eſt voculæ ἀττα, τῳ ὀλιγα adjectum, ita ut ὀλιγατα per diplaſiaſmum fieret, ὀλιγαττα.

His poſitis, ſtatuere facilius erit de loco *Ariſtophanis*, Ἀπολωλεν ὁ Ζευς. Πηνικ᾽ ἀττ᾽ ἀπωλετο; quem *Daweſius* corrigit πηνικαττ᾽ α. pro πηνικαποτε. *Toupius* vero in *Suid.* P. III. p. 52. ΠΗΝΙΚΑΙΤ᾽ ἀπωλετο, pro πηνικατ᾽, ſive πηνικα ειτα. Sed ſummorum pace virorum, dixerim, nulla litera mutata, ſive legamus πηνικαττ᾽, ſive πηνικ᾽ ἀττ᾽, utrumque defendi poſſe, ni fallor.

fallor. In πηνικατ' autem nullum τῷ ατλα locum facio. ex eadem tamen fere ratione explicare possumus. Ut indefinitis τις et τα, sive ατλα, utebantur adscititiis, sic quoque *indefinita particula* TE, et cognatis κε, δε, τα, κα: quam τε sæpius loco suo amotam et alibi, et in Tragicis deprehendisse videor; ubi vel abundare, vel copulam facere existimabatur. Sic dicitur ὅστε, τατε, ut ὅστις. et eadem, puto ratione, οἷος τε, ὅσος τε, ἅτε, ειθε aspiratum, &c. cujus vice nonnunquam funguntur κε, δε, περ, &c. et sic ὅς κε, ὅς δε, ὅς περ, ἅπερ, τοια δε, ὁια δε, ὁια περ, &c. Pro κε et τε, dixerunt quoque κα et TA, ut δε, δα; γε, γα; &c. Et sic pro ει κε, ὅτε, ποτε, ες τε (*quam diu*,) dixerunt αικα, ὅτα, ποτα, ὅκα, ποκα, αςκα*: ἅς κα mavult *Mazochius* ad *Tabulas Heracleens.* p. 207. quod præfigi soleret ei mutilum Digamma ⊦. Sed Digamma semper vocalibus præfigebatur, (vide *Taylor.* in *Marm. Sanduic.*) neque deinceps ubique in aspiratam abiit. Hesychius *tenuem*, Pindari exemplaria *aspiratam* habent. Usum particularum ας κα illustrat *Koenius* ad *Gregor.* p. 81. et *Toup.* Curis Poster. ad Theocr. p. 2. Jam istud TA extare quoque videtur τοις δη et ει adjectum, δητα, ειτα. et, aspiratum, τοις ὑπυλθα, ενθα, &c. et extat quoque forsan in nostro πηνικατα, sive πηνικατλα.

* Alii aliter de origine vocularum ας κα. cf. Interpretes ad *Hesychium*.

Neque

Neque vero deest unde vulgatum πηνικ' ατ', quod dicunt ουκ Αττικον, ουδ' αρχαϊκον, ουδ' ακριβες, itaque non ab *Aristophane* profectum; et quod mirum vel *Hoogevenio* videtur; defendere queamus, idque ex antiquis Atticisque rationibus. Neutrum adjectivi singulare adverbii vice apud Græcos communes notissimum est. Neutrum *plurale* pro singulari frequentasse Atticos non minus notum. Hinc οἱα περ, *quam* vel *quantum scilicet*; οἱα δε *qualiter*, *quali modo*, *quomodo*, *ut*; πολλα *multum*, *sæpe*; &c. Eandem adeo ad normam indefinitum ατta *aliqua*, *aliquomodo*, *quodammodo*, *fere*, *circiter*: et deinde de tempore, (ut πολλα, *sæpe*,) *aliquando*, *tandem*, &c.—Demum igitur legere et interpretari velim vel πηνικ᾽ ατ', *quando sane?* vel πηνικ' ατ', *quando tandem*, *quo circiter tempore?* quod verius videtur. —— Similiter singulare τι adverbiascere videtur in Πως τι τουτο, apud *Platonis* Theætet. p. 209. ed. *Fischer.* pro Ποιον τι τουτο (λεγεις sc.) Locus est elegantissimus. Ναι δητα, ω Θεαιτητε, παντα πασι γε εγωγε επειδη εγγυς ωσπερ σκιαγραφηματος γεγονα του λεγομενου, ξυνιημι ουδε σμικρον· εως δε αφεστηκη πορρωθεν, εφαινετο τι μοι λεγεσθαι. ΘΕΑΙΤ. ΠΩΣ ΤΙ ΤΟΥΤΟ; ΣΩΚΡ. Φρασω, εαν οἱος τε γενωμαι. &c. Vel legi potest, Οπως τι, τουτο (sc. λεγεις;) *Quomodo*, *qualiter quid*, *hoc dicis? Secundum quid*, *istam similitudinem instituis?* Et hoc elegantius videtur. Simile est illud, quod *Hoogevenius* p. 1230. protulit e *Platonis* Symposio p. 205. Ωσπερ τι; ην δ' εγω. Ωσπερ τοδε.

P. 296. l. 2. ab im.] "Perperam hunc locum ſollicitat *Kuſterus*, nam τινι hic pluralem habet ſignificationem, ut ſæpius: quare vertendum, *ſi utrique veſtrum.*" *Sanctamandus.*

P. 301. l. 3. ab im.] "Aufer punctum poſt ὑδατος — nam ordo eſt, κατα την εμην μιαν, μα τω θεω ȣ δοκει μεν εμοι εμπιειν &c, Oratio inelegans et tautologa. Sed hoc captavit *Ariſtophanes*, ut muliebria ingenia melius exprimeret." *Sanctamandus.*—Locutionem κατα γε την εμην, ſubintellecta γνωμην, ſatis adfirmarunt viri docti *Reiſkius* Animadv. ad loc. *Koen.* ad *Gregor.* p. 12. et *Toup.* ad *Suidam*, P. I. p. 81. qui poſt εμην interpungit, ut μιαν (ſc. *unam cauponam*) cum εμπιειν conſtruatur.

P. 303. l. 15.] "Ορα δ' ὁπως ωθησομαι τȣσδε τȣς εξ αςεως Ηκοντας· ὁσοι πεςτȣ &c. Lege et diſtingue ὁρα δ' ὁπως ωθησομαι, τȣς τε τȣς εξ αςεως Ηκοντας, ὁσοι· πεςτȣ— Verte, *vide quantum prememur, et illos ex urbe venientes, quam multi ſint.*" *Sanctamandus.*

P. 310. l. 12.] Contra *Daweſium* exempla ſatis multa ſuppetunt, *maſculini* adjectivi de fœmina adhibita etiam *ſingulari* numero. vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 153. et 571. *Heath.* in *Euripid.* Med. 850. *Valkenar.* Diatrib. *Euripid.* p. 175. *Muſgrav.* ad *Euripid.* Cyclop. 326.

Ibid. l. 13.] " Της αικιας—An τας ? aliter ſubaudiendum δικην, τιμημα, aut quid tale. quod duriuſculum videtur." *Sanctamandus.* Vulgatam l. probat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 456. et ſubintelligi putat την δικην. *Dorvillio* quoque diſplicent quæ de αικεια ſive ακεια diſputavit noſter.

P. 312. l. 24.] Ευφρονην recte legi apud *Piſidem* monet *Toupius.* Eadem librarii eſt oſcitantia iterum *Suidæ* V. ΕΦΙΕΙ. Εφιει· επετρεπεν. Ο δε Καισαρ δηεν τα προ της πολεως επετρεπεν. pro τα προ της πολεως ΕΦΙΕΙ. Vide *Toupium,* qui locum reſtituit. Utrinque codex noſter C. C. C. cum editis peccat.

P. 313. l. 2.] Vide TYRWHITTUM ſupra ad p. 202. l. 16. *Daweſii* vero obſervationem qua p. 315. dicit Atticos dixiſſe ηλωκα et εαλων, eadem analogia qua ωρακα et εωρων, veriſſimam putat *Pierſon.* ad *Mœr.* p. 178.

P. 317. l. 7.] Qui *Daweſium* ſemper inhumane excepit *Dorvillius,* hoc loco plane illi injuriam facit. (vide ad *Charit.* p. 593.) *Ariſtoph.* Theſm. v. 224. Η μη διδοναι γ' αυτον ωφελον ποτε — noſter corrigit Η μη' ΠΙΔΟΥΝΑΜΑΥΤΟΝ ω. π. ita per craſin ſcriptum pro επιδουναι εμαυτον : quippe cenſebat non Atticis licuiſſe ullam diphthongum elidere. In qua re profecto erraviſſe illum ſuo loco monui. Melius

 igitur

igitur ſcripſiſſet Η μη 'πδεν' εμαυτον —Quid vero *Dorvillius?* " Recte, inquit, *Kuſterus.* *R. Daweſius* molliſſimum, et novis elegantiis commendabilem pro more verſum Comico largitur: Η μὴ 'πδεν' ἀμαυτὸν"—in qua lectione noſtro tribuit, quod quis niſi *Dorvillius* credere voluiſſet admiſiſſe *hominem in minutis etiam accuratiſſimum.* quo nomine *Daweſium* prædicat, præter alios, Belgii Fœderati doctioris decus, et juvenum princeps, cum in vivis eſſet, *Pierſonus* ad Mœrin. p. 178.

P. 318. l. 4.] Pro εφωρατ' corrigit *Berglerus* πεφωρακ' *deprehendit. Pierſonus* ad *Mœrin.* p. 6, *Daweſii* ειφ', ορας,—amplectitur: et mox ejuſdem σκοροδα διαμασωμεθα qui ibidem recte, ut videtur, v. 496. hujus Theſm. loci, corrigit κυβδ' pro κυνδ—uti ſcribendum quoque vult *Berglerus.* quem præter, de voce κυβδα conſule *Toupium* ad *Suid.* P. II. p. 100. —Deinde v. 500. optime reſtituit ex *Suida* ληκωμεθα. Locus igitur ex doctiſſimorum horum triumvirorum correctionibus ſic ſe habet:

Εξηλθον ὡς τον μοιχον· ειτ' ηρειδομην
Παρα τον Αγυια ΚΥΒΔ' εχομενη της δαφνης,
Ταυτ' ουδεπωποτ' ΕΙΦ', ΟΡΑΙΣ, Ευειπιδης.
Ουδ' ὡς ὑπο των δελων τε κωρεωκομων
Σποδεμεθ', ἠν μη 'χωμεν ἑτερον, ου λεγει.
Ουδ' ὡς, ὁτ' αν μαλισθ' ὑπο τε ΛΗΚΩΜΕΘΑ
Την νυχθ' ἑωθεν ΣΚΟΡΟΔΑ ΔΙΑΜΑΣΩΜΕΘΑ.

P. 321.

P. 321. l. 9.] Hujus loci immemor ipſe quoque p. 460. οιχησεται correxi, et ex *Platone* confirmavi. — l. 11. εις, ut ſolet, ſcribit, ubi edd. habent ες.

Ibid. l. 17.] Quod *Daweſius* εξερω 'γω, melius et verius videntur corrigere εξαραξω *Reiſkius* ad loc. et *Toup.* ad *Suid.* P. I. 142, qui vertit, *quomodo veſtram effrænatam inſolentiam contundam?* Idem facit *Sanctamandus*: " Verſus præcedentes et ſequentes ſunt trochaici Catalectici, quare et hic talis ſine dubio eſſe debet. quod corruptum eſſe locum non minus quam ſenſus, clamat. Reſtituetur uterque legendo εξαραξω."

P. 323. l. 15.] Ηξουσι· χαλεπη τε γυναικων εξοδος. Cum metrum claudicans, tum articulum bis omiſſum accuſat *Daweſ.* quibus vitiis occurrit legendo — χαλεπη ΤΩΝ γυναικων Η 'ξοδος. quod factum improbat *Dorvillius* ad *Charit.* p. 450. Fortaſſe magis placere poſſit, quod ſimul facilius et ad vulgatam accommodatius:

—— χαλεπη Δ' Η γυναικων εξοδος.

Ad eandem emendationis rationem, qua hic ἡ 'ξοδος pro εξοδος, infra p. 331, ſcribit μη 'κφυγητε pro μ' εκφυγητε, et p. 331, ῃ 'κδημος pro εκδημος. Sic quoque ipſe Obſerv. ad *Æſchyli* S. C. T. 566. ἡ 'ξωθεν ſcripſi pro εξωθεν. *Longo* articulum reſtituere velim, L. III. p. 81.

p. 81. Το δε εντευθεν ουδεν προηγαγετο ΤΟΝ ξενον· αυτη &c. nempe in rebus amatoriis hospitem *istum*. Quam articuli vim illustrat *Marklandus* ad Suppl. *Euripid.* Ad verbum προηγαγετο docte et exquisite dictum pro *ostendit*, *monuit*, cf. quæ *T. H.* docuit de προηγεισθαι ad *Lucian.* T. I. 412.

P. 324. l. 22.] *Thomas* quidem *Magister* V. χρειαι legit, ut vulgo editur, χρει' η. sed doctam *Dawesii* observationem de χρειη optativo probat *Pierson.* ad *Mœrin.* p. 415. et *Heathius* passim in *Lectionibus.* *Brunckius* etiam χρειη in textum recepit, et cum λεγειν, ut voluit *D.*, conjunxit.

P. 327.] Ομως γα μαν δει· τας γαρ ειρανας μελω. *Koenius* ad *Gregor.* p. 110. distinguit

Ομως γα μαν· δει τας γαρ ειρανας μαλ' αυ.

Et addit: " quo pacto si distinguatur, et ὁμως γα μαν gestu adjuvetur: quo non pauca adjuvanda sunt in Comico: ne elegantissima quidem *Toupii* conjectura in Emend. ad *Suid.* II. p. 164, proposita opus videbitur. nam *Dawesii* μελω pro μαλ' αυ, satis refutat ipse *Aristoph.* qui illud αυ Lacænæ tribuit v. 91, 94, 171. Laconi, 989, 1100, 1268."

P. 330. l. 5.] Pro εμπλειμην bene videtur restituere εμπληιμην. Ηι, et Η, sæpe per errorem abierunt in

in EI. quod in Antigonæ *Soph.* v. 538, Συ δ', ἡ κατ' οικους ὡς εχιδν' ΥΦΕΙΜΕΝΗ Λῃθουσα μ' εξεπινες,—nuper *Brunckium* etiam poſt alios fefellit. Proculdubio reponendum,

Συ δ', ἡ κατ' οικους, ὡς εχιδν' ΥΦΗΜΕΝΗ,
Λῃθουσα μ' εξεπινες.

Bene ſibi ipſa conveniunt, et ſe illuſtrant, ὑφημενη, et λῃθουσα. Schol. ἡ γαρ εχιδνα λαθρα ΚΑΘΕΖΟΜΕΝΗ των ανθρωπων εκπινει το αἱμα. quibus noſtra lectio unice firmatur.

Ibid. l. 21.] *Daweſius* ſcribit Κωνε et Κωνδ' ex opinione, quam ſupra irritam dedimus.—Similiter απολειϑαι male ſcriptum in *Alciphrone*, III. 11. pro quo *Toupius* non minus ingenioſe et vere reſtituit απωλιϑε, ad *Longinum* Sect. III. Quod pro αναπολειϑαι *Daweſius* corrigit αναπολιϑοι — *Taylorus* correxerat απολιϑαινει. Noſter quidem negat aliam fuiſſe formam, quam απολιϑαινειν. ſed vide *Toupium* l. c. qui alteram απολιϑωνειν afferit. *Sanctamandus* " legit απολειπεϑαι, hoc ſenſu, *neque a currente anteverti.*" Sed ratio *Daweſianæ* emendationis ſuam lectionem commendat. Sæpe accidit ut vocabula coaleſcerent, quæ dividi debebant. Cf. *Euripid.* Iph. Aul. 383. et Herc. 206. locos a *Daweſio* feliciter emendatos p. 332. 334. *Theocritus* XXIII. 16,

Λοιϑιον ουκ ηνεικε ΤΟΣΑΜΦΑΟΤΑΤΟΣ Αφροδιτας.

Sic

Sic legebatur in prim. ed. et MSS. Posteriores editores *Theocrito* tribuerunt ΤΑ ΣΥΜΦΟΡΑ τας A. Deinde eleganter *Eldikius* ΤΟΣΑΝ ΦΛΟΓΑ τας A. Pulcherrimum cogitanti *Eldikianum* illud, mihi alterum tamen liceat proponere :

Λοισθιον ϐκ ηνεικε, ΤΟΣΑ 'ΜΦΟΡΑ τας Αφροδιτας.

h. e. τοσα εμφορα ην. *Tandem non sustinere potuit, tantus erat amoris impetus.* Vel

——— ΤΟΣΑ 'ΜΦΕΡΕΤΑΙ Αφροδιτα.

tanta irruit Venus. Notissimum est illud *Horatii*, Od. I. 19. 9. *In me tota ruens Venus*—quod *Valkenarius* cum plurimis similibus adhibet ad *Euripidis* Hippol. v. 443.

Κυπρεις γαρ ϐ φορητον, ην πολλη ῥυῃ.

P. 332. l. 3. ab im.] Probavit δω σων *Ruhnkenius* ad *Julium Rufinianum*, p. 222. et in textum quoque recepit *Marklandus*. Quod vero putaret noster poetas Tragicos Trochaicorum commatum rationem, *ut finis quarti pedis nominis verbive fine comma primum clauderet*, servasse *inviolatam*, in eo falli monuit *Marklandus*. Nimis severe exigi solent poetæ : quibus, ut aliis hominibus, non semper *cautum est in horas*. Similis est commatum ratio, quam postulant hodierni versus *Alexandrini* qui vocantur ; *nempe*

ut

ut finis tertii pedis nominis verbive fine comma primum claudat; qualis eſt iſte :

With necks in thunder cloth'd, | and long-reſounding pace.

Rationem tamen illam, quamquam juſto versûs numero plane neceſſariam, eſt ubi violarint etiam optimi poetæ. In venuſtiſſimo poemate legitur

Did guide, and guard their wandrings, whereſoe'er they
went.

(*The Minſtrel*, B. I.)

Ut δω σων in δω σω abiit, atque inde in δωσω, ſic ſæpe factum eſt ut vocabula in ultimis depravarentur. Vide plurima exempla a *Marklando* digeſta ad calcem utriuſque Iphigeniæ. *Æſchyli* S. C. T. initio,

Καδμȣ πολιται, χρη λεγειν τα καιρια,
Οςις φυλασσει πραγος εν πρυμνῃ πολεως
Οιακα νωμων, βλεφαρα μη ΚΟΙΜΩΝ ὑπνῳ.

Ingenioſe pro κοιμων hoc loco ΚΟΙΜΩΝΘ᾽ i. e. κοιμωντα, (ſcilicet ὁςις φυλασσει—εκεινον χρη, μη βλεφαρα κοιμωντα ὑπνῳ, λεγειν τα καιρια, *eum invigilare oportet, et ſuadere atque facere quæ opportuna ſunt* :) reponit vir doctus *T. Edwards*, (*T. F.* editoris Selectorum Idylliorum Theocriti.) cui Æſchyli amatores nobiſcum debebunt novas obſervationes ſatis multas ex Stanlei *Curis Secundis* MSS. in Æſchylum, *Obſervationum* noſtrarum *Alteri* Parti ſubjiciendas. Locus vero *Æſchyli* ſic emendatus melius, ut bene obſervavit,

 com-

comparari poteſt cum *Homerico* illo Ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα &c. In *Theocriti* Idyllio I. v. 62, locus eſt vexatiſſimus fortaſſe demum levi manu ſic caſtigandus :

Αικεν μοι τυ, φιλος, τον εφιμερον ὑμνον αειϲης,
Κουτοι τι ΦΘΟΝΕΩΝ.———

Si tu amabile illud carmen cecineris, Και ουτοι φθονεων, *idque ſane libenter et* αφθονως. Vulgo legitur et diſtinguitur,

Αικεν μοι τυ, φιλος, τον εφιμερον ὑμνον αειϲης.
Κουτοι τι φθονεω. *Neque tibi invideo.*

P. 333. l. 8.] Multos hic *Sophoclis* locus exercuit ; de quo nonnulla monui in *Obſerv.* ad *Soph. Daweſii* lectionem præferam plene ſcriptam Αλλ' εα αυτον· quoquo velis modo enunciatam. Certe plene ſcribuntur μη ου, μη ειδοτα, επει ου, &c. per craſin tamen enuncianda. *Scio ſermonem et decori ſervire et aurium voluptati* ; *unde fit ut ſæpe aliud ſcribamus, aliud enunciemus* *. Nondum autem definire aliquid auſim. De meo ipſius conatu addam tantummodo, Αλλ' ΟΥΤ' ΕΝΕΙΣΙ χατεροις γοναι κακαι και Θυμος οξυς ; intelligi velim pro ουτε — και ἑτεροις — *Nonne et aliis etiam*—et conſtructionem verborum ſic inſtitui ; Αλλ ου τε και ἑτεροις γοναι κακαι και θυμος οξυς ενεισιν ;—Deinde haud ſcio an copula omiſſa ſententiæ vim addat. Τα των κακιϲων, δυσσεβεϲατων, — *facinora peſſima, impiiſſima,*

* *Velius Longius* apud *Taylor.* ad Marm. Sanduic. p. 47.

issima. Non placet inversa dictio in *Dawesii* emendatione τα των κακιςων δυσεξεςατα, pro τα των δυσεξεςατων κακιςα.

P. 335. l. 22.] Probabilis est emendandi ratio nec tamen emendatio ipsa necessaria videtur. Nam aspiri spiritus vis, quam ridet *Dawesius*, fulcrum metri satis firmum est: (vide supra p. 460, 461.) et abesse puto σε, nulla, ut videtur, sententiæ injuria aut obscuritate. Quod ad emendandi rationem, sæpe accidit, ut initia vocabulorum, et vocabula etiam integra, in ultimis syllabis præcedentium absorberentur. Hoc modo fortasse depravari potuit locus *Achillis Tatii*, p. 35. ed. Salmas. Το συνηθες της κοινωνιας εις χαειν αιδεσιμωτερον. Eleganter profecto vir doctus in *Bibliotheca Critica* P. II. p. 60, corrigit — εις χαειν ανυσιμωτερον. Suspicabar εις χαειν αναιδεσιμωτερον. h. e. μαλλον αναιδεα, θρασυτερον ποιει. Ut loco *Longi* supra citato ad p. 44. l. 14. Daphnis ιω ΕΣ ΠΑΝ ΕΡΓΟΝ περιεργοτερος και ΘΡΑΣΥΤΕΡΟΣ. Sed ecce alteram lectionem acute a TYRWHITTO nostro excogitatam. Το συνηθες της κοινωνιας εις χαειν ΕΝΑΙΣΙΜΩΤΕΡΟΝ. h. e. συμφορωτερον. Αιδεσιμωτερον censet fuisse correctionem τυ αινεσιμωτερον, idque ex εναισιμωτερον depravatum: quod accidere potuisse enunciationis vitio, quo confundi solent αι et ε. vel per festinantiam syllabis transpositis, εναις—αινες.—Fortasse in *Paterculi* loco a præcedenti *est* eliminari potuit *sed*, sive

 male

male tranpositum *esd*; quod deleverit aliquis, qui id male repetitum et corruptum ex *est* putaret; L. II. c. 86. *nec quisquam interemptus est: paucissimi, et hi, qui ne deprecari quidem pro se sustinerent.* An legi possit, *nec quisquam interemptus est*; *sed paucissimi,* — *Nisi* nonnunquam dicitur pro *sed*; anne *sed* rursus pro *nisi?* ut αλλα et δε Græcorum, pro ει μη. *Xenoph.* Ephes. pag. 36. l. 9. Παντας τε απεκτεινεν, ολιγους ΔΕ και ζωντας ελαβε, *Omnes iuterfecit, sed paucos vivos cepit*, i. e. *præter paucos, quos vivos cepit.* cf. *Abreschium* Miscell. Observ. Vol. X. p. 354. *Nec quisquam interemptus est, sed paucissimi,* sic foret idem ac *nec q. i., sed paucissimi* (sunt) *interempti,* sive *Omnibus pepercit, sed paucissimos interimi fecit* (sive præter paucissimos quos interimi fecit.) — Ob similem præcedentis literæ formam (nam in vetustis MSS. vix aliquid differunt,) excidisse videtur γ *Æschyl.* Prometh. 769.

Ου δητα πρειν εγωγ᾽ αν εκ δεσμων λυθω.

Ubi sede secunda Pyrrichius est: et desideratur γε quæ in similibus πριν comitari solet. Jam γε illa restituatur; et omnia recte se habebunt: Ου δητα πριν Γ᾽ εγωγ᾽ — Aures fortasse delicatiores offendet γ toties repititum: ut offendit nominatim *Morellum*, et *Brunckium*, virum præstantissimum; cujus profecto aurium sensus mollis est et curiosus; cui vero pene dixerim nonnunquam illum nimis indulgere. Certe

sunt

sunt plurimi versus apud Tragicos istâ Æschyli emendata lectione multo duriores. Præter loca a *Marklando* citata ad Iph. T. 1068. hæc sunt apud unum Oed. Tyrannum. v. 47,

ΙΘ' ευλαβηΘηΘ'.———

115. Προς ΟΙΚον ΟΥΚΕΘ' ΙΚΕΘ' ὡς απεςαλη.

379. Τυφλος Τα Τ' ωΤα Τον Τε νουν Τα Τ' ομμΤ' ει.

387. Κρεων δε σοι πημ' ουδεν, αλλ' αυτοΣ Συ Σοι.

541. ΤολμηΣ προΣωπον ὥΣτε ταΣ εμαΣ ΣτεγαΣ.

1480. ΩΣ ταΣ αδελφαΣ ταΣδε ταΣ εμαΣ χεραΣ.

Quæ posteriora decantato nostri Anglorum sermonis sigmatismo et sibilo minime cedunt. Sed veteres Attici et frequentabant aspirationes, neque adeo cognatum illum sigmatismum aversabantur. Nullo quidem exemplo γε εγωγε habet *Hoogevenius*. Sed sic apud *Platon.* Theætet. p. 209. ed. *Fischer.* Νυν δητα, ω Θεαιτητε, παντάπασι ΓΕ ΕΓΩΓΕ επειδη εγγυς ὥσπερ σκιαγραφηματος &c. vide locum supra p. 486.

P. 337. l. ult.] Εν τοισιν αυτοις δωμασιν κατειχομεν. *Portus* activum ait pro passivo adhiberi: et *Barnesius* subintelligi ἡμας. Κατειχομεν neutro sensu adhiberi statuam, et subintelligi ἑαυτους. Hanc vero explicandi rationem ineptam existimat *Dawesius*. At quoties tamen eodem modo usurpata occurrunt in primis αγειν, φερειν, εχειν. Quis non meminerit αγε, καταγε, αγε δη, φερε δη, εχε δη: vel κακως εχει, &c. vel

εχειν

εχειν περι τινα, &c. quorum ſimilia plurima ſunt in *Vigero* et *Budæo*; in quibus pronomen ſubintelligitur: εχειν *habere ſe*, *eſſe*. Raro exemplo Pindar. Pyth. X. 104. in quo αγων uſurpatur et in neutro et in activo ſenſu. αγων αγοντα προφρονως. *ducens euntem ultro.* vide *Benedict.* ad loc. Alia quoque multa activa neutraliter et paſſive dicuntur. Vide *Erneſtum* ſupra citatum p. 388. et *Burtonum* ad *Soph.* Antig. v. 901. *Abreſch.* ad *Thucyd.* p. 88. Sed et illud ipſum κατεχειν eadem ratione dicitur. Exemplum profert *Muſgravius* ad locum ex *Thucydide* VIII. 28. εν ῃ Αμοργης κατειχε. Alterum ex eodem *Abreſchius* Dilucid. Thucydid. p. 286. οἱ περι πυλον κατειχον, *immorabantur.* quicum confert *Xenophont.* K. Π. 250. ϛρατευονται γαρ δη οἱ κατα την Ασιαν εχοντες—Vide alia exempla alio ſenſu dicta p. 460. — Neutrum quoque eſt de iter *tendentibus.* Act. Apoſtol. Cap. 27. v. 40. κατειχον εις τον αιγιαλον. ubi vide *Palairet.* in quibus κατα vim eandem habet, quam εις. vide ſupra p. 468, 469. Eadem ratione de fama *invalente* κατεχειν dici φημην et λογον docebunt *Valkenari* obſervata ad *Euripidis* Hippol. 1465, φημαι μαλλον κατεχουσιν. atque in illis fortaſſe κατα vim habet *manſionis* eandam, quam *ob* in *obſidere*, *obtinere*. Quo demum quoque pertinet κατεχειν noſtrum *Euripidis*, *habere ſe apud*, *in loco*; *adeſſe*, *ineſſe*, *manere.* Εν τοισιν αυτοις δωμασιν κατειχομεν, *in eadem domo manebamus*, *degebamus.*—Cæterum Græci qui activa neutro ſenſu adhibebant, neutra rurſus fece-

runt

runt activa; hoc est, (quod alibi ostendere conamur,) verborum significationes, quæ vulgo et apud recentiores vim vel activam, vel neutram fere solam habebant, nonnunquam reciprocas fecerunt, secundum rationem quam sequebatur antiquissimorum hominum simplicitas. Sic apud *Euripidem* transitive adhibentur ζέω Cyclop. 391. φλέγω Phœn. 262. Troad. 324. ἀΐσσω Bacch. 147. Orest. 1457. ad quos locos vide *Musgravium*. Simili ratione μανθάνω est *disco*; et discere facio, *doceo*. Δεδάειν Homero est *didicit* et *docuit* *. Vide *Gataker*. Adversar. Miscell. p. 804. ed. Trajectina, et *Abresch*. Miscell. Observ. Vol. IX. p. 433, 434. A δάω, sive δαίω, *disco*, fit δάσκω, Διδάσκω, *doceo*. — *Contingo* † fortasse in activo illo et secundario sensu dicitur in *Virgil*. Culice. v. 137. *Adpetit aeriis contingere montibus astra*, h. e. *facere ut contingant*, conveniant, sive *conjungere*. Hunc sensum certe requirit *Gronovius* Observ. L. II. p. 181. qui igitur corrigit *conjungere*. et sic

* *Pseudo-Orpheo* Argonaut. v. 33. restituenda videatur vetus lectio ἐδάην, *docui*, cujus loco edidit ἐδάης *didicisti* Gesner. ex uno MS. *Voss*. De verbis forma passiva, sed activo sensu adhibitis vel unum *Vigerum* satis erit consuluisse. In iisdem Argonauticis, v. 967. legitur ἀΐσσουσι activo sensu, quod vir summus, qui olim correxit αἰθύσσουσι, defendi posse forte censeat ex *Musgravii* observatione ad Bacch. 147.

† Cognatæ sunt formæ τάγω, unde TANGO, et τίγω, sive ΘΙΓΩ, unde TINGO. Ex neutra vi a τάγω, fit δάκτυλος. a τίγω, DIGITUS; ab hoc quoque neutraliter DIGNUS. *dignum* est, quod *attinet*, *convenit*: active TIGNUM, quod *conjungit*, *continet*, sive quo continetur.

Aldus

Aldus habet, forte ex Gloſſatore. Sed magis inclino ad primariam verbi vim, ut locus ſic intelligatur, *Ilex adpetit contingere aſtra ab aeriis montibus*, *To touch the ſtars from the mountain*, or *to reach from the mountain to the ſtars.* Simplex hæc eſt et facilis ratio: quæ tamen ellipſis præpoſitionis forſan non animadverſa induxiſſe videtur *Gronovium*, ut corrigeret *conjungere*, et *Scaligerum*, ut *motibus* pro *montibus* ſcriberet. Eodem ſenſu Eclog. 8. 40. et plena dictione:

Jam fragiles poteram a terra contingere ramos.

ADDENDA.

A D D E N D A.

IMPRIMIS monendus eſt lector, tentamen quoddam *de cauſis linguæ Græcæ*, ad quod non ſemel retuli, tanquam Adnotationi in *Daweſium* acceſſurum, tandem hodie excreviſſe latius, quam quod commode acceſſerit. Ex iſto adeo tentamine excerpſi ſolummodo, quæ confirmare poſſint obſervationes aliquas hic illic propoſitas. At primo accipe addendas *Daweſianas ſui ipſius correctiones:* in quibus una eſt, quam, ubi de vi literarum inceptivarum ST ageretur, propoſui; et quam mirabar non *Daweſio* quoque ſuccurriſſe. *Daweſii* vero auctoritas non facit, ut ſententiam de loco *Ovidii* p. 344, dictam immutem: de qua re vide etiam infra p. 500.

“ P. 4. (alterius ed p. 5, 6.) Aut etiam, *immenſa ſtagna.*

“ P. 8. (10. l. 18.) Hodie malim. *Titulus*, ut—

“ P. 10. (12. l. 13.) Lege *και μονον τεταρτον*. Pauca autem exempla, quæ dactylum in verſibus trochaicis repræſentant, alias ad examen revocaturus ſum.

“ P. 13. (15. l. 11.) Hodie vero legerim, *quod* iſta *complet*—h. e. vocalis *u* modo memorata.

“ P. 43. (46. l. 12.) Vel forte interpretamentum germanæ ſcripturæ *σπευδομενον*———

" P. 90. (92. l. 22) Lege ῥήγμινα——MSS°. Dawesii *Farmeriano* libro præfixit noster locum Aristophanis Equit. v. 1272. quem corrigit εἴ τις εὐλογίζεται pro ὅστις.

Certi sunt canones, quos Poetæ *plerumque* servabant, quales illi *de anapæstis in secunda sede Senarii Tragici non admittendis*;—*de augmento ab Atticis nunquam omisso*;—*de articulo præposito nunquam pro postposito adhibito*;—*de* ει *pro* ε *in* εἰνάλιος, &c. *forma ab Atticis nunquam adhibita*;—et *de literis metri causa ab iisdem nunquam geminatis.* Istos canonas ita inculcarunt viri docti, in quibus noster *Dawesius*, ut loca omnia, quæ eos violarent, etiam contra constantem librorum MSS. consensum corrigenda putarent. Jam præter ea, quæ suis supra locis in Appendice dicta sunt, accedant *Brunckii* judicia, viri doctissimi, et in Tragicis scriptoribus versatissimi, qui ex una et continua trium Tragicorum recensione quamplurima comperta et perspecta demum habet, quæ alii vel omnino non viderunt, vel cognoverunt quasi per nebulam. Ille scilicet *anapæstum* in secunda, et quarta sede defendit ad *Euripidis* Orest. 1251. et ad *Æschyli* Prometh. 265. et censet etiam versus quosdam manifeste vitiosos non aliter emendari posse, quam revocato anapæsto.—Atticos nonnunquam *augmentum* omisisse; et nonnulla etiam esse verba, in quibus proprium est Atticis augmentum omittere, monet ad *Euripidis* Androm. v. 955.

—Usum

—Usum *articuli* præpositi pro postposito, Atticis vindicat ad *Euripidis* Androm. 804. *Æschyli* S.C.T.v.37. cf. quoque observationem paulo posthac sequentem, p. 500.—De *vocibus poeticis*, quæ habent ει pro ε, et literas geminatas metri causa, et non metri causa, vide eundem ad *Euripidis* Orest. 446. —*Aspirationis* vim ad producendam brevem syllabam præcedentem, et in Observationibus ad *Sophoclem*, et in hac Appendice post *Dorvillium* asserere contra *Dawesium* conatus sum. adde *Brunckii* sententiam ad *Euripidis* Orest. v. 1284. p. 221. *Æschyli* Prom. 438.—*Dawesii* observationem de μεθιημι et μεθιεμαι, quam unice probasse *Valkenarium* dictum est supra p. 463, in partes vocat, ad *Euripidis* Medeam v. 737.—*Dorvillio* memorato p. 483, adde *Brunckium*, qui ad *Æsch*. Prom. 265. nullam synizesin in αεικες agnoscit.

P. 348.] Versus Trachin. 295. hanc veriorem esse lectionem nunc puto, deleta distinctione post παροντων, et pro μεν scripto νυν :

Των ΝΥΝ παροντων τωνδε πεπυσμενη λογω.

De his nunciis præsentibus, vel, *de hac Herculis victoria*, (tibi) *certiori factæ*. Των νυν παροντων τωνδε pro τωνδε των νυν παροντων. ut v. 750.

——— η λωυς φρενας

ΤΩΝ ΝΥΝ ΠΑΡΟΥΣΩΝ ΤΩΝΔ' αμειψασθαι ποθεν.

Vel meliorem hac nunc præsenti mentem, quam quæ nunc adest tibi, alicunde accipere. vers. 295, μεν corrigere

 aliquis

aliquis potuit, ut δε disjuncta a των, (pro τωνδε,) haberet, ad quod referretur. Volebam δε in γε mutare hic, et in v. 207. της γε pro της δε, *cujus* legere. Sed nunc puto Tragicos, ut dicunt ὁ pro ὅς cum Ionicis, sic dixisse quoque τησδε, vel της δε, &c. pro *cujus*, ut *Homerus* τατε, pro *quæ*. In *Euripidis* Androm. v. 1137. χωρειν προς αυτους· τοι δ', ὁπως πελειαδες—præstant membranæ, teste *Brunckio*, ubi vulgo ΟΙ δ'. Δε pro δη, γε, posita sæpe a loco suo mota fuisse videtur.

P. 345.] Poetas regulam illam de inceptivis ST, SP, &c. traditam nonnunquam neglexisse, hæc quoque ostendunt. *Propert.* L. IV. El. 4. 46.

Tu cave SPINOSI rorida terga jugi.
Tenvia SPUTA, minuta, croci contincta colore.
Lucret. IV. 1146.

Denique *Philodemus* habet,

Η μεν ματρωνας τε τροπους και ηθεα ΣΤΕΡΓΕΙΝ.

Epigr. IX. apud *Brunck.* Qui in talibus Poetas omni incuria liberare velint, dicant *tenvia* et ηθεα enunciari debere *tenviā*, ηθεā, ut *aureā*, *aureōs*, θεῶν, &c. per synæresin, uti enunciari etiam posse Ovidii *sua stat* h. e. *suā stat*, quomodo solet *suavis*. quorum similia videre licet apud *Gatakerum* de Diphthongis p. 14. Utrinque vero recte se habebit Callimachi Κτηνεα σφιν.

Sect.

Sect. III. p. 73. penult.] De inventis accentibus in diverſa abierunt viri docti. *Ariſtophanem* Grammaticum accentuum, hoc eſt, ſignorum, inventorem fuiſſe affirmat *Voſſius*, idque auctoribus, ut ait, *Apollonio* et *Arcadio*. Fidem *Voſſii* ſuſpectam habet *Primattius* (Accentus Redivivi, p. 46.) At vero qui tam multa Grammaticorum veterum opera ipſe poſſidebat, multa evolverat *Voſſius*, quæ quotus quiſque hominum extare noverit. Et illius etiam ipſius *Arcadii* hodie extat Biblioth. Regia Pariſienſi ineditum περι τους των οκτω μερων του λογου, (et, quod diſſimulavit *Primattius*,) και περι ΕΥΡΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΠΡΟΣΩΔΙΩΝ, ſcriptum, quod litem hanc fortaſſe dirimere poterit.

P. 82. l. 14.] *Daweſius* negat ὁσος αν et ſimilia cum optativa, vel cum ulla alia forma, præter unam Subjunctivam ſine ſolœciſmo conjungi poſſe. At tamen uſurpat cognatum ἁπ' αν cum Indic. *Ariſtophanes* Acharn. 486. ἁπ' αν αυτη σοι δοκει. quem vero locum corrigit *Daweſ*. p. 235. Cum Optat. *Sophocles* Oed. Tyr. 77. ὁσ' αν δηλοι, ut in loco *Xenophontis* ὁσῳ αν ελθοι.

P. 85.] Acuti erat ingenii obſervaſſe diſcrimen, quo adhiberi ſolitæ formæ Subj. et Opt. *Daweſius* ſtatuit "formam *optativam* cum particulis ἱνα, οφρα, ὁπως, &c. conjunctam nunquam niſi verbo *præteriti* temporis ſubjici:" ubi ipſa ſit ſenſûs *futuri* ſcilicet, ſi hominem, qui agit, et de quo

narratur;

narratur; *præteriti* autem, si scriptorem, qui narrat, spectes. Exemplum, quod isti observationi obstet, nullum protulit ne *Hoogevenius* quidem, non modo ipse reperi. *Subjunctiva* vero non tantum verbo *præsentis* et *futuri* temporis, quod solum licere putat *D.* sed et *præterito* nonnunquam subjicitur, præsertim *imperfecto.* Ξυνελεγοντο—ὅπως μη φανεροι ωσιν, &c. *Thucyd.* L. II. 3.

P. 384.] Εμι, sive Εμμι et Ειμι veram esse scripturam, et non ιμι, sententiæ favet quod ab εω, unde εμι, ειμι, adhuc in Homero extat εσκε, *erat*, formatum ex Æolico, qui dicitur, more, ut βασκω, διδασκω, *gnosco*, *pasco*, &c.

P. 404. l. 31.] Βροω, βρωσκω, a βορω, ut βροτος, a μορτος.] sic ημβροτεν deduco ab αμαυρω, (unde αμαυρος) αμαυρτω, (omisso Digamma, sive υ, αμαρτω, unde infinitivum αμαρτειν, et αμαρτανω,) αμαυρτω, αμβροτω. *Tenebrarum* et *erroris* notiones parum a seipsis absunt. Verum ut *au* et *o* permutabantur apud Latinos in *claudus*, *clodus*, *maurus* MORUS, &c. sic antiqui Græci pro αυ dixerunt ω, et ωυ, sive potius ο et ου cf. *Koen.* ad *Gregor.* p. 126. Et sic extant θραυω, τραυμα, τιτρωσκω, τρωμα, eodem pertinentia.—Eadem metathesi variari putem MULTUS et Πλοτος sive Πλουτος, *divitiæ*; quanquam longe aliter viros eruditissimos judicare haud ignoro. vide Lexica; et *Valkenarium* ad *Theocrit.*

P. 410.

P. 410. Ϝαδυς, βαδυς, ἁδυς, ἡδυς] vide βαδυς et Βαδομαι apud *Hesychium*. Huc pertinere videtur BASIUM, eadem rei ratione dictum, qua *suavis* et *suavium*. Βαδιω, *basium*; ut γαδιω, *gaudeo*, *gaudium*. Elementa vero, quæ ad dentes pertinent, δ, τ, θ, sæpe commutantur cum σιγματι. sic ορθος, ορσος, &c. Sic in præteritis verborum *rado*, *rasi*; *lædo*, *læsi*; *audeo*, *ausus*; *gaudeo*, *gavisus*; *suadeo*, *suasi*; &c. et sic, opinor, βαδιω, *basium*. Scaliger censet *basium* dictum a βασις, quia sit *amoris fundamentum*. Nimirum *Scaligero*, ut tam auspicato amare cœperit, facilis Venus favere potuit præ aliis hominibus, qui plerique longe ante *SUAVITATEM* et ΑΔΟΝΑΝ *basii* acceptam, δεξαμενοι την του καλλους απορροην δια των ομματων, ut *Plato* in Phædro loquitur fortasse post *Euripidem* (Hippol. v. 525.) Ερως, Ερως, ὁ κατ᾽ ομματων Σταζεις ποθον, εισαγων γλυκειαν ψυχᾳ χαριν. Ad quæ posteriora σταζεις—εισαγων γλυκειαν ψυχᾳ χαριν proxime accedit Lucretii illud *dulcedinis in cor Stillavit gutta*. L. IV. 1054.—Βαδυς vero a Ϝαδυς, et βαδομαι a Ϝαδομαι: et ejusdem quoque, puto, originis esse, præfixa Σ, ut sæpissime fieri solet, SUADEO, SUAVIS, SUAVIUM. *Placet* et *placitum* dicuntur de sententiis, decretis, &c. Jam qui *suadet*, facit ut *placeat*.

P. 412. 448, &c.] Vocabulorum derivatorum quantitas ab originibus suis discrepans, atque earumdem etiam vocum alia aliàs enunciatione prolatarum, sæpe *Vossium* male habuit. At nihil certius

tius eſſe patet ex *Gatakero*, et vocabulis antea memoratis, et ex multis aliis, quorum pauca hæc ſunt: *vādo*, *vădus*; *dīco*, *dĭcax*; αγκῦρα, *ancŏra*; *rŭmo*, *rūma*; ἀδῦλιζειν, *adūlor*; quæ poſtrema ſic formari videntur: ἁδω, (unde ηδω, ἁδεω, &c.) αδυλω, ADULOR, ἀδυλιζω, ut καμπω, καμπτω, καμπυλυς; καρπω, (unde latinum CARPO,) καρπος, καρπαλος, καρπαλιζω; δαμω, δαμαλος, δαμαλιζω, &c. Καρπος dicitur apud Homerum de *vola*; ut vulgo de *fructibus*. Et ſic paſſive eſt, qui carpitur, colligitur, *fructus* *; et active, quæ prehendit, colligit, *manus*. Huc pertinet diverſa quantitas Æolicæ ſive Doricæ α, quæ cum plerumque apud Græcos longa ſit, nihilominus eſt nonnunquam *brevis*: (Vide *Heath*. ad *Æſchyli* Agam. 1485. et ad *Euripidis* Phœn. p. 38. v. 1559.) ſæpiſſime apud Latinos, et ſemper quidem in fine verborum, ſc. *fama*, *muſa*, &c. Non unum errorem vir doctus errat in *Obſervatis Philologicis* p. 89.

P. 414.] Priſciani obſervationem, *Digamma in metris nonnunquam pro nihilo acceptam fuiſſe*, evertere conatur *Reinoldius* Hiſtoria Literarum Gr. et Lat.

* Et ejuſdem fere rationis puto FRUOR, FRUCTUS, FRUGES, cujus eſt καρπος. quippe quæ f. deduci debeant a ῥυω, ῥυομαι, *traho*, unde, opinor, ῥυπος, RUBIGO, *collecta*, *concreta ſordes*: ρυσσα. RUGA, *contracta*, *complicata cutis*. &c. *Fruges*, *fructus*, igitur de iis, quæ *colliguntur*. Inceptiva F Digamma eſt, quod τῳ ρ præfigi ſolebat. De cognatis σσ et *g*, in ρυσσα et *ruga*, jam non ſemel, et infra etiam p. 512.

p. 48,

p. 48, legendo, pro Αμμες δ' Fειρανταν· το δε τ' αρ θετο Μωσαλιγαια, (quod apud *Putſchii* ed. p. 540 legitur) converſa et mutila figura Αμμες δ' ⊣ειρησαντο τοδ' αρ—Unde putet quis mutilum illud Digamma pro *leni* ſpiritu nonnunquam adhibitum fuiſſe : ſed de iſta re veriorem *Franciſci Wiſe* ſententiam vide ſupra p. 409.—*Reinoldius* cenſet hunc verſum Æolici quidem eſſe poetæ, ſed Simonide junioris, quod in eo legitur utraque vocalis longa. Id ſane a *marmoribus*, et ſimilibus, colligere tutius erat : quod vero a *ſcriptis*, opinor, facere nullo modo poſſumus. Eodem argumento uſi *Homerum* etiam Simonide juniorem convincere poſſumus. Res autem ita ſe habebat, ut videtur. Poſt inventas longas vocales libri vetere ſcriptura exarati novis literarum formis ſcribi cæperunt. Sic *Homeri* ſcripta immutabantur ad novam ſcripturam, itaque adeo multis donabantur, quæ poeta ipſe neſcivit. Idem fortaſſe Æolico noſtro poetæ accidit.

P. 419. 445. 447.] Innumera ſunt vocabula quibus præfiguntur literæ adſcititiæ, quæ non propriæ ſunt, nec originales. Huic rei totum caput, et ultimum ejus libri *De Analogia linguæ Græcæ* impendit *Lennepius* : qua re non ſatis perſpecta inquit ad veras verborum origines non redire nos poſſe. *Lennepianis* igitur pauca addere liceat, quæ ſimul noſtras obſervationes, quas ante viſum *Lennepii* libellum ſupra dedimus, confirmare poſſint : ſcilicet, αναγκη, ενεκω, ενεγκω ; αγυιω, αγυια ; Αφητωρ ; αρετη ; αλιευς ;

αμιλλα, ομιλη; αμος; ονομα; ούτος; οπλοτερος; opacus; imago; αμαυρος, αμαρτανω, ημβροτεν; απλακειν, αμπλακητος; αμευω, αμειβω. Et primum, ΑΝΑΓΚΗ et ΕΝΕΓΚΩ, deduco a cognatis formis *ναγω, νακω,* et *νεγω, νεκω,* quas significasse puto primitus et neutraliter, *eo*; deinde active, *fero.* A *ναγκω* fit nancio, sive NANCIOR; quod antiquum adhuc extat, unde NANCISCOR. a *ναγω,* sive *νακω,* nacor, sive nacior, NACTUS. Ut *nanciscor,* et *ναγκη,* sive *αναγκη,* eodem redeunt; sic NECESSE, et *νεκω, νεγκω, νεικω,* sive *ενεκω, ενεγκω, ενεικω,* unde *ενεικαι, ενεικειν,* et *ενεγκαι,* sensu *ferendi.* In neutro sensu non semel legitur *ανενεγκων rediens,* apud *Xenophon. Ephes.* cf. *T. H.* Observ. Misc. Vol. VI. p. 63. A *νεκω,* sive *νεικω, fero,* fieri puto *νεικος,* quod *reportatur,* sive *victoria:* et NECO, *aufero, occido,* et NEGO etiam: *negandi* enim notio nasci videtur ex notione *privationis,* et *absentiæ.* Hinc factum est ut *απο* in compositis, quale est *αποτιμος,* &c. vim *privandi* haberet: sic *Αποφημι nego,* est idem ac *ȣ φημι. Απολεγω, refello,* idem atque *ȣ λεγω, nego id quod alter dixit, præsto id nihil esse, refuto. Απολογια* est *defensio,* quam facimus *negando et refutando alterius dicta.* Et *α* privativam nihil aliud esse putem, quam *a* Latinorum. —*Αναγκαι* sæpe pro *συμφοραι*: ut *φερον* est pro *αναγκα* in Epigrammate,

Ει το φερον σε φερει, φερε και φερȣ· ει δ' αγανακτεις
Και σαυτον λυπεις, και το φερον σε φερει.

Demum

Demum igitur *Nancifcor* idem eft ac *contingo*, *adfequor*, vel φερομαι: et *neceffe* eft id, quod ita *fertur*, ut a fcopo fuo non aberrare poffit, certum et inevitabile.—De αγυιω, αγυια, Αγυιευς, vide ad p. 515.

ΑΦΗΤΩΡ, qui dicitur Apollo, eodem refero quo φημι, φατης, πρ—φητης, ut a ῥεω, ῥητωρ, fic a φαω, φατωρ, φητωρ, Αφητωρ. *Homer*. Il. 9. 404.

Ουδ' όσα λαϊνος ουδος ΑΦΗΤΟΡΟΣ ενδον εεργει
Φοιβου Απολλωνος πυθοι ενι πετρηεσση.

Vir doctus aliud protulit etymon in celeberrimo opere *De vetere Mythologia:* quod etymon defendere conatus eft in prioris operis *Apologia*, p. 37, &c. Scilicet ille non fibi perfuadere poffit, poetam tam longe αφητορος a Φοιβου disjunxiffe fi illud fane ad hoc pertineret. Longius tamen Virgilius *pater*, quod *Æneas* fere femper proxime præcedit, disjunxit, Æn. VIII. 28.

Cum pater *in ripa, gelidique fub ætheris axe,*
Æneas, *trifti turbatus pectora bello,*
Procubuit.

Grammatici Græci inter alia id dicunt fignificaffe ὁμοφητορος. Nempe in adfcititia α vim aliquam femper quærebant. *Apollonius Soph.* (ne alios dicam,) Lexico Homerico: Α, ψιλως και δασεως εκφερομενον, δηλοι χετλιασμον, στερησιν, πολυ, ΟΜΟΥ,—οἱον αδελφος, ʽΟΜΟ-

 ΔΕΛΦΟΣ,

ΔΕΛΦΟΣ *, και ακολουθων, το ΟΜΟΚΕΛΕΥΘΟΝ—ακοιτις, ΟΜΟΚΟΙΤΙΣ. Et sic loco suo explicat Αφητορος per ΟΜΟΦΗΤΟΡΟΣ. exinde patet opinor Scholiastem Homeri scripsisse, cum *Apollonio*, et *Etymologo M.*, Αφητορος,—ητοι ὁμοφητορος, et non Ομφητορος, quod indubitanter et pro certo corrigit *Bryantius*, p. 41. Qui ab aliis libere dissentit, ille alterum cum ab ipso, tum ab aliis dissentientem non ægre feret vir humanissimus.

ΑΡΕΤΗ, quæ de rerum et hominum, de corporis et animi, præcipuis *potestatibus* dicitur, deduco a ῥεδω, *facio*. Quod rei est præcipua vis, potentia, atque adeo excellentia, facile transfertur, ut significet præcipuam animi dotem. — ΑΜΑ, ΑΜΟΣ, ΑΜΙΛΛΑ, ΟΜΟΥ, ΟΜΩΣ, ΟΜΙΛΗ. Ut ab ιω, sive Ϝιω, fit ιλη, (quod est *cœtus*, vide *Hesych.*) sic a μιω (μ autem et Ϝ cognatas fuisse supra monuimus,) μιλα, αμιλα, αμιλλα, ομιλη: a μαω, μα, αμα; a μοω, ομυ, ομως. Ex generali et primaria notione *eundi*, *veniendi*, &c. quam habuit μαω, unde MANO; μιω unde MIGRO; μοω, unde MOVEO; MEO adhuc extat: profluxit significatio *coeundi*, *conveniendi*, unde potestates illorum ἁμα, ἁμος, ἁμιλλα, ὁμυ, ὁμως, ὁμιλη. A μιω, sensu *coeundi* adhuc extat ΜΙΓΩ (unde MINGO,) in μιγεν, et similibus apud *Homerum*; in μιγνυμι, μισγω, et

* Villoisonus eddidit ὁμαδελφος, fortasse typographi errato. Ομοδελφος scripsi secundum *Etymol. M.* usu etiam et analogia id postulante.

MISCEO.

MISCEO. Ad μαω, opinor, pertinet MANUS hominum, ſive multitudo, quæ *coit*, colligitur: et *manus*, ἡ χειρ, quæ *colligit*. Ex ſimili actione manus dicitur καρπος. vide p. 504. ΑΜΟΣ, ſive ἡμος, (quod proprie eſt *ſimul*, ut ὁμως,) redditur per *cum*, eadem ratione qua *ſimul* ſemper per *cum* reddi poteſt. Ομως ſignificat quoque *veruntamen*. Et eodem ſenſu, ac eadem ſignificationis ratione Itali dicunt, *Con cio.* —Ex αμιλλα autem ſive Ϝαμιλλα derivo FAMILIA. Et *Familiam* ſic proprie fuiſſe *cœtum* aliquem puto. Sed cum οχλος, vulgus, multitudo, *ſordidæ* ſint, factum eſt, ut diceretur plerumque de *cœtu vernarum.* Alii aliter de etymo, et de primo ſenſu vocis *Familia.* Huc quoque referre velim MILLE, et MILES.

ΑΜΟΣ, (*aliquis*, *unus*,) αμως, αμη, αμοθεν. In tractandis Græcæ linguæ originibus, ne minimum proceditur, ubi non deprehendamus antiquæ illius literæ Digamma veſtigia; quæ ſæpe ſe produnt in cognatis literis M, B, Π, &c. et in aſpero ſpiritu, qui locum ejus in multis obtinet. Sic εἱς, ις, ſive Ϝις, ια, deinde Μια evaſit: ut, quod antiqui Græci, atque inde Cyprii, dixerunt ιν, et Latini IM, h. e. *illum*, recentiores enuntiarunt Μιν. Et ſic ab ὁ, ὁς, fiunt ἑ, Πε, πω, πως, πη, ποθεν, &c. Hanc ob cognatam literarum inceptivarum poteſtatem puto ejuſdem fuiſſe

fuiſſe originis αμως, αμη, αμοθεν *; et πως, πη, ποθεν; adjecta ſane illis adventitia iſthac α. Igitur αμος fuerit profectum ab *indefinito* articulo; ac *aliquem* et *unum* ſignificaverit eadem ratione, qua εἷς, quod vulgo *unum* notat, dicitur etiam pro *aliquo*, *Longi* Paſtoral. L. IV. p. 106. l. 7. ed. *Villois.* raro quidem ſimpliciter, ſed paſſim in compoſitis ȣδεις, μηδεις. Obiter obſervandum eſt, εἷς, ſive ις, ab indefinito definitum factum, (quo ſenſu reſtat in Cyprio ιν, et Latino *is*,) quomodo ὁ dicebatur pro *aliquo* et *illo*.

ONOMA deducunt plerique a νεμω: et in his etiam *Lennepius*, qui inde repetendum id ſine dubio ſtatuit. Sed rei *nomen* et ονομα, eſt ejus *notio*, *ſignificatio*, *vis*. Atque adeo refero NOMEN et ονομα ad νοω, unde γνοω, &c. et eodem redire puto Ο·νομα, γνομα ſive γνωμη, *notio*, γνωσις, *nomen.*—Ad communem originem pertinere puto POLLEO, PULLUS, ΠΩΛΟΣ, ΟΠΛΟΤΕΡΟΣ. Unius quoque generis ſed ab illo diverſi eſſe cenſeo, OPS, *opis*, *opes*, OPUS, *opera*, *opella*, ΟΦΕΛΛΩ (h. e. *augeo*, *adjuvo*,) ΟΠΛΟΝ.

* *Apollonius Sophiſta:* Αμοθεν, απο τινος μερȣς. ὁθεν και το μηδαμως, κατα μηδενα τροπον. Fortaſſe legendum pro ὁθεν, αμοθεν και το μηδαμως, et *αμοθεν quoque μηδαμως ſignificat*, i. e. κατα μηδενα τροπον. Neque enim voluit ab αμοθεν μηδαμως derivari. *Heſychius:* Αμοθεν.—δηλοι δε και το μοναχος και μηδενα τροπον. Forte l. δηλοι δε και μοναχως το κατα μηδενα τροπον. Μοναχως *per ſe, abſolute ſumptum:* nempe in interrogationibus; ut ποθεν *Euripid.* Phœniſſ. v. 1647. Ποθεν; τι μ' αρδην ωδ' αποκτενεις, Κρεον; ubi Schol. ποθεν] ȣδαμως.

ΟΥΤΟΣ.

ΟΥΤΟΣ. In hac voce exiſtimo υ non eſſe primitivum: addi tamen diſſimiliter ac in prædictis. Ex ὁ, ὁς antiqui fecerunt ΤΟ, ΤΟΣ, unde obliqui caſus: cui præmiſſum ὁ, nempe ὁ τος, quo modo ὁ πς, ὁποιος, facit ὁτος, unde ὑτος, ut ex ορανος, ολυμπος, νοσος, &c. fiunt υρανος, υλυμπος, νυσος. Atque adeo a τος, τα, το, ſive ὁτος, ατα, τοτο, fiunt ὑτος, αυτη, τυτο. Plurali τατα, ταυτα. Sine inceptiva τ, ατα, ſive ατλα, de quo ſupra. Ex fæminino αυτη, fortaſſe factum αυτος, αυτη, αυτο. —Opacus, παχυς· locus umbra opacus, eſt *denſa* umbra niger.—Imago eodem refero, quo Μασσω, μαγμα, Εκμαγμα, quod eſt *expreſſum rei ſimulachrum.*

ΑΜΑΥΡΟΣ, ΜΑΥΡΟΣ. Αυ, et ο, permutari ſupra vidimus, et ſic μαυρος, ΜΟΡΟΣ, morus, fructus de colore dictus. A μαυρω, μαυρτω, unde βραυτω, ſive βροτω, αβροτω, ſive ΑΜΒΡΟΤΩ *, et μαρτω, αμαρτω, ΑΜΑΡΤΑΝΩ. de quibus vide p. 504.—Ut λαβω, λαμβανω, βροτω, αμβροτω, ημβροτεν, ſic a πλακω, ΑΠΛΑΚΩ, ΑΜΠΛΑΚΩ.

* A κλω, (unde κλαω *incurvo, frango,*) fit κλων *ramus*: ut a κλαω, κλαδος *ramus.* Forte per metatheſin κολω, κολοϝω, ſive κολυω *frango, trunco,* κολος, et χωλος, *mutilus*; κωλυω *impedio.* A Κλαω, ſive cognato κλαϝω, κλοω, (ut lavo, λουω,) fit Latinum clodus, ſive claudus. Et huc forſan pertinet illud απαξ λεγομενον *Homeri* Il. Τ. 149, ΚΛΟΤΟΠΕΥΕΙΝ, *moram trahere.* quod *Euſtathius* dicit ſignificare vel κλοπευειν και οιον παρακλεπτειν τον καιρον, vel κλυτοπευειν και οιον καλλιλογειν και κλυτοις επεσιν ενδιατριβειν. Putem vero proprie ſignificaſſe *claudo pede ſequi,* ſive *claudicare,* atque adeo *moram trahere.* Οπιπευω, οπαζω, et οπυω, ut ὀδαω et ὀδευω. De originibus Græcis a Latina dialecto repetendis vide ſupra p. 449.

Compo-

Compositum extat απημπλακε, *ab-erravit*, απετυχεν. Ab αμπλακεω fieri potuit αμπλακητος, *erroribus obnoxius*. Atque hæc significationis ratio facilis est et obvia. Locus vero est in Sophocle ubi contrarie significat. Quæ res forsan sic se habebat. Nempe in iisdem verbis α modo est mere adscititia, modo negativa. Et sic αμπλακειν est *errare*, et αμπλακητος *Soph.* Trachin. 121. *certus.*—Απλακειν est *errare*, αναπλακειν *non errare*, unde αναπλακητος *certus*, Oed. Tyr. 480. ut αμαρτανειν, et αναμαρτανειν. Scholiastes in Triclin. *Sophoclis*, qui nescivit μ in αμπλακειν ortam esse ex cognatione ejus cum π, putabat αμπλακητον venire ab αναπλακειν. Αμπλακητον' επιτυχε' παρα το αναπλακειν. (vulgo legitur μη αναπλ. sed istud debere videtur τῳ μη, quod sequitur:) οιον, κωλυει αυτον μη επιτυχειν τε Αδε. *Triclinius* etiam eadem fuisse videtur sententia, quippe qui αμπλακητον, quod in altero *Sophoclis* loco Oed. T. ante eum legebatur, in αναπλακητον mutaverit, metro, ut putabat, id postulante. Utrinque forte a librorum veterum scriptura, nempe αμπλακητος, non discedendum est: cum, certe secundum formationis rationem supra propositam, loco utrique bene conveniat. sed vide interpretes *Hesychii* V. Απλακητον. et *Heath*.

ΑΛΟΩ, ΑΛΙΣΚΩ, ΑΛΙΕΥΣ. Αλοω et αλισκω memorat *Lennepius*, et refert ad λω, unde λαω, λαβω, ελαβον, λαμβανω. Verum ut a λαω, λαβω; sic a λαω, laco, LACIO, (*capio, decipio*,) a λεω, λεια, *præda*; LEGO, (*to gather*,) LECTO, (*attraho*,) OBLECTO, &c. a λιω, λικω,

LICIUM,

LICIUM; a λιω λισκω, αλιω Αλισκω; a λοω, ΑΛΟΩ, unde εαλων, &c. Ad αλιω refero ΑΛΙΕΥΣ, hoc eſt, *captator*, *deceptor*; quæ vocabuli vis optime, opinor, piſcatori convenit. Alii deducunt ab ἁλς, *mare*.

ΑΜΕΥΩ. ΑΜΕΙΒΩ. A μεω, *Meo*, (unde μειω, *mingo*,) μεϝω, μευω, ΑΜΕΥΩ, hoc eſt πορευομαι, *tranſeo*: μεγω, μελγω, μεργω, *exire facio*, *exprimo*, *exſugo*, ΑΜΕΛΓΩ, ΑΜΕΡΓΩ. Deinde ut ab εω, activo ſenſu ειβω *, *exire*

* Eadem ſignificationis ratio in FUNDO et MUTO, quæ in ειβω, et αμειβω eſt. A Φυω, *eo*, *exeo*; active φυδω (unde *fudi*) *fundo*. (An FUNDUS proprie ſit *initium*, *origo*, unde exeat et naſcatur aliquid?) A μοω, μοϝω, fit *moveo*, *moto*, MUTO. Et hæc quoque fuit, opinor, propria vis verbi ΑΛΛΑΣΣΩ, i. e. ſimplex *eundi* notio: ab Αω, αλω, αλλω, αλλαω, αλλαϝω, αλλαγω, αλλασω. Αλλαγω (unde αλλαγη in compoſitis,) et αλλασσω—ut πραγω, (unde πραγος, πραξω, πραγμα, &c.) et πρασσω. vide ſupra p. 447. &c. Atque id mihi perſuadet, quod απαλλατῖειν eſt ſæpe pro *abire*, *evadere*; ſæpe pro *ſuccedere* de perſona; atque adeo eodem redit, quo αποβαινω, *evenio*, de re. Et ſic profecto nunc intelligendum cenſeo ξυναλλαγαι *Soph.* Oed. Tyr. v. 34.

Ανδρων δε πρωτον εν τε συμφοραις βιε
Κρινοντες, εν τε δαιμονων ΞΥΝΑΛΛΑΓΑΙΣ.

Δαιμονων ξυναλλαγας intelligo eſſe *eventus*, *calamitates a diis miſſas*, τας εκ θεων φερεσας· cf. Oed. C. v. 1692. Ξυναλλαγη igitur eſt idem atque ξυμφορα, nempe quod *contigit*, *eventus*, *exitus*. et utrumque ſunt media vocabula, quæ vocantur, ſive mediæ poteſtatis, quæ, pro occaſione, nunc in bonam, nunc in malam partem trahitur. Δαιμονων eſt pro απο vel εκ δαιμονων, ut δαιμονων αναγκη, δαιμονων ατη, δαιμονων κατασασις *conditio a diis aſſignata*; de quibus vide *Markland.* ad *Euripidis* Phœn. v. 1282. ed. *Burton.*—Ab iſthac vetere præſentis forma ειβω, vel ιβω profectum eſſe puto Latinorum futurum IBO; et eadem ratione eſſe a *doceo*,

 ſive

facio, *emitto*, *fundo*, λειϐω*, *libo*; ſic a μεω, μειϐω, αμειϐω, hoc eſt, *eo*, *pergo*, *tranſeo*. a *tranſitionis* notione fit notio *commutationis*.

P. 420.] POR eſt antiquum pro *Puer*, et extat in *Marcipor*, *Publipor*. vide *Voſſium*, et *Taylor*. Elementis Jur. Civ. p. 444. *Por* vero a ποω, ut ab ιω, ſive Fιω, FIO, ΥΙΟΣ, FILIUS. Pro *filius* antiqui dixerunt FIDIUS, quod extat Tabulis XII. et ſane *fio*, *fidius*, *filius*, ut a φυω, φυτον, φυλον.

P. 421. Not.] Formarum ſimpliciſſimarum et cognatarum Αω, εω, ιω, οω, rationem illuſtrant porro, quæ paulo ante propoſui de μαω, μεω, μιω, μοω, a Μω; et de λαω, λεω, λιω, λοω, a Λω. Et iſtis pauca addam, quæ ad primariam et ſimplicem *eundi* notionem unam pertinent. Ab Αω, Αγω, αχω, Ηκω, βαω, Βαινω, &c. Εω, FεFω, VEHO, VEHA, δεω, Θεω, Ρεω, &c. Ιω, Fιω, FIO, &c. Οω, οιω, οια, οχω, οχα, οδος, &c. Υω, φυω, &c. Digamma præfigi ſolebat omnibus

ſive, interpoſito digamma, doceVo, formatum DOCEBO; ab amo, amaVo, AMABO. Futurum in AM fortaſſe profluxit a præſenti in ανω. Fαδω, (unde βαδω,) *Vado*, Fαδανω, VADAM. Huc pertinent, quæ verbo monui p. 371. l. 1. cf. p. 516. de verbo Μελλω.

* Λειϐω eſt activo ſenſu, *ire*, *exire facio*, *fundo*: ΛΕΙΠΩ neutro eſt *eo*, *abeo*, *decedo*, *linquo*. Et ſic facile intelliguntur illa, απολειπειν εκ Σικελιας, εκλειπειν της πολεως, dicto pro *abire a Sicilia*, *decedere ex urbe*: quorum exempla vide apud *Muſgrav*. ad *Euripid*. Rheſ. 597. A λειπω, vel λιπω, λιμπω, ΛΙΜΠΑΝΩ. E primaria et ſimplici *eundi* ſignificatione fortaſſe LIMPHA. Ut ποτε et κοτε, ſic λειπω, λεικω, vel λικω, LINQUO.

vocalibus

vocalibus et iis, quas poſtea aſpirabant Græci, et quas non: quod modo in V abiit, modo in H. Et ſic ab εω, ſive ϝεϝω, fit VEHA, quod pro *via* antiqui dixerunt, a VEHO, quod in primaria et neutra ſignificatione fuit idem atque εω, ſive *eo:* ſed poſtea invaluit et ſola remanſit altera ejus et activa ſignificatio. Sed ut *veha* ad primam, et *veho* ad alteram ſignificationem pertinet, VECTOR utriuſque ſignificationis eſt. Mirus eſt conſenſus inter Latinorum *veha*, Normannorum *vè*, Anglorum *way*, Cambrorum *guè*, et Germanorum *weg*. Quod ad Germanorum *weg*, obſervandum eſt cognatas eſſe literas F, W, V, H, G, C. et ſic ut *veha* et *weg*, Itali pro Latino *trabo* dicunt *traggo:* ſimiliter ac nos permutamus *draw* et *drag*. et ſic *trabo* et *trag-ſi*, h. e. *traxi*. Deinde ut *vè*, *way*, et *guè*, ſic a Ϝιω, γυιω, ΓΥΙΟΝ, ΓΥΙΑ, *membra*, quibus incedamus. A γυιω, fit ΑΓΥΙΩ, *eo*, ΑΓΥΙΑ, *via*, ΑΓΥΙΕΥΣ, *Mercurius vialis*.

Ab Εω fit ε, εκ, E, EX. Notiſſimum eſt illa εκ, εξ, *ex*, ſignificationes vocabulorum *augere* et *minuere*. Exempla videas apud *Valkenarium* Diatrib. *Euripid*. p. 197. et *Muſgravium* ad Iph. Taur. v. 259. Εκ privat ut απο, de qua ſupra p. 506. Quod vero εκ, et *ex* faciunt, idem facit, opinor, *e*. etenim VE nihil aliud eſſe puto niſi *e*, præfixo Digamma, ut in *Veho*. Exempla autem poteſtatis ejus in compoſitis, qualia ſunt *vegrandis*, *vepallidus*; *veſanus*, *vecors*; quod

 poſtre-

poſtremum plane idem eſt atque *excors*; vide apud Lexica, et *Reitzium* de Ambiguis, Mediis, et Contrariis; p. 625.

Ab εω, ΔΕΩ, ſive tenuato τεω, fit ΘΕΩ aſpiratum; τεινω, ΤΕΙΝΩ, TENDO, TENOR, *rei progreſſus*; TENUS, *uſque ad*; TENEO, *adeo*, *attingo*, *adſequor*; *habeo*; cujus compoſita *Attinet*, *Pertinet*, primariæ ſunt ſignificationis. Ejuſdem ſignificationis eſt ΔΕΙ, *ad me venit*, *attinet*; *oportet* *. Ut res ad nos pertinere dicitur, ſic ad nos rem: et κιχανω rem, et res me κιχανει. Atque ita ab eodem Δεω, ſive Δεϝω, Latine dicunt, ut videtur, DEBEO. Sed fortaſſe potius nominis et rei ratio ſic explicanda eſt. Μελλω, (quod, ut *Debeo*, proprie eſt, *I go*, *I am going to*,) etſi præſentis ſit formæ, venturi tamen temporis eſt: Tantam habet indefinitum illud temporis punctum, quod præſens vocatur, cum futuro affinitatem. Ex qua ratione deflecti videtur ſenſus, quam *Debeo*, nonnunquam habet, qualis eſt *debebat facere*, h. e. εμελλεν ποιειν, ſive *facturus erat*. Quæ vero *futurum* denotant, facile transferuntur ad *officium*, quod non res factas, ſed *faciendas* et futuras ſpectat. Et ſic *Debeo*, *I ought*; quem ſenſum τῳ Μελλω etiam ſæpe aſſeruit *Heathius* ad Tragicos ſcriptores. Facillime permutantur ϝ et β, ſive *v* et *b*. quare iſtud Δεϝω extat in

* Secundum hanc rationem ικνεεται dicitur pro *attinet*, apud Ionicos imprimis. Vide *Herodotum* p. 120. 95. et ibi *Valkenar*.

Italio

Italico *Devo*, quod dicunt pro *debeo*; et nonnunquam etiam similiter in futuro sensu.—*Debeo* vulgo derivatur a *de-habeo*. Sed probabilius fuerat deducere id a δέω sive δεύω, *ligo*, *obligo*: quam tamen rationem alteri supra expositæ multum posthabendam puto.—Alio pertinet ΔΕΙΝΟΣ *terribilis*, *malus*: alio Δεινος, *aptus*, *peritus*, *prudens*, &c. Hoc ejusdem est originis cujus δει, et proprie significat, ut videtur, *aptus*. unde cæteræ notiones, quæ *excellentiam* aliquam notant, deflectuntur. qua ratione ἱκανος de *muliere* est *formosus*; de *jumento* est *robustus*; &c. et de aliis rebus aliter secundum id, quod cuique maxime *convenit*, et in quo excellentia est. Δεινος *terribilis*, &c. est a Δεω, δειδω, *timeo*.—ΔΕΩ, *I am going to*, *I go after*, *quæro*, *desidero*, *opus habeo*; ΔΗΩ, *I come to*, *ad-eo*, *in-venio*. Hinc opinor particulæ ΔΕ, ΔΗ, (quarum rationem bene designat Latinum *profecto*.) DE, ΘΙ, ΘΕΝ.—ΔΕΟΜΑΙ *precor* est, quo modo ἱκνεομαι sæpissime apud Tragicos. et ἱκετης, *supplex* passim.

Ab εω, κεω, CEDO, κελω, CELER, ΚΕΛΗΣ, ΚΕΛΛΩ. ab eodem κεω, QUEO. K et C sæpe abierunt in QU, quod multis confirmari potuit. Sed hujus loci potius est indicare, quo modo *potestatis* notio ad κεω, sive *queo*, pertineat. *Potestatis* igitur notio exprimi videtur per notionem *attingendi*, *in manu habendi*; eaque per notionem *eundi*, *ad-eundi*, *ad-sequendi*, &c. Atque huc, opinor, redit POSSUM. Pro προς antiqui dixerunt ποτι, et ποτ, quæ

in

in *Homero*, et Doricis scriptoribus extant. Et sic a *ποτ-εω* fit POTIOR, *teneo*, *consequor*, &c. Ut *προτι* et *προς*, ita probabile est dixisse *ποτι* et *πος*. etenim T et Σ facile permutari solent: vide supra p. 503, de *basium*. atque inde pro *ποτ-ειμι* POSSUM. POSSIDEO. Ex eadem ratione, *εω*, *κεω*, QUEO, i. e. *venio*, *advenio*, *adsequor*, *habeo*, *possum*. ΕΧΩ, quod sæpe pro *δυναμαι* usurpatur, ad eandem primariam notionem pertinet. Et similiter PAR, nempe *par* sum, *I am even with*, *equal to*; *able*; et COMPARO, *juxta statuo*; PARO, *adsequor*, *adquiro*, *promtum habeo*, eodem refero, quo *παρα* *ad*, *juxta*.—A *κεω*, *κειω*, vel *κιω*, *quieo*, QUIESCO, i. e. *pervenio ad locum*, *consisto*. Et quies profecto est cessatio motionis.

Ab *οω* factum *οχω*, cujus primaria significatio fuit *eo*; deinde altera *ire facio*, *duco*, *veho*. Utriusque significationis est ΟΧΕΩ, quod dicitur pro *equito*, et *veho*. Primæ sunt ΟΧΟΣ, et *οχετος*, quæ pro *ὑδατος ορμη*, *flumine* dicuntur: et ΟΧΑ, ut puto, quod est *eminenter*, (ut compositum *εξοχα*,) quia *extra*, *valde*, *maxime*; et apud *Homerum* additur *τῳ αειστος*, ut vim vocabuli intendat; eadem fere ratione, qua *εκ*, *ex*, et *Ve*. Eodem pertinent, opinor, ΟΧΜΗ, *acervus*; et ΟΧΘΑ, *αναστημα της γης*, *terræ eminentia*, *agger*, *ripa*. Alterius significationis est ΟΧΟΣ, *dux*; et vehiculum, *currus*.—Ab *αω* fit *βαω*, *βανω*, *βαινω*, *eo*; et *ire facio*: sic ab *ιω*, *eo*, *κιω*, *κινω*, ΚΙΝΕΩ, *ire facio*, sive *moveo*: et obscæno sensu, *agito*, *subagito*: et *βιω*, *βινω*, ΒΙΝΕΩ; unde

unde, ut opinor, BINOΣ, Veneris impudicæ nomen: quo bene appellatur Dea *voluptatis in motu.* Cicero *In motu voluptatem esse.* 2. de Fin. 27. *Voluptas est jucundus motus in sensu.* de Fin. 2. 23. *Omnes motum jucundum, quo sensus hilaretur, Græce* ἡδονὴν, *Latine voluptatem vocant.* L. 2. 3. *Sic enim appellat hanc dulcem in motu.*

P. 422.] Digamma F sonat ut nostrum W. Græci recentiores literæ digamma sonum per ȣ notabant, ut Galli hodierni scribunt *ou* pro nostro W. Ad istam rationem *Dionysius* pro Latino *Velia* scripsit Ουελια. Atque huc referenda videntur οινος, οικος, οια, sive οἶνος, οἶκος, οἶα, i. e. antiquitus οϝινος, οϝικος, οϝια, sive ουινος, ουικος, ουια, ut ουελια, pro *vinum, vicus, via, velia.*

P. 433.] Και antiquissimi dixisse videntur Κε, ut recentiores, etiam cum δὲ in usu esset, adhibebant δαὶ, imprimis poetæ. *E* autem in multis antiqui usurparunt, ubi recentiores AI. vide *Maittair.* p. 409. Et quam proclive fuerit ε et αι propter similem sonum permutare, constat ex innumeris librariorum erroribus, qui inde profluxerunt. Ex hac ratione etymon verbi ÆSTIMO fortasse statuere possumus: quod alii putant esse *æs* et τιμᾳν, alii ἵστημι, *pendo, pondero*; alii εκτιμᾳν, vel εντιμᾳν, quod quoque significat *æstimare.* Et hoc postremum mihi certe ad veram originem aliis propius accedere videtur. Modo ad antiquiorem formam ascendamus. Notum

tum eſt antiquos pro N ſæpe adhibuiſſe Σ, ut αις dixerunt pro αιν, &c. Et ſic fortaſſe ες pro εν: quod partim in cauſa fieri potuit, cur præpoſitio ες et εις toties pro εν remanſerit: atque adeo εςιμω pro εντιμω. Εςτιμω autem et *æſtimo*, ut νεειν et ναειν, Αθηνεε et Αθηναιε, δε et δαι, κε et και, &c. vide *Maittaire* ubi ſupra. Et ſic comparare ſoleo terminationem *e*, quam habet perfectum infinitivi Latinorum cum Græca terminatione—αι, quæ in infinitivo ubique adſcititia eſſe videtur. Dixerunt γεγονειν et γεγονεναι: (cf. *Maittair.* 232.) καλειν et καλειναι, &c. Pro ειν, etiam εν, et ες, ut αϊς pro αιν. Λεγειν, λεγεν; εμεν, ημεν, ημες; γελαν, γελαιν, γελαϊς, ſive γελαſις. ορθεν, ορθοειν, ορθοϊς. (vide *Gregor.* p. 294.) Jam ut καλειν et καλειναι, atque ακεειν et ακεεμεν; ſic, opinor, ab εω, ειν, et εμεν, ac ειν et ειναι: atque ut ἡμεν et ημες, προκυκλειν et προκυκλεις; &c. ſic ειν, ες, ειναι, ESSE; λεγειν, λεγες, LEGISSE; γελαſις, AMAVISSE. γνωειν, γνωϊς, NOVISSE.

P. 443.] Εκκρεςον loco *Æſchyli* videbatur eſſe *expreſſum*, *eminens* ſimulachrum. Eodem ſenſu videtur uſurpatum fuiſſe εκτυπωτον. Suidas: Εκτυπωτερον. φανερωτερον. Εκκρεςον quoque verti poſſit *elaboratum*, *expolitum*.

P. 446.] Ex iſta prima vocis ῥυθμος notione, nempe *recta motione*, ſive *via* et *modo*, dixit *Euripides* Electra, v. 772,

Ποιῳ τροπῳ δε, και τινι ΡΥΘΜΩ, φονε;

Syno-

Synonima ſunt τροπῳ et ῥυθμῳ, et more *Euripideo* adhibita. Et ſic quoque intelligo *Euripid.* Cyclop. 397. ego equidem, longe, fateor, aliter atque alii:

——— φωτε συμμαρψας δυω
Εσφαξ' εταιρων των εμων τινι ΡΥΘΜΩΙ;

Duos mei ſocios una deprehenſos interfecit quo, putaſne, modo? ſive *at quo modo?* pro mactavit *modo immaniſſimo.* Vulgo affirmative interpungitur; et vertitur a *Brodæo*, ρυθμῳ τινι, *concinne et eleganter:* a *Carmelo*, Italo interprete, in latina adnotatione, *ritu quodam certoque ordine:* a *Muſgravio* denique, etiam in notis, *certo ordine et methodo.* quæ partim ab immani iſthac cæde alieniſſima ſunt; partim vero, ni fallor, plus quam frigida. Exempla interrogationis ſimiliter interjectæ plus ſemel, opinor, legere memini; etſi unum ſolummodo occurrit ex lepidiſſima epiſtola Thaidos Euthydemo apud *Alciphron.* L. I. 34. Ουκ οιδας οιος εϛιν ὁ σοφιϛης ὑτος ὁ εσκυθρωπακως, και τὑς θαυμαϛὑς τὑτὑς διεξιων προς ὑμας λογὑς. αλλ' εμοι μεν πραγματα, ΠΟΣΟΣ ΕΣΤΙΝ ΟΙΕΙ ΧΡΟΝΟΣ, ΕΞ ΟΥ παρεχει βὑλομενος εντυχειν. *Neſcis cujuſmodi ſit ſophiſta iſte ſuperciliosſus, qui mirificas iſtas diſputationes vobis enarrat. Sed mihi negotium*, quamdudum putas eſſe, cum *faceſſit, cupiens mei copiam impetrare.* pro *jamdudum eſt cum faceſſit.* Pro ρυθμῳ τινι vulgata lectione, τινι ρυθμῳ præſtitit Codex Pariſienſis, de quo monuit *Markland.* ad *Euripidis* Suppl. v. 94.

———ουχ ἑνα ΡΥΘΜΟΝ
Κακων εχουσαι.

Quod *Markland.* vertit, *non unum luctus* modum *habentes.* Fortasse verti quoque potest, *non unum malorum modum*, sive non unum genus: hoc est, quibus mala acciderunt aliis alia et aliter. Quanquam etiam significare forsan potest, malorum non unam formam, faciem, indicium, vel *notam*: uti intelligit locum *Musgravius*; qui ῥυθμον idem esse ac τυπον docet ex *Suida* V. Αῤῥυθμος· αδιατυπωτος· ακανονιστος, &c. quæ vertere malim *imperfectus*; *non ad amussim*, et ad unguem *factus*; quam cum *Kustero*, *informis*; *ordine et lege carens.* Et de tali statua bene dicitur αῤῥυθμος. sed, opinor, non quia ῥυθμος est ὁ τυπος, sed quia ῥυθμος est ἁρμονια et *concinnitas.* — In Cyclopis loco, si recte docent *Dawesius* noster, *Valkenarius*, et alii, Atticos *nusquam* dixisse δυω, sed δυο, Attica forma restituenda est.

P. 448. Not.] Ενος, quod proprie fuit *annus*, dicitur sæpissime apud Atticos pro *annoso*, modo ενος, modo εννος scriptum. Et sic ab ενος facile *senex*, ut ab ετος, sive Ϝετος, VETUS. Digamma autem quod vocalibus præfigebatur, sæpe in Γ, &c. abiit. Et sic pro ενος, sive Ϝενος, Ϝεννος, factum Γεννος, hoc est, αρχαιος, interprete *Hesychio*: eadem ratione, qua *Vetus*, et *Senex.*

P. 449. Not.] Ut ομφαξ ab ωμος et φαγειν, duplici etymo, deducunt decepti terminatione; sic μελεδωνα et μελεδημα a μελη εδειν sumunt. vide *Etymolog. M.* et Lexica. Aliam nos rationem ineamus, ut ab etymo

etymo ſimplici derivare poſſimus: exemplo Græcæ formationis non inſigni minus quam οφθαλμος; (vide p. 429. not.) quam formationem ſic proceſſiſſe puto ΜΩ, μεω, μελω, μελεω, μελεδω, μελεδαω, ΜΕΛΕΔΑΙΝΩ. De ſimpliciſſimis verborum ſupra dictum. Jam a μω, μαω, *eo, peto*, &c. ματω, μαθω, *diſco*, (unde εμαθον,) ματος, ματεω, ματευω, μαςευω, μαντω, (*Apollonis ſacerdos* et vates, Tireſiæ filia, ad eandem rationem dicta, quam Πυθω,) μαντις, μανθανω. Sic a μεω, μεδω, μεδεω, MEDEOR, MEDITOR; μενω, MENS, μενος, me-MINI, mendo, MENDAX, MENTIO, MENTIOR; μελω, μελλω, (quod nonnunquam etiam φροντιζω ſignificat, vide *Muſgr.* et *Brunck.* ad *Eur.* Oreſt. v. 1186.) μελεω, μελεδω, μελετω, μελεδαω, μελεταω, μελεδημα, μελετημα, μελεδανω, μελεδαινω. Producitur vero ſimiliter atque Λαμβανω a λαβω, τυγχανω a τυχω, unde ετυχον et τυχη: adjecta deinde ι, ut in κλαιω a κλαω, καιω a καω, φαινω a φαω, βαινω a βαω, &c.*

* Κλαω, κλαυω, κλαιω; καω, καυω, καιω. Digamma illud, quod vocalibus præfigebant et interſerebant antiquiſſimi, abiit hic in cognatas conſonantes M, B, Π, &c. illic in vocalem υ; alias in ι. Et ſic καω, καϝω, καυω, καιω. Et ad hanc rationem referendum videtur Latinum AIO. quod *Voſſius* deducit a φαω, *Boſ.* ab αυω, *vocem edo:* at ego equidem ab αω, unde HMI, et HN *dixi.* Ab αω igitur αϝω, αυω, *aio.* Ab αω, ſive ϝαω, fit βαω, βαζω, *loquor*; et aſpiratum φαω, φημι. Ab αω quoque opinor fieri AINOΣ, *dictum, fabula,* ut hoc a *fari.* Deinde αινος *laus,* ut LAUDO proprie eſt *loquor, voco, nominatim cito*; deinceps ſenſu uſitatiore. *Voſſio,* et aliis diſplicet etymon Αω, quod ſignificat, inquiunt, *ſpiro.* et vero ſcilicet ſpiramus etiam *tacentes.* Sed in hoc fraudi fuit (quod in aliis ſæpe accidit) *uſitata* verbi αω ſignificatio. Quot enim ſunt vocabula ejuſdem ſane ſcrip-

 turæ,

Et ſic ΦΑΓΕΔΑΙΝΑ, *ulcus*, ad φαγω, φαγκω pertinet. *Æſchyli* verſus apud *Ariſtotelem* de Poet. Cap. 22. legi poſſit,

Φαγκδαινα ΔΗ μυ σαρκας εϑιει ποδος.

Innumera autem ſunt exempla deſideratæ ſimplicitatis in Scriptoribus de Etymologia præſertim antiquis. Qualia ſunt ſupra adhibita, αμπλακεω, quod deducunt ab ἅμα et πλακεω; αγυια *vicus*, quod *Heſychius*, Grammaticorum doctiſſimus, derivat ab αγειν γυια. ΑΜΕΛΓΩ, quod eſt a μελγω, derivat Etymolog. ab ἅμα ἑλκειν.—ΔΑΙ ex duobus faciunt δε et αυ. et ΝΕΙΚΟΣ ex νε εικω. de quibus ſupra.—ΑΕΙΝΑΩ, ΑΕΝΝΑΩ, dicunt ſignificare *ſemper fluo*; et compoſita eſſe ab αει, αιν, et ναω. cum quidem potius ex αω, (unde *Mano*, βαω, &c.) produci videantur ſic: Αω, αεω, αενω, αεναω, αεννω, αενναω, αειναω, Αενναω eſt antiquior forma, et cognata αειναω, ut φϑερρω, et φϑειρω. Antiquiſſimi enim Græci conſonantes iterabant, ubi recentiores diphthongum adhibebant. vide p. 412. Nec αενναος, ſive αειναος magis denotat, ut

turæ, ſed diverſiſſimæ poteſtatis.—Deinde ημι, ιω profecta dicunt a φημι, εφιω, ablata inceptiva φ. ſed præpoſtere, ut videtur, et contra rectam verbi rationem. Quippe multa vocabula, quæ *ſpirandi* et *loquendi* notiones notant, probabile eſt fuiſſe της ονοματοποιϊας, et ficta ad oris conformationem: quæ bene depingitur per Ω, Οω, Αω, &c. quibus enunciandis inſerviit Digamma, quod ſubinde tranſire ſolitum eſt in Β, Π, &c. et ſic ab Αω, fiunt Βαζω, φαω.

puto,

puto, *ſemper fluens*, quam φαεννος et φαεινός, *ſemper lucidus:* quarum altera eſt Æolica ſive Dorica forma, altera communis; ac utraque ad φαω pertinent, ut αεννaος et αειναος ad αω. Ab αω autem, ut μαω, MANO, ſic NAΩ, ναυω, ſive νηνω, NHNEΩ; NAIΩ, ναιεω, ναιετω, NAIETAΩ. Etiam AEN, et AEI, tametſi nulla dictarum vocum pars ſint, eodem pertinent: dicta nempe vel a *motu* univerſo, vel a peculiari *aquarum* motu ac flumine; qui motus notionem *perpetuitatis* facile ac ſtatim ſuggerit.

Ruſticus expectat dum defluat amnis; at ille
Labitur, et labetur in omne volubilis ævum.

E Latinis plurima proferre in promptu eſt: ſed unum et alterum ſit pro millibus. VOLUPTAS deductum eſſe a *volo* et *peto* cenſebat *Scaliger*, quo melius ſenſit *Voſſius* contractum eſſe dicens a *volupis*, *volupitas*, *voluptas*. — Sic CURA, a *cor uro* nonnulli, quod potius referendum videtur eodem, quo ΩPA, *cura*; OYPOΣ *cuſtos*; KOPA, h. e. κοϱη, *oculi pupilla*, quorum hoc proxime, illa vero per tranſlationem ad OPAΩ pertinent, nam qui oculum, animum quoque intendit.—Sic *nego* a *ne ago**; &c. *hicce* ab *hic* et *ecce*. Cum tamen *hic* et *hice*, ſive *hicce* fuiſſe non dubito ab ὁκε, quod antiquiſſimi dixerunt, ut recentiores ὅσκε, ὅς τε, ὅδε. Quod in vetuſtis Latinorum monimentis legitur HICE, poſtea factum eſt HICCE, ut ὅπ apud

* Vide p. 506.

Græcos

Græcos ὅτι, ὅσος, ὅπως, &c. vide similia p. 412. — Quod ab *hice*, sive *hic*, per metathesin profectam cogitabam p. 395. — nunc simplicius esse puto referre QUI eodem, quo Ionicum, idest, antiquum, TO, sive TOΣ, unde obliqui articuli casus. Ut ὅς ab ὁ, sic τος a το. Antiquissimi vero usurpabant K pro T, in ὅκα, τοκα, &c. pro ὅτε, τοτε, et sic, opinor, pro το, κο, unde *qui*. Et sic qui dixerunt κοτε pro ποτε, dixerunt κοιος pro ποιος, ut Latini, *qualis*. Terminationem *alis*, quæ in Latina lingua creberrima est, olim adeo etiam in vetere Græca extitisse probabile est. Et extare ea quidem videtur producta in AΛIKOΣ, sive ἡλικος, quod est *quantus*, et QUALIS. Terminationibus αιος, οιος, respondet *alis*; ληθαιος, *lethalis*; αγροιος, αγροικος, *agralis* *, &c. At terminationum cognatarum—αιος,—οιος,—ανος,—οικος,—οσος, —*alis*,—*anus*,—*osus*, rationes latius aperire et diducere, alius est operis.

P. 450.] Ρυσμος *figura* nihil aliud esse nisi ῥυθμος diverse enunciatum cogitabam. Atque id plane confirmat *Suidas* V. Αρρυθμος.—Ρυθμος γαρ εστιν ὁ τυπος. quanquam id præter rem observari videtur. vide supra p. 522.

* Ab αγρειος inusitat. fit αγροικος, ut *patricus* a *patrius*. deinde αγρειος et αγελος, ut πατρειος, sive πατρωος et πατριος.

* * * * * * * * * * *

Cum aliquam hujus plagulæ partem vacuam supereſſe moneret Typotheta, binas haſce obſervationes liceat mihi adtexere iis, quæ dicta ſunt.

P. 468.] Scholiaſtis interpretationi ΕΣ ναον ΠΡΟΣΟΙΧΘΜΕΝΟΙ, quam Daweſius tanquam Græci ſermonis indoli non congruentem caſtigat, præter loca jam allata ſimilia adde *Soph.* Antig. 1252.

ΕΣ δ' ὑγρον
Αγκων' ετ' εμφρων παρθενῳ ΠΡΟΣΠΤΥΣΣΕΤΑΙ.

Προσπτυσσομαι dicitur de *complexu:* et præpoſitio eandem vim habet, quam in v. 1239, ΑΜΦΙ μεσῃ περιπετη ΠΡΟΣΚΕΙΜΕΝΟΝ. et extra compoſitionem in pulcherrimis illis elegiacis *Euripid.* Androm. v. 115. ΠΡΟΣ τοδ' αγαλμα θεας ικετις ΠΕΡΙ χειρε βαλουσα. In *Euripidis* Phœniſſ. v. 1699, Προσπτυξομαι στομα σον, videtur cum *oſculationem,* tum *amplexum* notare: ſimiliter ac duplicem vim habere in Antigonæ loco. Cæterum in ες—προσπτυσσεται, ες vim habet præpoſitionis repetitæ: eamque non aliam atque προς iterata in *Ariſtoph.* Equit. 31. προσπιτνειν ποι προς βρετας. Iſta autem conſtructio præferenda videatur alteri, qua παρθενῳ cum προσπτυσσομαι conſtruitur. quippe προσπτυσσομαι cum dativo caſu conjungi poſſe negat optimus ille Græcitatis judex, *Hemſterhuſius* ad *Lucian.* T. I. 414. At ſic αγκωνα παρθενῳ poſitum erit pro παρθενου, h. e. dativo caſu pro genitivo: quam colophoniæ figuram ſibi non permiſiſſe *Sophoclem* et *Euripidem* putabat *Valkenarius.* Verum in hac re *Valkenario* occurrit *Muſgravius* Exercitat. *Euripid.* L. I. c. 7. Sin vero ita diſpliceat παρθενῳ ſic acceptum, ſcribere non timeat παρθενου, qui non neſciat, quoties ου et ω in MSS. a librariis fuerint permutata. Demum hæc *Brunckii* pace dicta velim, qui aliam inivit rationem.

P. 523, 524 not.] Onomatopœiam vocum Αω, βαω, φαω, fortaſſe illuſtrare poſſumus ex cognata onomatopœia, quâ ficta puto fuiſſe vocabula *Boo,* μυσα, μυθος, μυκαω, *mugio,* μακαω, μωμος. Et primum BOO, ſive βοω, unde βοη, βοαω, nemo dubitet ad ſoni imitationem referre. Nec dubito equidem eodem referre BOS,

et

et βȣς: quanquam alii dicant ſic dictum eſſe *bovem*, quod homines *paſcant* laboribus ejus; ſecundum Etymologum. Eandem vocabuli rationem habemus in MUGIO et MYKAΩ. ut βοω, ſic μȣζω, μȣκω, vel μυκω, *Mugio*. Μυκαω. Iterum ut βοω, βοαω, *clamo*, ſic, opinor, ob cognatum ſonum Μοω, *ſonum ex ore, vocem, clamorem edo*; *loquor, cano, clamo, voco*. Unde, ut videtur, Μωω, *voco*; (vide ad *Heſych.* V. Μιτεις.) μοα, ſive μωα, *cantus*; μωδω, *cano, loquor*; μοσα, μυσα, *Muſa*, μωσα, μȣσα. An huc pertineat *Heſychii* Μοων· μȣθων. hoc eſt, an legendum μȣων· μυθων. Verum, ut μȣσα, ſive μυσα et μȣσα, a μοω, ſic μυθος quoque, ſive antiquitus Μυσος. nam μυσιδδειν dixerunt pro μυθιζειν, vide *Heſych.* Μυθειν et μυθος proprie *loqui* et *dictum*, deinde *fabula*, ut αινος, ab αω. vide p. 523.—A μοω fit μωκω, ΜΩΚΑΩ, quod proprie eſſe videtur, *to make mouths, to* MOCK.

Make mouths upon me, when I turn my back. SHAKESP.

Et fortaſſe ad hanc onomatopœiam pertinent, non vero a Græcis expreſſa, Septentrionalia noſtra MOUTH, MOOE, (*chattered and mooed*,) MEW, (*ſea-mew's clang*, MILTON,) &c.—Haud ſcio an POSCO ſit ejuſdem originis atque *Boo*.—CLAMO, CLANGO, κλαζω, refero ad καλω, quod propius abeſt ab αω; καω, καλω, καλεω.—CANO ad χαινω, ſive potius καινω, *hio*, cum *Scaligero* et *Nunneſio*: quibus morem non gerit *Voſſius*: quia immane diſtat *cantus* ab *hiando*. Sed qui rerum nomina invenerint, hoc eſt, primi uſurparint, quamplurima ab externis ſignis et adjunctis ſumpſerunt, et ad rerum figuras finxerunt, nulla alia ratione. et ſic *cano* ab oris conformatione; ita ut *viſûs* ſenſui ſatisfaciat. χαινειν οἶζυρον *lamenta hiare* dicitur Niobe ſtatua jam facta apud Callim. H. in Apoll. v. 24. ubi vide *Erneſt.* qui comparat Propertii *carmen hiare*.

Sed verbum iterum de Μȣσα. Alii deducunt id a ΜΩ, *quæro*, unde Μαω, &c. quippe Muſa μαθηματων *inventor*. *Etymolog. M.* Μȣσα—Μωσα τις εϛι· ΜΩ γαρ και μωμαι το ζητω. Επιχαρμος ὁ Κωμικος.

Πυῤῥαν γε ΜΩ και Δευκαλιωνα——

Και την τȣ Ἑρμȣ, (ὁ εϛι την τȣ λογȣ,) μητερα Μαιαν λεγει παρα την ζητησιν και ευρεσιν των μαθηματων. και μαιω, το ζητω· ὁθεν και Μαια,

Μωα, και Μωσα. Ετυμωτερον δε οι Δωριεις λεγωσι, Μωσα γε Μωσα λιγεια. Et ſic profecto putem ſæpe factum fuiſſe, ut antiquæ verborum ſignificationes amiſſæ fuerint, quod recentiores homines vocabula diverſarum poteſtatum et originum eadem vero enunciatione et ſcriptura notata non diſcreverint. ΜΩΕΙΣ *Heſychius* interpretatur καλεις· βωλει. Illud gloſſema ad onomotopœiam referendum: hoc ad Μω, Μοω, id eſt, ζητω, pertinet; et eodem ſane, quo βαω, βαινω; μοϝω, MOVEO; ποω, πως. qui βωλεται, is μετερχεται, *petit, quærit.* Jam de Dorico illo fragmento quid factum fuerit, quid fieri poſſit, videamus. *Sylburgius* corrigit Μωσ' αγε Μωσα λιγεια, *Muſa agedum Muſa arguta.* vel Μωσ' αγε Μωσα λιγεια, ut Μωσα pro participio capiatur, *Agedum arguta* indagatrix *Muſa.* quod adeo ad mentem Etymologi dicitur. Quarum vero lectionum prior multo potior et elegantior videtur. At quid ſi legamus

Μω συγε Μωσα λιγεια.

Dic, Muſa canora. Et ſic Μω eodem pertinet, quo Μωα, ωδη. Μω vero ſcriptum accipias pro Μωε, an pro Μοε, Μω, perinde erit. Atque ita profecto οι Δωρεις ετυμωτερον, hoc eſt, *ad veram nominis originem propius accedunt, qui dicunt* Μωσα, *quam qui* Μωσα *cum recentioribus.* Cæterum accuratius erit, et antiquius:

Μω τυγα Μωσα λιγαια.

Μωσα λιγαια ſervavit quoque *Priſcianus* in verſu ex neſcio quo poeta Æolico, de quo vide ſupra p. 429. l. 6. De varietate enunciationis, quam habemus in literis ejuſdem organi, quæ ſunt in vocabulis ΜωΔω, μυΘος, μυΣα; *Boo, Poſco,* Μοω; μυΚαω, *muGio*; non eſt cur jam dicta repetamus.

*** Emendationem *Equitum* memoratam p. 498, nunc recordor propoſitam fuiſſe in *Miſcellaneis* p. 275.

I N D I C E S.

I. Scriptorum veterum a Daweſio emendatorum aut illuſtratorum.

II. Scriptorum veterum in Appendice adhibitorum.

III. Scriptorum recentiorum in Miſcellaneis Criticis et Appendice adhibitorum.

IV. Rerum et vocabulorum memorabilium quæ in Miſcellaneis et Appendice tractantur.

V. Vocabulorum a Daweſio Vauatorum.

INDEX I.

Veterum Scriptorum, qui in Miſcellaneis Criticis emendantur aut illuſtrantur.

INDEX II.

Veterum Scriptorum, qui in Appendice adhibentur.

Plato,

INDEX III.

Recentiorum Scriptorum, qui in Miscellaneis et Appendice adhibentur.

Quæ literis majusculis scribuntur nomina in Miscellaneis occurrunt.

INDEX IV.

Rerum et Vocabulorum Memorabilium, quæ in Miſcellaneis et Appendice tractantur.

Καλως

Quan-

I N D E X IV.

Θ, TH.

I.

Λ.

M.

I N D E X IV.

Οπη,

Optativi

INDEX IV.

Π.

INDEX V.

Vocum a Dawesio Vauatarum.

Loco Digammatis adhiberi voluit Dawesius signum hoc [᾽], *eadem atque illud potestate. Scilicet in sequentibus enunciandum* Wαγνος, α-Wασάμην, αW-ασαμην, δαW-ιζω, δα-Wιφρονι, δWεινος, δWεος, λυ-Wω, λυW-ω, παWς, ἰσαWς, &c.

ἰκελος,

I N D E X   V.

F I N I S.

Nuper Edita,

PENTALOGIA, ſive Tragœdiarum Græcarum Delectus: cum Adnotatione JOHANNIS BURTON. Editio altera. Cui Obſervationes Indicemque Græcum longe auctiorem et emendatiorem adjecit THOMAS BURGESS, A.B. e C.C.C. Oxonii, 1779.

Nuperrime,

An ESSAY on the STUDY of ANTIQUITIES.

To which are added,

Some CURSORY REMARKS on the ORIGIN of LANGUAGE in general, and of the GREEK LANGUAGE in particular. Oxford, 1781.

Brevi publice proponetur,

SPECIMEN

PHILOSOPHICO-ETYMOLOGICUM

De Origine, Proceſſu, et Connexione Idearum, quatenus deſignarentur a vetuſtiſſima Græcorum lingua.

Deductum a Grammatica Linguæ Græcæ Analyſi, ac inquiſitione ejus cauſarum et formationis.

Cogitationem a conſuetudine abducere. Cicero.

Grammaticam etiam bipartitam ponemus, ut alia ſit *Literaria*, alia *Philoſophica.*——Hac ipſa re moniti, cogitatione complexi ſumus Grammaticam qnandam, quæ non analogiam verborum ad invicem, ſed analogiam inter *verba* et *res*, ſive rationem ſedulo inquirat. Bacon.

Whoever would be conducted with ſecurity, muſt proceed upon principles prior to Grammar and Grammarian; by an analogy which is deduced from truth and nature; to which their rules are often repugnant. Bryant's *Further Illuſtration of the Analyſis*, p. 13.

